

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

8. 10  
9. 7.

R. MFI  
JO. FRANCISCI SCARDONÆ  
RHODIGINI  
A P H O R I S M I  
D E C O G N O S C E N D I S  
E T  
C U R A N D I S M O R B I S

Uberrimis commentariis, atque animadversionibus  
illustrati,


Quibus quæstiones singulæ, quæ cum in theoriam, tum in  
praxim medicam cadunt, hodie maxime illustres,  
sedulo pertractantur, discutiunturque.

E D I T I O   S E C U N D A

Ab Auctore correcta & Aphorismis de Cognoscendis & Curandis  
Febribus locupletata.

L I B E R   P R I M U S.

De Morbis capititis.



P A T A V I I , Typis Seminarii , M D C C L I V .  
Apud Joannem Manfrè.  
S U P E R I O R U M P E R M I S S U , & P R I V I L E G I O .

TRIUMVIRO LITTERARIO PRÆSTANTISSIMO  
**BARBONIO MAUROCENO**  
EQUITI, ATQUE ÆDIS DIVI MARCI  
EX MERITO PROCURATORI

Jo. Franciscus Scardona  
F.



Uoniam pro more institutoque Majorum qui  
scripta sua prælo subjiciunt, typisque com-  
mittunt unum aliquem aut gravissimum Ma-  
gistratum, aut egregium Virum diligere solent, ad quem  
eadem edita in lacem instituant, ut vel grati animi offi-  
cia persolvant, vel ut cultus, atque observantia sua diu-  
tur.

turnitati consulant, & quantum fieri per eos potest ad immortalitatem producant, vel demum ut ex splendidissimo ejusdem nomine eam dignitatem, & lucem accipient, quam ex se ipse habere non possunt, cum priorem aphorismorum meorum editionem Triumviris Gymnasii Patavini Moderatoribus Amplissimis non sine maximo commendationis fructu dicaverim, hanc alteram arduo febrium tractatu locupletatam publici judicii aleam denuo subituram nulli magis, quam tibi, SENATOR AMPLISSIME, inscribendam, atque commendandam esse facile constitui. Gratitudinem nimurum iis primum beneficiis debeo, quæ studiorum meorum auctor, atque auspex in me contulisti, benevolentia deinceps singulari, qua & tu, & Amplissimus Senator Frater tuus Vincentius, sanguine non minus, quam animorum, & voluntatum consensione, atque amore conjuncti, me nihil tale promerentem, & Venetiis, & in nobilissima Barbonensi rusticatione perhumaniter excipitis, mecumque colloqui vel litteraria de re saepius dignantes convictorem me vestrum esse jubetis. Cultum, atque observantiam virtutibus iis debeo præclarissimis, quibus te ornatissimum conspicio: liberalitatem illam tuam intelligo, qua divitiis, opibusque tuis sapienter utens, nihil omnino privati publicæ magnificientiæ parcens, extus etiam Venetæ Majestatis signa ferens, & Veronensi Prætura, aliisque magnificis, & splendifissimis legationibus functus es: quam illam insignem mentis perspicuitatem, intelligendi celeritatem, decernendi consilium, quibus cum domi, tum foris perardua, gravissima, maximique momenti negotia mira proportione, insigni promptitudine, planicie prorsus singulari nunquam non semper gessisti: consuetudinem illam tuam suavissimam vel ius fatentibus, quibus semel uti eadem licuit, in tuo familiari

liari sermone, verborumque concinnitate conspicuam, quam quæ maxime, quæque variis in gentibus, nationibus, provinciis, ditionibusque, licet in se ipsis diversæ sint, natura mutabiles; genio differant, ac vix præstans illud, præclarumque colant, quod suum omnino non sit, singularem admirationem commovit: pietatem illam, ac religionem, quæ si in Majoribus tuis, ac piissima Veneta Republica ab ipsis fere primordiis ad hanc usque ætatem nunquam minima, in te florentissima effulgit, tum eos solum ministros rebus tam publicis, quam privatis gerendis complectendo, qui morum probitate valerent, quibusque fidem adhibere tuto posses, nihilque quod injustum, ac inhonestum fuerit exequando, tum vero maxime curando enixe Petri Urfeoli memoriam prope intermortuam, posteaquam Venetiarum ducatu, quem invitus suscepserat abdicato, Cuxanum clandestina fuga profectus Divi Benedicti institutum complexus est, & quod miraculis ante, & post obitum clarisset, Sanctorum canoni adscriptus, Apostolica auctoritate excitandam, eique cultum solemnri ritu & Venetiis, & Cuxani adhibendum, præclarumque Barbonæ Templum, quod ab Avis ad majorem incolarum pro rebus sacris commoditatem extructum dotatumque accepisti, & nobili ara in ejusdem honorem dicata, & Sancti Justini Martyris corpore, aliisque magnificis rebus exornando, expoliendoque: decentem illam tuam agendi elegantiam, quæ cum privatis officiis, publicisque muneribus præclare se convenienterque adjecerit, Regum Supremorumque Principum æstimationem ita sibi comparavit, ut statutos ii Majestatis fines prætereuntes ad jucundissimam tuam consuetudinem se fere adjunixerint: magnitudinem illam, suavitatem, gravitatemque animi, mixtum illud compositumque ex ferio & leni, severo & dulci,

ci , gravi & benigno , munifico ac reservato , ex quibus  
veneratio , timor , amor tamquam rivulus a fonte emana-  
runt , teque omnis æquabilitatis , ac proportionis capacem  
effecerunt pro rerum civilium procuratione : prudenteriam  
denique , a qua insigne illud acumen , quo omnia tot sale-  
bris , ac difficultatibus impedita tam facile , ac celeriter ex-  
pedivisti , mansuetudinem inusitatam , inauditam clemen-  
tiam , atque alia fere innumera laudis , & gloriæ ornamen-  
ta , quæ persequi aut modestiam tuam haud omnino pati-  
sentio , aut illorum patientia abuti , quibus hæc singulis  
& universis jamdiu cognita sunt , planeque perspecta . Præter-  
quamquod de auctoritatis tuæ patrocinio contra malevolorum  
hominum dicacitatem , ac probra dicendum mihi supereft ,  
quod validissimum in tuo nomine reperisse mihi videor co-  
gitanti sedulo , ac perpendenti eo te natum genere , quod  
præclarissimum præ ceteris emicuit , tum inclytis Viragini-  
bus , Thomasina præsertim , atque Agneta , quarum illa  
Stephano Andreæ Regis Hungariæ filio nupta ad regiam us-  
que Pannoniæ coronam evecta est , hæc vero diuino cultui  
addicta non supremum modo Cœnobii S. Zachariæ gradum  
occupabat cum Benedictus Papa III. Venetias ventus idem  
visitavit , ejusque precibus annuendo Romam reversus cor-  
pora S. Pancratii Martyris , & Sabinæ Virginis ei dono  
misit , sed sanctitate insigni clarescens ex veteri Ecclesiæ  
more in Beatarum ordinem cooptata , tum venerabilis re-  
cordationis viro Joanne S. Petri Urseoli genero , ejusque co-  
mite , cum vitæ monasticæ desiderio Cuxanum fugit , qui  
Monachus & ipse factus , atque in patriam postea reversus  
nobilissimum Cœnobium S. Georgii condidit : tum gravissimis ,  
ac sapientissimis Cardinalibus , quos inter Petrus ille a Gre-  
gorio XII. creatus eminet , qui quod omnibus eximiæ digni-  
tatis

tatis numeris expletus difficillimo Concilio Constantiensi in-  
terfuit , legatusque a Martino V. Neapolim missus illic Jo-  
annam secundam coronavit : tum piissimis aliis Ecclesiarum  
aut Patriarchis , aut Episcopis , qui christianam vivendi  
normam suis moribus expreſſerunt , tum innumeris armo-  
rum strenuis ducibus , qui summam Venetorum gloriæ na-  
varunt operam , tum denique eximiis , atque omni virutum  
genere ornatissimis Legatis , Senatoribus , Equitibus , Divi  
Marci Procuratoribus , aliisque celeberrimis viris , qui non  
supremum modo Civitatis suæ gradum iterum ac saepius oc-  
cuparunt , sed suprema quoque Reipublicæ regimina omni  
ævo summa cum laude , & maxima inclyti Principatus utili-  
tate suscepérunt . Quo quidem nobilissimi generis ornamen-  
to uti ea ratione consuevisti , qua opus fuit ad clare aper-  
teque significandum institutores tuos præstantissimos , si forte  
reviviscerent , præclari hujuscem munera nihil omnino agno-  
scere ipos in præsens posse , quod suum magis dici mere-  
retur , quam tuum , atque summa eorum voluptate fateri  
oportere multum etiam debere tibi , & quod eam gloriam  
nuperis temporibus refumunt , quæ præteritis , atque ipfis  
viventibus florens per omnes fere terrarum oras dissemina-  
batur , & quod admirandis , atque immortalitate dignis e-  
dendis operibus in dies singulos aucta , atque expolita in te  
veluti in naturali sede sui juris facta , ac dominii refulget .  
Et sane si in ineuntem fere æstatem oculos conjicio , video  
generosam illam tuam , liberalemque indolem cum suavif-  
fima voluntate , atque contentione affiduissima futurarum  
maxime illustrium , ac nobilium actionum præfaga arcte con-  
jungi , spemque in his animorum omnem quiescere , fove-  
ri , confirmari : parentes video omnem dantes operam , &  
quanto maximo studio possunt contendentes , ut ea prope-

retur ætas , in qua uberrimorum fructuum , quos produxit  
præstantia mirifice recreari ratum habent , exploratum  
que: te vero , in quo nec quidquam desideratur , quod ad  
dere necesse sit , & in quo , quæ ad eos in suis cupidita-  
tibus antevertendos necessaria sunt , abundant omnia , dupli-  
cablectione , atque jucunditate eosdem referre , in tua ni-  
mirum , qua fidenter afficiuntur expectatione , atque amabi-  
li utilique erroris cognitione , quam in tua mirifica præoc-  
cupatione experiuntur : hinc cum legationis munus tanto  
cum omnium plausu apud Auguissimum Cæsarem tui a-  
mantissimus Pater obiret ( pro qua legatione in præstantis-  
sum Equitum cætum cooptatus est , cum singulari adeo  
eloquentia præditus , ac ingenio maximam in arduis Rei-  
publicæ rebus dexteritatem ostenderet ) ecquis satis expli-  
care dicendo valeat quanta animi alacritate Civitatis tuæ  
salutem cordi gerens ; Patrisque numen æmulans ad discen-  
dum actus sis nobilissimo ipsius exemplo , quæ ratione optimus  
probatusque Civis publicam induat Majestatem , ferre  
eamdem beat , tueri , atque in se ipso administrare , &  
quam mire virtutes facultatesque tuæ in te tunc ferme di-  
xerim lætabantur perfectas eas , numerisque omnibus abso-  
lutas perspiciente in efficacissimis Patris periculis , atque exe-  
cutionibus ? Unde facillime , æquali prorsus felicitate , pa-  
riique gloria celeberrimam Legationem ad Christianissimum  
Galliarum Regem Ludovicum XV. felicissime regnante , &  
Summos Pontifices Benedictum XIII. , ejusque successorem  
Clementem XII. suscepisti , qui eo clariora , ac manifesto-  
ra maximorum tuorum , atque immortalium meritorum edi-  
derunt monumenta , quo magis omni tum officiorum , tum  
privatae consuetudinis genere tecum conjuncti fuere , cognitis  
prorsus , planeque perspectis eorumdem virtuti virtutibus iis

præ-


præclarissimis , quæ de te aut foris in universa Gallia , aut  
domi veluti de optimo , ac supra ætatem florentissimo Civi-  
tate prædicabantur , quibusque idem & longe gentium celebra-  
tus , & juxta Patriam expertus probatusque fuisti . Quibus  
sane de rebus factum est , ut Romæ adhuc cum ageres maxi-  
mis , insuetisque venerationis , & benevolentiae argumen-  
tis a sublimioribus mentibus prosequutus non solum illustri ,  
atque immortali Civium omnium confensionis elogio Procu-  
ratoria dignitate in juvenili adhuc atate constitutus , insi-  
gnitus fueris ( quæ vel in senili est summopere exoptanda )  
sed in Patriam redux publicis maximisque omnium accla-  
mationibus per vias comitatus meritis plenus , honoribusque ,  
benevolentii , & gratulationibus gravissimos Magistratus in-  
definenter occupares , optimarumque disciplinarum , atque  
bonarum artium , quibus omnibus instructus videbaris maxi-  
mam curam gereres , atque regia munificentia foveres : sa-  
luberrimo prorsus consilio , ne vel Venetæ Civitati grande  
præsidium , vel Gymnasio Patavino summo Musarum Regno  
optimus Mæcenas deesset . Quæ quidem omnia maximi esse  
momenti etiam me tacente facile omnes intelligunt ad ef-  
ficiendum , ut nemo unus reperiatur , qui ei Scriptori in-  
fensus esse velit , qui tantum Patronum elegerit , nolitque  
eum librum nonnihil diligere , quem simul ac aperuerit in  
id nomen incidat , quod & per se jucundissimum est , re-  
rumque pulcherrimarum conjunctam habet recordationem .  
Quare nihil reliqui est , quam ut tu , SENATOR AMPLISSIME ,  
eam humanitatem , quam honoris mei causa sèpius adhi-  
buisti , nunc iterum suscipias , atque exile hoc splendoreque ,  
atque amplitudine tua minus fortasse dignum obsequentis  
animi mei munus serena , qua soles , fronte excipias , habeas  
que pro certo omnem me daturum operam , & quanto

b 2

maxi-

maximo studio potero contenturum , ne tanti beneficij memoria ullo unquam tempore deleatur . Vale .

Dat. Rhodigie prid. Kalend. Augusti an. 1753.



A D

## A D L E C T O R E M .



Iraberis fortasse , Lector optime , quod post alios fere innumeros , qui claris editis ingenii , & doctrinae monumentis bac maxime ætate in Medicina floruerunt , eximios viros , Opusculum hocce scribere sim aggressus . Verum mibi monendus es , me vulgarem plerorumque methodum , qui in tradendis medicinæ practicæ preceptis habentus enierunt , minime servarisse , non ut illorum conjecturis , ac doctrinis refutatis novum aliquod , atque inauditum afferrem , sed ut faciliorem , clariorem , rutioremque Medicinam faciendi rationem inirem , que Adolescentibus præsertim , qui in ipso quasi praxeos limine hærere coguntur , summe conferret . Quod cum eo maxime repetendum sit , quod toti speculationibus philosophicis dediti observationes tamquam inutiles arti nostræ neglexerunt , ac gentinam morborum historiam , specialem mendendi methodum , detectum medicamentorum , cautelas , atque animadversiones practicas nibil prouersus facientes , theoriam plane omnem , omnemque praxim medicam anilibus fabulis refererunt , constitui scribendi minus aggredicis Tironum potissimum , quique nondum subtiliorem proxim sunt affequiti , rationibus prospicere , ac pro virili parte provide re , ne illorum animi inducerentur in fraudem per inanes omnino , ac vanas theorias , per anticipaciones quasdam in praxi communes , & falsas , que Medicis vel κλινικοτάτοις aliquando nonnihil imponunt , ea omnia , que ad pernoscendos , pellendosque morbos utilia sunt , & necessaria pacis indicando , & Hippocratica fere methodo ( quo in ope re nonnulli magni nominis Medici nuperrimis temporibus excelluerunt ) ad credendum vobementer adductus , ei , qui Medicinam exercet , generale nomen Philosophi deponendum esse , ut peculiare Medici sustineat , quemadmodum docuisse Hippocratem doctissimus Daniel Clericus ( a ) in Cornelii Celsi effatum illud , ( b ) Hippocratem primum ex omnibus memoria dignis fuisse , qui ab studio Philosophiæ Medicinam separaret , animadvertisit scite admodum , sapienterque ; altiora interea , abstrusioraque , non ea tamen , que supervacanea esse judicavit Celsus ( c ) quoniam incomprehensibilis natura sit , & in qua nimis magnum studium ,

( a ) Hist. Medic. P. 1. lib. 3. cap. 1.

( b ) In præfat. ( c ) Ibidem.

dium , multamque operam conferre ut vitiosum reprehendit Cicero (d) curiosus persequens , ac sedulo pro ingenii modulo inquirens in commen- tariis , atque animadversionibus , ne ulla unquam de causa a Divini Præce- ptoris doctrinis recederem , qui in libro de decenti ornatu (e) adeo ex- tulit Philosophie studium , ut Philosophiam , diceret , ad Medicinam transferri oportere , & Medicinam ad Philosophiam . Animo id mibi versanti , ac perarduum munus , propterea quod in ea inciderim tempo- ra , in quibus uti omnes fere disciplinæ , ita quoque Medicina ad sum- mum splendoris , claritatisque fastigium pervenit , suscipienti , nihil curæ magis , cordique esse debuisse etiam me tacente facile vides , quam ut ea , que per magistrum rerum experientiam detexi , non quæ vago pas- sim rumore circumferri solent , ingenua oratione conscriberem . Quod ubi diligenter teneas , facile etiam intelliges non sine causa a me esse fa-ctum , ut nonnullorum morborum , qui rarissimi sunt , ac propterea non- dum mibi Medicinam discenti , facientque , vix paucis inter innumeros omni ævo in praxi exercitatissimos vel observandi , vel pertractandi oc- currerunt , vel quorumdam vitiorum , quæ a laesa cordis , & præcordio- rum structura dependent , tractationem prætermitterem , utpote quæ adeo abstrusa , & cognitu difficultia sunt , ut præstantissimus Hippolytus Fran- ciscus Albertinus (f) ingenuæ de se fateri non dubitaverit , licet multa , affiduaque contentione in contemplandis aegris , eorumque cadaveribus per- scrutandis longo annorum cursu versatus fuerit , se tamen eousque mini- me profecisse , ut quod semel , iterum , sepiusque conspexit in mortuis , id agnoscere potuerit in vitam agentibus , ut signa nempe diagnostica explo- rata haberet , atque perspecta , quibus in eorum cognitionem deduceretur ; utcumque nonnulli , postquam Alexander Knips Maccoppe Medicus no- strorum temporum magni nominis nobilem de Polypo Aortæ , quem respi- rante adhuc corpore fidenter pronuntiarvit , Dissertationem edidit , qua accu- ratissimam omnium pectoris morborum historiam complexus est , sibi in a- nimum induxerint . Illud interim etiam atque etiam a te contendeo , Lector optime , ut laborem huncce meum æquo animo excipias , atque habeas pro certo in eo scite conscribendo , utcumque mibi defuerit facultas , voluntatem minime defuisse . Vale .

# INDEX CAPITUM,

*Quæ in hoc Volumine continentur.*

|       |   |     |
|-------|---|-----|
| I.    | De Apoplexia.   | 4   |
| II.   | De Paralysi.  | 35  |
| III.  | De Comate vigili , Caro , Comate somno-<br>lento , & Lethargo.              | 44  |
| IV.   | De Delirio in genere , & speciatim de Phre-<br>nitide , ac Paraphrenitide . | 71  |
| V.    | De Mania.   | 92  |
| VI.   | De Melancholia generatim , ac speciatim de<br>Melancholia ab amore.         | 110 |
| VII.  | De Hydrophobia.   | 125 |
| VIII. | De Epilepsia.   | 139 |
| IX.   | De Dolore Capitis.  | 168 |

IN.

(d) De Officiis lib. 1. cap. 6. (e) N. 4. (f) Com. A. B. p. 382.

NOI

# NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

**A**vendo veduto per la Fede di Revisione , ed Approvazione del P. Fr. Paolo Tomaso Manuelli Inquisitore Generale del Sant'Offizio di Venezia , nel Libro intitolato: *Aphorismi de Cognoscendis , & Curandis Morbis &c.* Scriptore Jo. Francisco Scardona Rhodigno ; non v' esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica , e parimente per Attestato del Segretario Nostro , niente contro Principi , e buoni costumi , concediamo Licenza a Giovanni Manfrè Stampatore di Venezia , che possa essere stampato , osservando gli ordini in materia di Stampe , e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia , e di Padova .

Dat. 15. Maggio 1753.

( Gio: Emo Proc. Rif.

( Barbon Morosini Proc. Rif.

( Alvise Mocenigo IV. Cav. Proc. Rif.

Registrato in Libro a Carte 9. al num. 60.

Gio: Girolamo Zuccato Seqr.

Adi 19. Maggio 1753.

Registrato nel Magistrato Eccellenissimo degli Esecutori  
contro la Bestemmia.

Alvise Legrenzi Seqr.

DE



A P H O R I S M I  
D E C O G N O S C E N D I S ,  
E T C U R A N D I S M O R B I S  
L I B E R P R I M U S

C A P U T I .

*De Apoplexia.*

- I.  Poplexia est subita sensuum cum internorum , tum exterritorum , motuumque a voluntate pendentium privatio superfite interdum pulsu , & respiratione .  
II. Causa ejus proxima est impeditus spirituum Animalium a Cerebro ad organa sensui , & motui destinata , & ab his ad Cerebrum excursus ob vitium in Cerebro .

III. Quod tunc contingit , cum vasa sanguifera perpetuo perennique motu non deferunt sanguinem ad glandulas , ductus , atque emissaria Cerebri , cum glandulæ , ductus , atque emissaria Cerebri spiritibus in nervos percolandis , derivandisque inepta sunt .

IV. Huc spestant carotidum , & vertebralium compressio , disruptio , earumdem , ac venarum jugularium , & sinuum cerebri obstructio , huc compressio , disruptio , obstructio glandularum .

X. Glandulæ porro comprimuntur a sanguinis plethora vera , vel apparente , ejusdem motu nimis veloci in cerebrum , a fero , lympha , sanguine , pure intra ejusdem cavitates , & sinus effusis , a tumore , ulcere , polypo , aneurysmate intra ipsum obortis , a cranii fracturis , percussione , Tom. I.

A bus,

**DE COGNOSCENDIS, ET CURANDIS MORBIS**  
bus, tumore, polypo, aneurysmate extra ipsum genitis, sero, sanguine, pure inter meninges, & cranium effusis, meningum earumdem convulsione. Disrumpuntur a vulnere cerebrum penetrante, forti ictu. Obstruuntur a materia crassa, vilcida, & lenta.

**VI.** Atque hinc liquet, cur senes, & qui plethorici sunt, qui affectiōibus convulsivis obnoxii, qui collo lato, & brevi donantur, qui tumoribus imi, vel medii ventris prope truncum Aortae descendenter, qui hydrope laborant, mulieres quæ utero gerunt, quibus suppressi sunt improviso menses, in Apoplexiā frequenter labantur.

**VII.** His accedunt motus corporis vehementissimi, ac præsertim in homine plethorico, immodica Venus, vini, & rerum acidarum, spirituum fermentatione confectionis abusus, aer austriacus, nimis calidus, pluviosus, humidus, insolatus, vel contra nimis frigidus, & borealis, studia immoderata, vehementes animi commotiones, ira præsertim, improvisus timor in pueris, ingens strepitus, ac vehemens sonus, inedia.

**VIII.** Apoplexiā alia universalis est, alia particularis; totius in illa medullaris, & corticalis cerebri substantia afficitur, in hac unius tantum partis: illa rufus in levem, fortē, fortissimam. In levi cerebrum tantum stricte dictum afficitur, hinc pulsus in principio saltem naturali vehementior, respiratio profunda, lenta, æqualis. In forti, & fortissima præter cerebrum, etiam cerebellum plus minus laeditur, hinc respiratio violenta, difficilis, stertorosa, inordinata, intermittens, quandoque spuma circa os, pulsus debilis, parvus, & si laesio insignis fuerit, respiratio fere nulla, pulsus deficiens, mors.

**IX.** In Apoplexiā particulari vel dimidia tantum pars cerebri resolvitur, & Hemiplegia dicitur, vel partium, quæ infra cerebrum sunt, & Paraplegia nominatur. Mirum parte cerebri dextra affecta resolvi sinistram, & contra sinistra affecta resolvi dextram.

**X.** Signa præsentis Apoplexiæ sunt improvisus in terram casus, subita sensuum internorum, externorumque, ac motuum a voluntate pendentium, vel forti admoto stimulo cessatio, pulsus, & respiratio pro vario Apoplexiæ gradu varia, vocis ablatio, ægri decubitus qualis dormientis, aut semimortui, faciei color sano similis, spuma circa os, excrementorum, urinæ involuntarius exitus, oris detorsio, dimidiæ partis corporis, vel omnium, quæ infra caput sitæ sunt, resolutio.

**XI.** Signa venturæ Apoplexiæ sunt, insignis in somnum proclivitas, difficultas ad motum, stupores, vertigines diurnæ, tremor præcipue capitis, dentium stridor in somno, incubus, palpitatio cordis per noctem invadens, aurium tinnitus, jugularium arteriarumque temporalium turgescens, oculorum, & faciei rubor intensus, vel pallor cum oculis humidis, naribus, & palato, exrementorum ex iisdem partibus fluentium intercep̄tio, extremorum refrigeratio sine causa manifesta, urinæ atræ, modicæ

cam

### **L I B. I. C A P. I.**

3

cum subsidentia crassa, & tenaci spuma.

**XII.** Apoplexiā fortem solvere impossibile, debilem vero non facile. Hipp.

**XIII.** Universali Apoplexiæ particularis plerunque succedit.

**XIV.** Febris de genere ephemeralium vehemens ægro nondum debilitato superveniens Apoplexiā a materia lenta ac difficiili obstruente, interdum etiam ab acri, mordacique convellente oriundam solvit.

**XV.** In insultu Apoplexiæ, si eger plethoricus, succique plenus sit, cūjus facies intense rubeat, tumeat, oculi inflammati sint, evacuationes consuetæ sanguinis suppressæ, sanguis nulla interposita mora detrahendus ex basilica brachii lateris fani ( nisi utrumque resolutum sit ) lato vulnere, postea si opus sit ex jugularibus. Cave autem, ne suppressæ sint improviso excretiones sanguinis ex utero, aut hemorrhoidibus; tunc enim prius sphæna pedis secunda, quam jugularis.

**XVI.** In pueris, & valde senibus, in iis, qui præhumido sunt corpore, pallidi, leucophlegmatici, oculos pallidos humentes habent, quibus excretiones copiose feri, & pituitæ per os, nares, fauces contingunt, qui a morbis progressis valde debiles sunt, nunquam venæ seccio imperanda.

**XVII.** Ut sursum cucurbitula magna occipiti admoveri potest.

**XVIII.** Cæterum uti dolorificæ omnis generis, atque extimulantia medicamenta vel initio in hac Apoplexiæ specie efficacissima sunt, ita in illa, nisi prius vaſa fuerint sanguine depleta, homini sunt infestissima. Huc spectant cucurbitulæ sicczæ cruribus, ac plantis pedum admoveendas, frictiones ex sale in acetō soluto, aut cæpa per medium dissecta, atque acetō imbura in volis manuum, aut plantis pedum instituendas, vesicantia artibus applicanda, clysteres acres, cujusmodi sunt ex decoctione pulpæ colocynthidis nodulo inclusæ cum fal. gem. 3 ii. parati, repetitis vicibus injiciendi; huc tandem suppositoria ex fal. gem. 3 ii. diagryd. gr. x. cum sufficienti quantitate mel, ad ignem inspissati, loco clisterum adhibenda.

**XIX.** Interim haustus ex aq. suc. Melis. Betton. Salv. Lavend. cum spirit. sanguin. human. cran. human. gut. Anglican. gut. xxx syrups. pœon., vel primul. ver. 3 vi. cocleatim propinandi.

**XX.** Aquæ anapoleticæ diætae minus arrident. Salis volatilis succinæ grana aliquot ex cochleari syrup. de Bettonic., vel simili in quocumque subiecto adhiberi tuto possunt.

**XXI.** Si paroxysmus diutius protrahatur, spirituosa naribus admoveantur. Eiusmodi sunt spiritus fal. armoniac. sales volatiles urinosi, olea destillat. Lavendul. flor. anth. & similia.

**XXII.** Sternutatoria in hominibus præsertim laxioris structuræ, & qui copia feri, ac pituitæ abundant utiliter adhibentur. Quare ex hyssop. satur. pulv. a 3 i. caltor. 3 s. f. pul. in nares fistula aliqua intrudendus. Quæ ex piper. euphorb. pyrethr. hellebor pul. parantur, acriora cum sint, cautius usurpanda.

A 2

xxiii.


**XXIII.** Purgantia vomitoria in iis, qui fero abundant, & cacochemici sunt tandem adhibenda. Pulvere ex Scammon. aut diagryd. a gr. x. ad xx. castor. elest. pul. 3. i. ad 3. ii. ex syrupo aliquo nihil ad purgandum efficacius, radice ipecacuanæ pul. ad 3. ii. ex juculo fol. card. benedict. alterato, nihil ad vomitum promovendum pro ægrorum opportunitate valentius.

**XXIV.** Mirum hæc omnia in adultis, strigosisque corporibus, convulsioribus obnoxiiis veneni ad instar agere. His porro solum clysteres laxantes, potus seri destillati cum cephalicis floribus temperatis, nempe tiliæ, lilio convall. vel eorumdem decoctiones theiformes, jusculta avenacea, hordeacea, aquæ nocerianæ, emulsiones ex sem. melon. quatuor frigidor. vifa sunt convenire.

**XXV.** Extra paroxysmum, ut æger omnino restituatur, neve morbus recrudescat, venæ sectio respectu habito ad plenitudinem plurimam facit in plethoricis, cauteria in obesis, brachiis, aut collo applicanda; in serosis pilulæ Maſtich., vel de succin. Craton. a 3. ii. ad 3. i. cum castor. pul. gr. vi. quolibet octavo, aut sexto die propinanda. Horum dierum intermedio decoctiones theiformes fol. chamæd. melis. bettonic. primulæ veris flor. anthos, additis gut. aliquot spirit. cor. cer. vel cran. human., vel præmisso pulveris viperini 3. s. sal. volat. succin. corn. cerv. gr. iv. ex conserva bettonic. vel primul. ver. eximiam operam præstant.

**XXVI.** Uſus seri lactis destillati cum cichor. endiv. boragin. portulac., aquæ nocerianæ, balnea aquæ dulcis, lac asinum in temperamentis fervidioribus biliosis, ut ajunt, calidisque locum habent.

**XXVII.** Viētus ratio in paroxysmo sit tenuis, jusculis æger contentus sit carn. pullor. vitul. quibus postea addantur vitella ovorum.



# C O M M E N T A R I A, A T Q U E A N I M A D V E R S I O N E S I N A P H O R I S M O S

## D E C O G N O S C E N D I S , & C U R A N D I S M O R B I S

### L I B E R I .

#### C A P U T I .

I. **A**poplexia est subita &c.) Qui Apoplexia corripiuntur quasi fulmine, aut sidere percussi in terram concidunt, hinc orta ejus denominatio: Apoplexia enim latine nihil aliud, quam percussionem significat. Sideratus etiam, & attonitus morbus dicitur, quod sensus externi, internique, motusque a voluntate pendentes abolentur. *Απόνια* Hippocrates 4. de viēt. ratione 6. & 7. aph. 58. appellavit, vel quod ægris Apoplexia detentis vox deficiat, vel quod sublate vocis nomine (quod græcum verbum *ἀπόνια* sonat) reliqua operationes læsæ intelliguntur, ut plerique cum Galeno com. 5. lib. aph. & 51, 6, & 58, 7, 4. de viētus rat. in acut. 23. sunt arbitrati.

Motuumque a voluntate pendentium privatio superfite interdum pulsu, & respiratione.] Duo motuum genera constitui a Medicis, quorum alter a voluntate dependet, alter sine voluntatis imperio propagatur, notum omnibus est, atque perspectum. Proprius hic est musculo cordis, vasis, & visceribus, quæ voluntibus, nolentibusque Animalibus continuo moventur. Cum vero a motu cordis sanguinem in pulmones, & universum corpus projicientis pulsus, a motu vero pulmonum, & muscularum thoraci elevationi, & depressioni inservientium respiratio dependeat, quæ functiones ad naturales motus spectant, adjicimus superfite interdum pulsu, & respiratione, quo magis appareat una cum motibus voluntariis minime cessare motus naturales, ideoque subito in terram casu hominibus vitam minime auferri. Sed hac de re plura inferius.

II. **Causa ejus proxima** est impeditus spirituum Animalium a cerebro ad organa sensui, & motui destinata &c.) Organa sensuum extenorū, internorumque esse membranas, & nervos, ac tenuissima filamenta eosdem componentia, motuum vero nervos, & muscularos variis fibris compositos, membranisque nervis obductos debita tensione, elatere, tono gaudentes, omnes fere Medici uno ore concedunt. De modo autem, quo hæc peraguntur lis orta maxime illustris. (a) Sunt enim, qui nervos impervios, ac spiritus animales communitios faciunt. Atque hi quidem in ea sunt opinione, ut credant motus in nervorum extremitates ab objecto externo inductos eodem motu, eodemque tempore secundum sui continuationem ferri ad cerebrum usque eo prossus modo, quo motus unius chordæ extremo impressus alteri extremo eodem momento com-

(a) *Gulielm. Harveus*, ut colligere licet ex libro de Gen. Animal. exercit. 71. de calore innato.

*Melchior Friccius* in Paradox. Paradox. 2.

*Martinus Lister*, *Bidious*, *Couoper*. Vide Petrum Antonium Michelottum Dissert. de separat. in corpore animali. cap. 2.

municatur. Cerebro sic affecto varias ideas, ac perceptiones pro vario tremore excitato exoriri. Dum immediate afficiuntur nervi in cerebro, nullum spiritibus motum imprimi, nulloque modo eisdem concurrere ad sensus internos perfriciendos sustinent, multo minus ad motum voluntarium, & naturalem.

Alii e contra, a quibus nos sumus, rem omnem referunt ad subtilissimum quoddam liquidum, quod in cerebro separatur, ac per nervos eidem appensos per universum corpus quaquaversum diffunditur. (a) Nullam siquidem seu in nervis, seu tunicarum nervos involventium filamentis tensionem, tonum, vim esse posse putant, nisi debita liquidi illius, seu spirituum copia vigorentur. A cerebro autem separari si non vera, (quamnam autem ejusmodi?) verosimillima saltem ratione evincunt. Quæ quidem desumitur primo a cineritatem cerebri parte, quæ sive glandulosa sit juxta Malpighium (b) sive vasculosa juxta Ruy-schium (c) ad fluidi alicuius secretionem comparata videtur. Fluidum autem istud a cerebro in nervos influere a continuatione eorumdem cum cerebro deducitur. Quod vero istud per nervos influens in partes omnes nostri corporis cum sensu, tum motu inserviat, experimento confirmatur. Denudato enim nervo aliquo, digitoque compresso motum, & sensum illius partis, ad quam nervus ille transmititur, desinere, remoto vero dito, vel paulo post nervi portione inter digitum prementem, & partem resolutam intercepta sic compresfa, ut si quid fluidi in ea subsistat, calcar eidem addatur, & in partem exprimi valeat, redire rursus haud injucundo spectaculo deprehensum sit. Ad hæc responderi solet ab aliis: Si fluidum aliquod in nervis continetur, cur iisdem recisis nihil humoris effluit, cur nervo ligato nulla supra vinculum intumescencia sequitur? Qui tamen a nostris adeo præclare refutantur, ut & falsa eos feati, & ignorare prorsus, quæ scitu necessaria sunt, luce clarissim appareat. Fluidum enim, quod a cerebro secernitur, & per nervos in partes omnes nostri corporis transmittitur tantæ tenuitatis est, ut momento fere temporis alio divertere possit, ad vicinas nempe nervorum propagines (communicare enim inter se nervos, non minus, ac cetera vasa putat Boerhaavius;) vel per membranarum poros labi, vel saltem in minimum volumen redigi nulla interea in loco, in quo continetur, vi illata. Arguit eamdem incredibilis vasculorum, quibus corticalis cerebri substantia contexta est, tenuitas, ut nulla manifesta cavitate prædicta videantur, arguit experimentum, quo compertum est, lympham in cerebro dissecto repartam igni appositam citissime totam exhalarere, neque concrescere, quod sane magna in illa, multo magis in fluido nervo, quod multo subtilius est, tenuitatis indicium est. Alia rationum momenta, quibus evinci potest spiritus in nervis containeri clare exponuntur a Cl. Heistero (compend. Anat. Neurologia 301.) Legi propterea eadem ex fonte malius, quam hic referri. Modo quærendum restat, qua potissimum ratione motus partium, ac sensus peragantur, ut proximam Apoplexiæ causam facilius assequamur. Putant nonnulli impressas animæ voluntate cerebro motiones ad partes, organis vero sensuum ad sensorium commune, nempe cerebrum, traduci per nerveas fibrillas ab eodem in organa motuum, ac sensuum exorrectas tunicis, seu tubis meningum, intra quæ fibrilla illæ continentur spiritibus diffentis, ut iis veluti in natantes nerveæ fibrilla suscepitos motus facilius deferant ab una in alteram extremitatem, atque ita præpediantur, ne invicem iisdem compressis motus languidi.

(a) Vide Uvillium de Cerebri Anatome cap. 19. & Raymendum Vieussenium in Neurographia Universali lib. 3. de nervis cap. 1.

(b) Exercit. Anat. de cortice Cerebri, & de structura glandularum Epist. R. Societatis Londinensi missa.

(c) In Prodom. thes. Anat. 6. & in thesauro Anatom. 10.

### L I B. I. C A P. I.

Si fiant, atque sensations debiles, aut confusa. Ab hisce tamen tam nos dissentimus, quam ii dissentient a veritate. Nervi enim non rigidi sunt, sed laxi, ac flexiles, variisque in locis nodos constituant insignes, & quasi cartilagineos, unde motus uni nervorum extremitati impressus in alteram extremitatem dispergi non facile potest. Quare statuimus fieri hæc mediante spirituum animalium influxu, & eorumdem recessu quodam, dum nempe nervorum extrema ab objectis sensibilibus excitata motionem spiritibus ibi præsentibus, & in universo nervi ductu simili modo communicant, atque ita & spiritus illi sibi vicinos, immo connexos, & continuatos momento fere temporis conciunt a cerebro ad partes, a partibus ad cerebrum, cujus deinde motus occasione certa in musculis adjuvante liquidi arteriosi influxu, & naturali fibrarum dispositione ad se contrahendum tensio, in cerebro certæ idea, ac perceptiones proficiuntur. Nec mirum videatur motum spirituum ad partes non interrumpi ab alio qui sensu inservit. Phænomenon explicat luculentissime Anatomicorum facile princeps Jo. Baptista Morgagni exemplo præclarissimo *in radix in primis ipsius lucis, qui ut diversis contrariisque motibus se ferente, non tamen propterea suum quaque iter non servant* (Ad. 2. an. 8.) Quæ cum ita sint, Apoplexiæ non ad aliam caufam, quam ad impeditum spirituum animalium a cerebro ad organa sensu & motu dicata, & ab his ad cerebrum excussum referendam esse manifestius quidem est, quam ut ullis rationibus possit comprobari; quæ fere Hippocratis, Galeni, Sennerti, & Recentiorum fere omnium opinio fuit.

*Ob vitium in cerebro.*] Qua ratione Apoplexiæ differat a Paralyssi dubitatur. Sunt enim qui putant differre Apoplexiæ a Paralyssi, quod in Apoplexiæ amittatur motus, & sensus corporis totius, in Paralyssi vero particularium partium, dimidiæ scilicet partis dexteræ, vel sinistrae, vel plurium membrorum, vel unius tantum membra. Eam opinionem strenue defendunt Cælius Aurelianus, Aretæus, Trallianus, & Galenus ipse de differ. sympt. cap. 3. Alii e contra existimant cum Hippocrate lib. de morb. sacr. sect. 3. in coac. sect. 3. num. 27. & Epidem. lib. 7. sect. 1. num. 27. Apoplexiæ a Paralyssi differre, quod in Apoplexiæ amittatur motus, & sensus totius corporis, vel partium particularium ob vitium quod est in cerebro, in paralyssi vero ob vitium extra cerebrum. Cum his autem pugnare nolumus. Et sane nec observationibus, & experimentis, nec rationibus ab iisdem ductis destituuntur. Primum enim compertum est observationibus tum ipsius Hippocratis, tum Aretæi, Cælii Aureliani, aliorumque in Apoplexiæ lœdi principes animæ operationes. Nulla autem ratione lœdi posse principes animæ operationes, nisi cerebrum, quod omnium fere saniorum Philosophorum consensus animæ sedes statuitur, affiliatur, manifestissima res est. Quod cum in paralyssi minime contingat, luce clarissim appetat, ejusdem sedem extra cerebrum statuendam esse. Huc accedit ob contusionem infligem capitis resolvi quandoque inferiores partes, & quidem oppositas parti cerebri affectæ. Idque Veteres, ac Recentiores fere omnes concedunt. E contra in paralyssi eamdem partem refolvi videmus, cui vitium inhæret, indicio manifestissimo non secretionem spirituum in cerebro impediens, sed eorumdem secretorum jam derivationem in partes, ob nervorum obstructionem, compressionem, vel laesam structuram prohiberi. Sed plura alibi dicemus. Hæc potissimum, atque alia ejusmodi protenso quasi digito commonstrant, non aliunde petendum esse discrimin quod intercedit inter Apoplexiæ, & Paralyxiæ, quam ex eo quod in illa cerebrum afficitur, in hac partes infra cerebrum.

III. Cum vasa sanguifera perpetuo, perennique motu non deferunt sanguinem ad glandulas, ductus, atque emissaria cerebri &c.] Ob defectum spirituum anima-

lium oriri Apoplexiā opinantur nonnulli. Quam quidem opinionem id maxime fulcit, quod deficientibus spiritibus animalibus, eorumdem a cerebro in partes influxus haberi nequat, neque a partibus in cerebrum excursus, unde motus, ac sensus aboleri contingit, atque Animal Apoplecticum fieri. Verum cum animadverterim revera Animal Apoplexia coripi, cum amissio motu, & sensu, improviso quasi fulmine ictum in terram concidit, nihil sane inveni, cur Apoplexia ad hanc causam referri satis apte posset. Cum spiritus sensim sensimque deficiant, Animal neque improviso in terram cadere, nec motu sensuque privari posse, sed languescientibus omnino viribus, paulatim animo delinquare, ac tare potius consumptum interire, haud equidem intutum crediderim pronuntiare. Atque hanc philosophandi rationem multæ confirmant observationes Sennerti, Cælii Aurelianii, & Fernelii, quibus compertum est in Apoplexia superfitates esse naturales motus, eosque validiores, vehementioresque; ut silentio illud præterea robustos, atque in perfectissima valetudinis statu constitutos homines Apoplexiā invadere, quæ quidem perbellè evincunt Apoplexiā a defectu spirituum animalium oriri non posse. Quibus sic constitutis licet colligere liberum spirituum animalium a cerebro ad partes, a partibus ad cerebrum excusum præpediri, vel vitio tantum vasorum sanguiferorum, ne perpetuo, perennique motu deferant sanguinem ad glandulas, ductus, atque emissaria cerebri, vel vero vitio glandularum, ne perpetuo spiritus percolent in nervos, quæ primum post proximam causam tenent locum. Ad cuius rei statum melius intelligendum illud notandum est, secretiones humorum rite tunc peragi, cum sanguis, qui materia est proxima omnium humorum, qui fecernendi sunt, justa quantitate ad glandulas, seu organa secretioni dicata appellat, deinde glandulae, atque organa eadem satis patula sunt, atque aperta, eaque ratione constituta, quæ opus est ad peculiarem humorem e sanguine diversum percolandum. Si itaque in vasis sanguiferis certum sit impedimentum, quominus sanguis, qui materia est proxima spirituum, ad glandulas deferatur, vel in iisdem glandulis, quominus eorumdem percolatio, ac derivatio in nervos habeatur, intercipi debere spirituum Animalium a cerebro in partes, a partibus in cerebrum excusum manifestissima res est.

IV. *Huc spectant Carotidum, & vertebralium compressio &c.*] Inter impedimenta vasorum sanguiferorum, ne perpetuo, perennique motu deferant sanguinem ad glandulas, ductus, atque emissaria cerebri, recensetur primo compressio carotidum, ac vertebralium. Id quod experimento etiam confirmatur Cl. Louveri in canibus, quos vinculo eorumdem carotidibus injecto somnolentos primum, & suspiriosos reddi observat, ac tandem concidere. Vinculo enim carotidibus injecto liber sanguinis ad glandulas cerebri motus, atque spirituum, quorum parentis sanguis est, secretio inhibetur, unde somnus primum, deinde partium resolutio.

*Disruptio*] Non quorundamque vasorum disruptio Apoplexiā progignere valit, sed solum insignium, e quibus propterea momento fere temporis sanguis magna quantitate educitur, unde ad glandulas, ductus, atque emissaria cerebri ea portio ejusdem non appellat, quæ ad spirituum animalium secretionem sufficiat. Hinc si Carotides, puta magno vulnere, aut aneurysmate disruptantur, cum per easdem tota sanguinis pars ad cerebrum trajiciatur, quæ necessaria est ad spirituum animalium secretionem; (tanta autem est, ut juxta supputationem Cl. Malpighii tertiam fere massæ sanguineæ partem constitut) nil mirum si spirituum secretionem prohiberi contingat, atque Animal Apoplecticum cadere.

*Earumdem, ac venarum jugularium, & sinuum cerebri obstruclio*] Frequentissima si quæ alia causa est arteriorum ductuum obstruclio, sive a materia aliqua concreta

creta e. g. polypo, grumis sanguinis, sive a tenaci ac diffcili humore eisdem impacto, aut simili causa eadem nascatur. Cl. Willisi lib. de an. brutor. loquens de Apoplexiā, cum sedulo perpendit Carotides, ac vertebrales multiplici osculatione se invicem conjungere, ac communicare inter se, in eam venit opinionem ut crederet, obstructo uno, aut altero earumdem ramo, eam crux copiam, quæ ad spirituum secretionem necessaria est per ramos non obstructos ad cerebrum, ejusdemque glandulas appellere, ideoque ex obstrukione carotidum, ac vertebralium Apoplexiā nunquam exoriri. Verum si rem sedulo pro ingenii modulo ad examen revocemus, quidni liceat conjectare sanguinem crassum, viscidum, ac lentum eo usque cogi, ac condensari posse, ut ramos omnes carotidum, ac vertebralium obstruat, atque impedimento sit, quomodo necessaria ad sensum, & motum spirituum secreto habeatur, unde Apoplexiā? Quod non dicerem, nisi observationes idem plane evincerent. Quid quod in plerisque Apopleticis post mortem nihil aliud præter carotidum, vertebralium, ac reliquorum vasorum sanguinem ad cerebrum deferentium obstruktionem a polypo, aneurysmate, grumis sanguinis, & similibus causis deprehendere licuit? V. Malpighius unus instar omnium tract. de cerebro, & polypo cordis, ut Bonetum, Wepfferum, aliosque mittam. Paulo obscurior res videtur de venarum jugularium, & sinuum cerebri obstrukione; quomodo scilicet impedimento esse possit, ne sanguis, qui materia est proxima spirituum, ad glandulas, ac ductus cerebri appellat, unde eorumdem secreto præpediatur. Si tandem illud animadvertis, obstructis jugularibus, ac sinibus cerebri prohiberi recessum sanguinis, qui reliquus est a secreto spirituum jam facta; accessum vero novi affluentis sanguinis, a quo spiritus fecernendi sunt, quid est tandem, cur ab hac causa Apoplexiā oriri posse neges? Omnia hæc paucis complecti viis est Hippocrates 4. de viat. rat. in acut., ubi ait: *Cum quis repente obmutescit (id est apoplexia corripitur) id venarum interceptiones, occlusionesque obmutescit* (id est apoplexia corripitur) *id venarum interceptiones, occlusionesque faciunt.* Quod etiam confirmat lib. 2. de morb. Hac de re plura apud Rolfinium disserit. anatom. libr. 6. cap. 5., apud Fernelium 2. de abditis rer. caus. cap. 15.

*Huc compressio, disruptio, obstruclio glandularum.*] Jam ventum est ad vitia glandularum, quas multo facilius comprimi, disrupti, atque obstrui facit potissimum, quod multo mollior, quam vasorum sanguiferorum fit earumdem texture; nec non meatus, ac ductus adeo angusti, ut vix ac ne vix quidem occultis exquisitissimo microscopio armatis apparere intuenti possint. Ex quibus liquido constat, levi quacumque de causa comprimi, aut alia ratione affici posse quæ opus est, ut spiritibus in nervos percolandis, derivandisque ineptæ reddantur, unde Apoplexiā.

V. *Glandula porro comprimitur a sanguinis plethora, vel vera, vel apparente.*] Compressio glandularum duobus modis contingere potest, a causis nempe intravasa cerebri existentibus, vel extra. Si primum, frequentissima est causa sanguinis plethora, quam duplum faciunt Medici, veram scilicet, & apparentem: illam quidem, quotiescumque materia, & moles sanguinis augetur, hanc, quotiescumque materia non aucta augetur tantum ejus moles, hoc est sanguis nimis rarescit, & expanditur. Alterutrum horum, aut utrumque contingat, cum moles sanguinis cum vasis continentibus comparata nimis magnam cum illis rationem habeat, distendi præter modum contingit, distensione vero subjectas glandulas comprimi, & spirituum animalium percolationem in nervos impediti.

*Ejusdem motu nimis veloci in cerebrum.*] Haud infrequens est, ut æquabilis, & ordinata sanguinis circulatio per vasa corporis perturbetur, & sanguis in hanc potius, quam illam partem influat, & uberior, & velocius. Si in pectus,

ac pulmone, spiritus difficultatem atque angustiam parit; si in cerebrum, dolorem capitis, ruborem faciei, & oculorum, aliaque id genus symptomata. Quod si sanguis pleniore flumine, & insigni velocitate irruens totus eodem momento temporis a minimis arteriolis in venulas libera circulatione trajici non possit, turgere vasa ea ratione tandem debere qua opus est ad glandulas ibi subjectas comprimentas, ac spirituum separationem prohibendam adeo manifestum est, ut probatione nullatenus indigere posse putem.

*A sero, lympha, sanguine, pure intra ejusdem cavitates, & sinus effusis.*] Si compressio glandularum a caulis extra vasa contingat, deberi potissimum sero, lymphae, sanguini, puri intra cavitates, & sinus effusis cum multæ, ac frequentes, tum certæ, ac constantes observationes evincent. Sic Bartholinus hist. anat. c. 2. obs. 60. In cadavere apoplectici omnes ventriculos concreto sanguine turgidos, ut ne guttam amplius exciperent, vidisse testatus est. Totam cerebri basim crurore obductam memorat Bonetus in Sepulchr. lib. 1. sect. 2. obs. 12. Insignis sanguinis extravasatio in cerebro facta extat apud Ferne- lium de abd. r. caus. & Tulpium obs. 13. Eadem observationes habet Willius lib. de an. brut. cap. 9. Warthonus in adenograph. cap. 2. præter illas, quæ describuntur in M. N. C. Dec. 3. an. 1. obs. 154., quas brevitatis gratia prætermittere libuit. Quid plura? Wefferus, qui unus instar omnium solertissime malum hoc inquisivit, fere semper extravasatum sanguinem ex plexu choroidi prodeuntem reperiisse testatus est. Plurimum aquæ in apoplecticorum cadaveribus intra caput inventum fuisse, & ejusdem Tulpi, & Henrici ab Heer, aliquorumque observationes in M. N. C. Dec. 2. an. 10. obs. 161. testantur.

*A tumore, ulcere, polypo, aneurysmate intra ipsum factis.*] Frequentissimam Apoplexiæ causam ad tumores in cerebro genitos, aneurysmata, polypos, & his similia vitia referendam esse nemus negaverit, qui adierit. Cl. Lancium in tractatu illo nobili de subitanis mortibus, & Malpighium loc. cit. & Harderum obs. 34. aliasque graves. Autores, qui ejusmodi vitia in plerisque cadaveribus Apopleticorum deprehendisse testati sunt.

*A cranii fracturis, percussionibus.*] Quamvis cranii fracturæ, ac percussionsæ quandoque non sint, ut valeant comprimere glandulas ac ductus cerebri, unde spirituum motus a cerebro in partes, a partibus in cerebrum intercipiatur, magni tamen semper facienda sunt. Neglectis siquidem stagnationes humorum, congestionesque facile subsequuntur, quæ progressu temporis in abscessum degenerant Apoplexiæ anam daturum. Cujus rei locupletissimum testem habemus Thomam Bartholinum de Angina Epid. exercit. 3. affirmantem ex levi capitum contusione neglectis per imprudentiam remediiorum præsidii primo pedum brachiorumque paralysim in nobili quodam viro obortam, mox maturo inde fato eundem cessisse. In elevati vero cerebri systernate nullum alicuius momenti vitium præter abscessum in opposito latere enatum comparuisse. Quid quod percussorum exempla non desunt a Cardano, Schenkioque relata sine cerebri interioris offensa a solo concusso exitiosa? Nempe violentiori motu turbari spiritus contingit, ac constringi, qui nisi mora tridui ad se locumque redierint, de Apoplexia conclamatum, ut Hippocrates tacite expressisse perhibetur. An ita res habeat dubitant alii. Quæstionem pertractavit Bartholinus loc. cit. quo lectorem amandamus.

*A tumore, polypo, aneurysmate extra ipsum genitis, sero, sanguine, pure inter meninges, & cranium effusis.*] Comprimi etiam possunt glandulae a causis extra cerebrum existentibus, atque hinc est in Apopleticorum cadaveribus polypos, aneurysmata, serum, sanguinem inter Meninges, & cranium effulsum, & concretum inveniri. Verum hoc loco animadvertendum est sero extravasationem

nem non raro quidem esse Apoplexiæ causam, quandoque vero effectum ejus causæ quæ Apoplexiæ excitavit. Fateri quidem licet in hominibus valde plethoricas vasa sanguifera facile disrupti, & sanguinem tanta vi, atque impetu erumpere, ut glandulas non solum comprimat, sed etiam disruptat. Idem de vasis lymphaticis, si sero copia turgeant, dictum velim. Quid tamen quod sanguinis, ac ductuum lymphaticorum disruptio, ac propterea sanguinis, ac lymphæ extravasatio effectus esse poslit convulsionis insignis meningum, qua retardata fluidorum libera per vasa capitis circulatione, eadem majorem in modum distendantur, disruptanturque, unde sanguis, vel ejus serum effundatur?

*Earundem convulsione.*] Convulsio Meningum licet frequentissima Apoplexiæ causa sit, a paucis tamen adnotata est. Facit in hanc rem experimentum Cl. Valsalva de aur. human. a præstantissimo Morgagnio confirmatum (Advers. Anat. 2. p. m. 70.) Cum enim nervos cordis ad jugulum ligasset, ac statim vinculum solvisset, canis tamen intra paucos dies perinde mortuus est, ac si nervi amputati fuissent. Mirum in nervo diligenter inquisitione facta laesionem comparuisse nullam. Qui spiritus animales in partes per nervos influere putant, rem paucis absolvunt. Ad credendum enim adducuntur vinculo minimorum nervorum tubolorum, quorum singuli a pia matre, atque aracnoideæ tunica involvuntur, universi vero a dura Meninge mirabiliter prorsus artificio arte simul uniuntur, & quasi in fasciculum colligantur, structuram ita labefactari, ut sensim, sensimque languescat spirituum animalium excursus, tandem omnino cesset, unde canis pereat necessum est. Ex his colligunt Meningum convulsione glandularum cerebri, nervorumque minimos poros adeo constringi, ut spiritibus animalibus fecernendis, derivandisque impares evadant, unde Apoplexia. Cum nimis rursum vehementer convelluntur, crispanturque membranæ cerebri (præsertim dura Meninx, quæ, si fides habenda sit Pachiono de novo Meningum usu, atque structura, conservandis, moderandisque motibus machinæ Animalis comparata est) ubi e foraminibus cranii exeunt nervos obducere, eisque qua fieri potest vim, ac robur addere incipiunt, nerveorum vasculorum orificia coarctant, eorumque structuram lœdunt, perinde ac vinculum nervo canis injectum. Quid si a forti meningum convulsione tota medullaris cerebri substantia comprimatur? Glandulas nimis rursum spiritibus in nervos percolandis, derivandisque ineptas fieri, atque hinc Apoplexiæ subsequi adeo manifesta res est, ut manifestior sit nulla. Atque hinc liquido constat, cur in plerisque cadaveribus Apoplexia interemptis nullum adnotante Cl. Vallisnerio vitium neque in Meningibus, neque in corticali, & medullari cerebri substantia, neque in ventriculis, vasis sanguiferis, ac lymphaticis observari queat. Cum enim morbi causa vel in glandularum tantum, nervorumque lœsa structura a vehementi convulsione lateat, nulla ne vel lynceo quidem oculo lœsio cerni potest, quemadmodum in nervo extinti canis viri præstantissimi Valsalva, & Morgagni cit. loco vidisse nullum testati sunt.

*Disruptio a vulnere cerebrum penetrante, forti istu. Obstruuntur a materia crassa, viscida, & lenta.*] De disruptione glandularum a vulnere cerebrum penetrante &c. nihil dicendum suppetit, cum res sit luce clarior. Obstructionem vero quod attinet adnotacione digna est observatio quam refert doctissimus Petrus Paulus Molinellus in comment. A. B. p. 139. Dissecto enim cadavere cuiusdam hominis, quem vehemens Apoplexia oppresserat, exiguis corporisculis fere ut grana millii sunt, & figuræ ovalis universam piam Meningem, qua præsertim in sulcos cerebri altius penetrat adspersam & plenam materiae difficultis, & lentæ, & fere flavescentis, in eisque sanguifera vascula exilissima terminari videbatur, testatus est. Quibus sic constitutis licet colligere ab obstructione glandulari

dularum cerebri ( glandulas autem fuisse illas , nemo unus qui Malpighianus , inficiabitur ) spirituum secretionem , ac derivationem in nervos præpediente mortuum fuisse .

VI. Atque hinc liquet cur Senes . ] In senectute notat Bacco de Verulamio hist. vit. & mort. calorem innatum , atque humidum radicale consumi . Res eodem fere recidit , si dicas languescere solidarum partium elaterem , fluidarum vero volatilizationem , vasa minima , quæ contexta majorum membranas efficiunt , exsuffca reddi , sanguinis , reliquorumque succorum liberam circulationem prohiberi , partes tabescere , functiones fere omnes humani corporis perverti , unde innumerari morbi præsto sunt . Et sane humanum corpus machina est in certa quadam fibrarum , tubulorum , vesicularum , folliculorum , vescuum , ciborum , valvarum , & similiū machinularum dispositione , & liquidorum per solidorum fibras , ac tubulos excursu admirabili quadam lege in se mutuo agentibus consistens . Si igitur alterutrum horum deficit , aut plurimum saltem languescat , in pulmonibus puta infarctus , in renibus calculi , in cerebro tumores , polypi , aliaque in aliis visceribus vitia , & ex his plurimæ senum ægritudines profiscuntur , dyspnæa scilicet cum catarrho , nephritis , vertigo , Apoplexia , aliaque ejusmodi , quas integro aphorismo 31. sect. 3. fusa commemorat Hippocrates , quem Cl. Andreas Ellingerus Medicinæ in Jenensi Academia Professor in paraphr. aphorism. poet. numeris latinis reddidit , unde de senibus dici jure meritoque potest , quod Juvenalis Satyra 10.

#### Circumfilit agmine facto

Morborum genus omne ; quorum si nomina queras ,  
Promptius expediām , quot amaverit Hippia mæchos

Quot Themison agros autumno occiderit uno .

Qui plethorici sunt , qui affectionibus convulsivis obnoxii . ] Qui nimia sanguinis copia abundant facile iisdem vasorum disruptiones contingunt , quæ si ampliora fuerint , ac sanguinem ad glandulas , ductus , atque emissaria cerebri deferant pro spirituum separatione , manifestum est , e disruptis vasis erumpente sanguine , neque justam ejusdem quantitatem ad glandulas appellere , nec spiritus sacerne posse ad sensum , & motum necessarios . Quod si vasa proprie ad cerebrum spectent , e vasis erumpens sanguis glandulas comprimit , hinc spirituum animalium interceptio , hinc Apoplexia . In convulsionibus diuturnis , ac pertinacibus cerebri , ejusque glandularum structura facile pervertitur , atque spiritibus fecerendis impares evadunt ; immo paroxysmus interdum adeo vehemens est , ut occludantur omnino ductus glandularum earundem , atque ægri qui prius diris , horrendisque corporis concussionibus premebantur , in profundum somnum inopinata labantur , a quo postea excitari nulla arte queant .

Qui collo lato , & brevi donantur . ] Dum sanguis velocius , & uberiorus , quam par est in cerebrum defertur comprimi glandulas , & vasa sanguifera non raro disrumpi supra ostendimus . Velociori , atque uberiori sanguinis motui in cerebrum plurimum tribuit amplitudo , atque brevitas arteriarum carotidum , ac vertebralium . Per ampliores enim canales multum sanguinis effundi nemo est qui non videat : si breviores sint carotides , ac vertebrales , sanguinem majori vi , atque impetu trudi a corde in cerebrum nota res est . Liquet propterea cur ii , qui collo lato , ac brevi donantur , in Apoplexiā labantur ; illis siquidem carotidum , ac vertebralium diameter capacior adeat , atque minor earundem longitudo . Brevitas efficit , ne curvæ sint quemadmodum naturæ ordo postulat . Quo loco silentio prætereundum non est , quod docet Cl. Willisiā anat. cerebr. cap. 8. Carotides arterias antequam cerebrum attingant curvaturam ad instar litteræ S efficere provido naturæ consilio , ne sanguis vi atque impetu majori , quam

par

par est in cerebrum deferretur . Ex mechanicis quippe constat : si corpus data vi in impedimentum aliquod feratur ; ictus magnitudinem esse , ut sinus anguli incidentiæ , ita ut ictus magnitudo major censenda sit quo magis incurvatur canalis , idque in ratione sinus anguli incidentiæ . Cum vero major sit ictus magnitudo , tanto magis de motu suo deperdat necesse est , cum alterum illud invaluerit : in percussientibus corporibus , ictuum magnitudinem motui deperdit proportionalē esse . Quibus sic constitutis licet colligere curvaturam carotidum , ac vertebralium plurimorum facere ad velocem nimis validumque sanguinis motum in caput immuniendum , propterea minus curvis iisdem existentibus eos morbos præsto esse , qui a nimis veloci sanguinis motu profiscuntur , inter hos haud infrequenter Apoplexiā .

Qui tumoribus imi , vel medii ventris prope truncum arterie Aortæ descendenter ēc . ] Notum est ex hydrostaticis legibus , obstrūtis aliquibus ramis fluminis , quod in plures divisum sit , fluidum majore vi , copia , & velocitate in non obstrūctos moveri . Obicem enim offendens ramorum , qui sunt obstrūcti majorem vim in non obstrūctos exercet , & pleniori flumine in eosdem irruit . Rem si placet illustremus . Motus sanguinis per vasa inferiora cohibitus efficit , ut sanguis majore copia , velocitate , atque impetu in superiores feratur . Hinc ea omnia , quibus motus sanguinis per inferiores partes cohibetur , sanguinem celestius , uberioris , ac majore impetu in cerebrum cogendo Apoplexiæ occasionem præbere luce clarius appetat . In horum censu tumores medii , vel imi ventris insignes veniunt , uteri gestatio &c . Si enim de tumoribus sermo fit , compimento vasa insignia , præsertim vero truncum Aortæ , descendenter motum sanguinis per vasa inferiora impediunt , atque in superiores partes cogunt . Idem & de uteri gestatione , & de hydrope dicendum .

Quibus suppreſſi sunt improvifo mensis . ] Nihil frequentius accidit quam ut subsistentibus improviso mensibus ; libera sanguinis per vasa imi ventris circulatione præpedita , sanguis in superiores partes cogatur , unde atroces funestique morbi subfequantur , Apoplexia , Epilepsia , deliria , aliaque ejusmodi . V. Hippocratem lib. de virginum morbis §. 120. M. N. C. Dec. 1. an. 1. obs. 85. acta Haffnienia vol. 2. obs. 78.

VII. His accedunt motus corporis vehementissimi , ac præsertim in homine plethorico . ] Nemo ignorat in motibus corporis violentissimis sanguinem magna velocitate moveri per universum corpus , ac magna vi trudi in caput , unde facies , & oculi rubent , tument , dolor capitidis , aliaque ejusmodi symptomata superveniunt . Autem sanguinis motu sulphureas , subtilioresque ejusdem particulas atteri majorem in modum contingit , attenuari , exfolvi , hinc universam sanguinis massam rarefcere atque expandi . Cum ergo plethoricus homo sit , vasa cerebri vel disrumpi necessum est , vel subiectas glandulas comprimi , hinc spirituum animalium secretionem , ac derivationem præpediri , unde Apoplexia .

Immodica venus . ] Qui apoplexiā a defectu spirituum animalium oriri putant , hi apoplexiā , quæ fit a nimia venere præcipue in senibus , in scenam ducunt , eamdemque ad spirituosarum partium dispendium referunt . Verum cum supra ostenderimus a defectu spirituum animalium oriri non posse apoplexiā , corruere illorum sententiam luce clarius appetat . Apoplexia porro a nimia venere exoritur ob id potissimum , quod deficiente fero roscido spirituoso , quo fermen constat , debitum fibris robur addituro vires imminuuntur , solidæ partes ad humores impellendos , humores vero ad angustissimos meatus , ac ductus permeandos impares evadunt , unde vasorum sanguiferorum vel glandularum cerebri obstructions , aliaque ejusmodi via subfequantur , quæ necessariam spirituum animalium secretionem , derivationemque valent inhibere . Quam apte

Hip-

Hippocrates lib. 2. prædict. *Uxore*, inquit, *semel usus* & *acrior fuerit*, & *magis expeditus*. *At si sepius* *venerem exercuerit*, *durior evadet cum quodam squalore*, *corpusque decoloratus erit*, & *majore lassitudine tentatum*. Et Celsus lib. 1. cap. 1. *Concubitus neque nimis concupiscendus*, *neque nimis pertimescendus est*. *Rarus sortus excitat*, *frequens solvit*. *Moderata igitur Venus corpus agilius*, & *se ipso levius reddit*, *ut immoderata depravat*, *pigrum*, *languidum*, & *effatum efficit vires*, *roburque exsolvit* &c. Quid quod corpora quæ minus sana, ac vegeta sunt, etiam si moderate Venere utantur, necessario robore facile defraudantur?

Quare interrogatus Pythagoras quando celebrandus esset concubitus; sapienter respondit: *Tunc quando te ipso vis infirmior fieri*; teste Laertio in vit. Pythag.

Atque hinc fortasse est quod Apoplexia nostra hac ætate adeo frequens sit morbus, qua immaturus fæminarum complexus in deliciis est, ut vix, ac ne vix quidem, pueri esse desinant, qui non gerant *prælia conjugibus loquenda*, ut canit poeta.

*Vini*, & *rerum acidarum*, *spirituum fermentatione confectorum abusus*. ] Vinum quamvis lene, & molle sit, acidæ semper tartareaisque continent particulas, ut experimentis Cl. Boerhayii, Frider. Hoffmanni, aliorumque compertum est. Sulphureæ autem partes in vino præsertim meraco, ac generoso abundant. Dupli ergo de causa vini abusus Apoplexiæ progignere valet, nimirum sulphureis particulis sanguinem exagitando, ac rarefaciendo, unde glandulæ cerebri comprimuntur, deinde acidæ tartareaisque remanentibus, ipsum cogendo figura doque, unde difficillime per vasa cerebri moveri contingit, atque obstruktionibus, tumoribus, aliisque ejusmodi malis ansam præbtere. Cum nonnulli vide rent post assumptus liberaliter ardentes spiritus ruborem faciei, calorem, astum oriri, vim, robur homines acquirere, in eam opinionem venerunt, ut crederent fundendi, solvendique vim eidem inesse, hinc aduersus morbos ex viscido, ac lento oriundos summis laudibus extollunt. Ast pessimo consilio. Siquidem licet, simul ac assumpti sunt, sanguinem attenuari, exsolviique videantur effeta, quæ in iis observantur, qui ejusmodi spiritus liberaliter hauriunt, post breve tamen tempus inspissari, & cogi censendum est; hi quippe spiritus salivam, albumen ovi, eductum e vena sanguinem, ejusque serum coagulare valent, ut multi præeunte Boyle in histor. natur. sanguin. demonstrarunt. Ratio ex diétis de vino satis liquet. Cum enim acidæ particulas præter sulphureas contineant, attenuare quidem, atque exsolvere primum valent, deinde vero inspissare, sulphureis exhalantibus particulis, ac mirum in modum cogere. Huc accedit, quod salinæ istæ, ac sulphureæ partes summopere attenuatæ meatus, ac poros membranarum subeuntes, in iisdem facile subsistunt, & solidescunt, unde vasorum sanguiferorum fibræ ventriculi præsertim rigidæ sunt, atque haec quidem terendis alimentis, illæ vero sanguinem fundendo terendoque ineptæ, hinc obstruktiones vasorum sanguiferorum, & glandularum cerebri, hinc Apoplexiæ. Cl. Rofinkius ord. & meth. medend. comment. sect. 3. cap. 89. meminit cujusdam quartana febre laborantis, qui ad eamdem profligandam vini spiritum ad ebrietatem usque ingurgitavit, brevi inseguente convulsione, & inopinata morte. Plures historias eorum, qui abusu horum spirituum Apoplectici facti sunt videlicet in Hoechstero Dec. 10. cap. 6. Wepffero tract. de cicut. aquar., Hollerio in com. sect. 5. aph. 5. Platero, aliisque.

*Aer austrinus nimis calidus*, *pluviosus*, *humidus*. ] Lenis austri utilitates egregie tradidit Cl. Lancisius de nat. Rom. cæl. qual. cap. 4. ubi ait: *Hic si quidem ventus quemadmodum in frugibus arboribusque florum eruptionem aut austerorum fructuum maturitatem citissime promovet, ita nostris corporibus ubiore etiam transpiratione nire blanditur*. Dulce enim sulphur, quod a Zona torrida cum austri

austri deferitur, leniter ingeritur laxatque tam solida, quam fluida, viventium machinas constituentia. Uno autem omnium fere medicorum consensu statutum est austrum ventorum esse insaluberrimum. Quod eo magis affirmare licet, quando status aeris austri modum excedit, unde solidas nostri corporis partes relaxari ea ratione contingit, qua sanguis libera circulatione trajici non possit, qui propterea in vasibus consistens secretionem spirituum, ac derivationem prohibere vallet, ac funestos morbos procreare. Quam apte Hippocrates aphor. 5. sect. 3. *Austri*, inquit, *auditum hebetant, illique graves sunt, caliginosi, & tenebrosi, nec non capitum gravitatem, segnitiem, seu lenititudinem, & corporis laxitatem afferunt*. Quod & lib. de humor. sect. 2. confirmat, & Rhazes lib. 3. & Celsus lib. 2. cap. 1. ut nullus supersit dubitandi locus. Quid porro si humidus, & pluviosus fuerit austus? Declaravit id ipsum Hippocrates aph. 16. sect. 6. inquiens. *Morbi in pluviarum multitudine magna ex parte sunt febres longe ----- morbi comitiales, & attoniti, quas Apoplexias Graci vocant*. Quo loco minus mirari subit austrum vel apud poetas male audire. Plumbeum enim appellavit Horatius lib. 2. Satyr. 6.

*Nec mala me ambitio perdit, nec plumbeus austus.*

*Insolatus, vel contra aer nimis frigidus, & borealis*. ] Plurima incommoda insolatum sequuntur, quæ non aliunde repetenda sunt, quam ex eo quod solidæ capitæ partes, quæ non præ cæteris externis injuriis sunt expositæ, rigescant, indurenturque, fluidæ vero assentur, hinc in vasibus facile subsistunt, obstruktiones eorumdem, ac glandularum cerebri progignunt, spirituum secretionem, derivationemque prohibentes, unde Apoplexiæ similesve ægritudines proficiuntur. Si de aere nimis frido, & boreali sermo fit, non alia de causa Apoplexiæ producentæ opportunus existit, nisi quod poros, ac meatus materiae perspirabilis majorem in modum constringit, atque coarctat, solidas partes rigidiores efficit, fluidas vero condensat, cogit, atque ad libere fluendum ineptas reddit, unde obstruktiones vasorum cerebri, vel glandularum facile subsequuntur. Id quod præclare demonstravit Hippocrates 3. aphor. 23. cum inquit: *Hieme (qua rigidos, frigidos, asperosque ventos maxime flare notum est) morbi laterales ----- capitis dolores, vertigines, Apoplexia.*

Ob id potissimum, quod tales venti summopere cohibeant poros seminum, & comprimendo, & constringendo, unde vis plastica explicari minime potest, & vegetabilium nutritio, & augmentum haberi, sterilitatem frugum perbellè dedit Bodinus theatr. nat. lib. 2.

*Studia immoderata*. ] In studiis immoderatis spirituosarum sanguinis partium dispendium summum fieri contingit, solidas vero partes debito elatere, ac tono destitui, unde gravissimi morbi haud raro præsto sunt. Quam apte assiduus mentis labor ab Hippocrate *animi deambulatio* appellatur! Quemadmodum enim immodicis exercitationibus corporis singulæ & universæ partes infirmiores sunt, atque insigni lassitudine tentantur, ita in violentis assiduisque mentis laboribus, membranæ cerebri necessario debitoque robore facile destituuntur, unde humores huc appellantes facile hærente coguntur, propterea vel vasorum sanguiferorum, vel glandularum cerebri obstruktiones facile subsequuntur, quæ Apoplexiæ producentæ opportunissimæ existunt.

*Vehementes animi commotiones, ira præsertim, improviso timor in pueris, ingens strepitus*. ] In ira peculiares in cerebri fibras inducuntur motiones, quibus spiritus determinantur ad influendum in eos musculos, quibus motus illi peraguntur, qui ad fugam cum objecto iram movente sunt opportuni. Si vehementer fuerit ira, spiritus animales hac illac cæco impetu irruentes, totius corporis concussionem, tremoremque, cordis palpitationem, pulsus inæqualitatem progignunt. Si

Si talis fuerit convulsio, ut ductus ac meatus secretioni, ac derivationi spirituum comparati ocludantur, Apoplexiā supervenire necesse est. Novi, inquit Cl. Tozzi (prax. med. cap. de Apopl.) *lanionem quemdam, qui cum vellet quemdam adoriri, a quo fuerat injuria affectus, ab illo frusto carnis iecitus, ira simul, & timore commotus repente concidit, & mortuus est.*

Convulsiones fibrarum cerebri, ac meningum ab improviso timore præsertim in puerili ætate apoplexiā progignere Aretæus testatus est. Plures ex solo vehementi terrore extinctos notavit Galenus lib. de caus. Symptomat. cap. 5. idemque confirmant M. N. C. Dec. 3. an. 9. & 10. obs. 57. Bonetus in sepulcret. Fortun. Fidelis de relat. medic. lib. 4. cap. 3. Raygerus obs. med. 96., Bartholinus hist. 76. cent. 4. Plinius lib. 7. hist. nat. cap. 3. 36., & Varius Maximus, ut sacras litteras mittam, ex quibus constat Heli Judeorum Pontificem, & Judicem nunciata Arcæ captione, filiorumque ipsius occisione a Palæstina hostibus illata, vehementi terrore perculsum illico expirasse. Apoplexiā ob ingentem sonum, ac strepitum exoriri observationibus Zacuti Lusitani aliorumque compertum est.

Inedia.] Singularis plane observatio est canes propter inediā Apoplecticos fieri. Si cerebrum mortui canis spectetur, mirum medullares cerebri fibras corras comparere; quod sane corrosivam sanguinis, ac spirituum diathesim manifesto evincit. Dignum etiam observatione est in animalibus, quæ fame perierunt, viscera limpidissima sanguine omnino vacua, vel in tam modica quantitate, ut pro nullo haberi posset, eoque carente omnino gelatinosa illa parte, quæ in aliis appareat, reperiri. Haud igitur dissentire a veritate is videatur, qui ad credendum adducatur, eos qui ob inediā pereunt non ob defectum spirituum perire, sed ob fluidorum acrimoniam cerebrum, medullaresque ipsius fibras non solum convellentem, sed exedentem plane, atque erodentem, unde convulsiones, quæ in Apoplexiā tandem degenerant.

VIII. *Apoplexia alia universalis est, alia particularis.*] Qui Apoplexiā a paralysi differre volunt, quod in apoplexiā amittatur motus, & sensus corporis totius, in paralysi vero particularium partium, hi unam tantum apoplexiæ speciem constituant, in qua scilicet motus, & sensus totius corporis amittitur; sensus, & motus laesionem dimidiæ tantum partis corporis, vel plurium membrorum, vel unius tantum membris paralyseos speciebus accident. Cl. Pitcarnius (Element. medic. phys. math. cap. 3. sect. 4.) ab his est, ac propterea Etmullerum carpit, ut qui rem minus diligenter ad examen revocans sensus, & motus laesionem particularium partium a paralysi tamquam diversa morbi genera distinxit. Cum supra demonstratum sit Apoplexiæ differentiam a paralysi in hoc potissimum sitam esse, quod Apoplexia nascitur ob vitium, quod est in cerebro, paralysis vero ob vitium extra cerebrum, Pitcarnii sententiam, quidquid aliis videatur, nullatenus sectari ausim. Quod si manifestum fiat vitio cerebri amitti posse motum, & sensum totius corporis, vel partium particularium, quid est tandem cur Apoplexiæ divisio, quam præeunte Etmullero plerique tradunt, in universalē scilicet, & particularem, minime probetur, excipiaturque?

*Totius in illa medullaris, & corticalis cerebri substantia afficitur, in hac unius tantum partis.*] Corticalem, & medullarem cerebri substantiam affici cum dicimus, veram, ac genuinam apoplexiæ sedem in alterutra, aut utraque simul statuendam esse intelligimus, cum vero dicimus *totius cerebri*, sedem apoplexiæ universalis tantum assignamus. Cum enim corticalis cerebri substantia spirituum secretioni destinata sit, medullaris vero eorumdem in nervos derivationi: proxima autem apoplexiæ causa sit impeditus spirituum animalium a cerebro ad organa sensus, & motus, & ab his ad cerebrum excursus, apoplexiæ sedem in cor-

corticali, & medullari cerebri substantia statuendam esse manifestum est<sup>1</sup>. Cum vero nulla in toto cerebro fiat spirituum secretio, atque in appensos nervos derivatio, jam apoplexiæ speciem, in qua motus, & sensus totius corporis cessat, & universalem dicimus oriri debere, luce clarius apparet. Quod si in aliqua cerebri parte non prohibeatur spirituum animalium secretio, ac derivatio, sed a parte quadam peculiari cerebri in certa quædam organa, & ab his ad eamdem liber detur excursus, non universalem, sed particularem tantum apoplexiā manifestius quidem est, quam ut ullis rationibus possit comprobari. Ex his liquet quanti facienda sit Galenistarum opinio qui ventriculos cerebri apoplexiæ fedem statuerunt, an illorum qui corticalem tantum, aut medullarem cerebri substantiam, aut corpus callosum, meninges, sinus cerebri, & horum concursum in certo quodam puncto, quod torcular Herophili dicitur, prætendent, firmo stet tali, vel tamquam fictitum commentum sit prorsus rejicienda. Galenistarum opinionem hodie in tanta philosophia dignitate ac splendore ecquis sectari ausit? Qui corticalem tantum cerebri substantiam accusant, hi quidem explicant, quomodo deficiente spirituum animalium secretione cesseret earundem in partes, & ab his ad cerebrum excursus, ideoque sensus, & motus pereat; sed verendum iis est, ne secreti spiritus ob impedimenta in medullari cerebri substantia hærentia derivari in partes nequeant. E contra dicendum de iis, qui medullarem tantum cerebri substantiam sedem apoplexiæ constitunt, siquidem nullo eidem vitio inhærente cessare potest liber spiritum a cerebro ad partes, ab his ad cerebrum excursus, si corticalis eisdem secernendis impar sit. Si corpus callosum apoplexiæ sedes statuenda est, oportet spiritum secretioni, ac derivationi idem comparatum fuisse, quod tamen nemo unus adhuc ausus est pronuntiare. Cæteræ partes quæ in cerebro sunt, vel deferunt sanguinem ad glandulas cerebri pro spirituum separatione, vel secretis jam spiritibus revehunt ad cor. Igitur apoplexiæ potius causæ quatenus compressæ, obstructæ, aut alio modo laetæ sunt, quam sedes videntur. Si enī fecus res habeat, quid est quæso, cur & carotides, & vertebrales alia insignia vasa sanguinem ad cerebrum deferentia apoplexiæ sedem esse minime arbitremur?

*Illa rursus in levem, fortē, fortissimam.* In levi cerebrum tantum stricte dictum afficitur, hinc pulsus &c.] A cerebro stricte dicto originem mutuari nervos, a quibus proficiscitur motus voluntarius, a cerebello vero illos, a quibus dependet motus naturalis, cordis scilicet, viscerum respirationi inferuentium, arteriarum, viscerumque fere omnium Willius primus ostendit. Quod si verum est, nihil ferre negotii facessit explicatio symptomatum, quæ cum in fortē tum levi apoplexiā observantur. In levi nimis apoplexiā pulsus in principio saltem naturali vehementiorem esse viri præstantissimi Sennertus, Celsius Aurelianus, Fernelius, aliqui testati sunt. Pitcarnius e contra aliqui naturali debiliorem. Verum hunc sefellit hæc ratio. Cum apoplexiā non aliunde repetenda sit quam ab intercepto motu spirituum animalium a cerebro ad partes, a partibus ad cerebrum, arduum, atque insolens explicatu ei visum fuit, quomodo cessante motu voluntario, superesse posset cordis motus validior, & vehementior, quam sit in statu naturali. Itaque ad vehementer credendum adductus est pulsus naturali debiliorem esse. Debiliorem porro saltem remanere, non omnino deficere, facere id potissimum putat, quod ad movendum cor minima portione liquidi nervosi opus sit. Cor enim musculum esse antagonista carentem, ideoque minore copia succi nervei opus esse ut moveatur, quam alii musculi motui voluntario dicati arbitratur. Quare si minima portio succi ejusdem per nervos possit elabi, at non sufficiens inflandis muscularum fibris antagonista gaudentium, contrahi tamen posse cor antagonista carens statuit. Ingeniosa quidem ardui problematis solutio: tamen

facile conjicio non defuturos, quibus hæc philosophandi ratio displiceat. Licit enim a Pitcarnio fuerim cor carere musculo antagonista, haud tamen propterea concesserim carere viribus antagonistis. Vires antagonistas cordis esse veniam cavam, venam pulmonalem, & aerem quem inspiramus, facile equidem judicaverim. Venam cavam, & venam pulmonalem magnam vim habere ad impellendum sanguinem in auriculas & ventriculos cordis manifestum est. Nimirum venas prope cor carneas esse, fere ut musculi sunt, & pulsus habere. Anatomici passim tradunt. Prius deficere motum cordis, quam venæ cavæ prope cor viri præstantissimi Steno; & Lancisius se vidisse testati sunt. Quid de aere dicam? Nonne patet aerem & pondere, & vi elastica pellere sanguinem a vena pulmonali in sinistram auriculam, & ventriculum cordis vi atque impetu summo, eundem attenuare, rarefacere, exsolvare? Hasce autem esse vires antagonistas, æquiparantes vim antagonistarum musculi neminem crediderim futurum, qui inficias ire ausit. Quæ cum ita sint, licet colligere minimam portionem liquidi nervosi satis esse non posse ad cor movendum; ideoque aliunde repetendum esse, cur deficiente motu voluntario in apoplexia levi naturalis motus, cordis scilicet, pulmonum, ac reliquorum viscerum validior supersit, vel saltem naturali similis, quemadmodum Bellinus testatus est. Res igitur tota in hoc potissimum sita videtur, quod in apoplexia levi cerebrum tantum afficitur, illæso cerebello, ideoque animales spiritus, qui secernendi suis sent pro motibus voluntariis, una cum sanguine ad cerebelli glandulas appellenates & überius, & copiosius ex iisdem secernuntur, atque in nervos ad cor, & partes respirationi inservientes percolantur, hinc pulsus naturalis vehementior, respiratio profunda, lenta, æqualis. Quod plane in somno naturali contingit, in quo musculos voluntariis motibus destinatos collabi, & flaccidescere deprehendimus, cum motus cordis, & vasorum nobis dormientibus fiat fortior, lentior, æquabilior, respiratio item eidem perfamilis. Quod vix, ac ne vix quidem explicaveris, nisi contendas somni tempore solas cerebri fibras, non cerebelli laxari, spirituumque animalium a cerebro, non cerebello, in partes excusum prepediri. Quando majore quantitate secerni debeant spiritus paucis ostendam. Fac obstructos esse, vel compressos ramos carotidum, ac vertebralium, qui ad glandulas cerebri sanguinem deferunt. Jam vides sanguinem per hosce ramos carotidum, aut vertebralium, vel penitus consistere, vel segniter moveri. Cum vero in hydraulicis canalibus fluidum in aliqua parte consistens, vel segniter motum causa sit cur in alia parte celerius illud, & velocius moveatur, illud sequitur, ut sanguis in ramis carotidum ac vertebralium vel consistens vel segniter motus ansam præbeat alteri parti sanguinis ad celerius, & velocius percurrendum per ramos qui sanguinem deferunt ad cerebellum & quod magis est remanente in eadem copia spirituum, qui carteroquin secerni debuissent in cerebro. Cum igitur major sit sanguinis celeritas ad glandulas cerebelli, major sit spirituum una cum sanguine ad easdem appulsus, majorem hinc fieri eorumdem separationem & in partes motibus naturalibus inservientes derivationem, lippis æque, ac tonsoribus notum est, plus, quam ipsorum digitii, atque unguis.

In forti,  $\sigma$  fortiissima preter cerebrum, etiam cerebellum plus minus luditur, hinc respiratione violenta, difficilis  $\sigma$ . Ex haec tenus dictis illud liquido constare arbitror, tunc quando cerebellum afficiatur, immixtui plurimum debere spirituum animalium secretionem, atque derivationem in nervos ad cor, & partes respirationi dicatas, hinc pulsus debiles, languidi, ac respirationis vitia. Immo si tanta sit cerebelli lœsio, ut cesset omnino in eodem spirituum animalium secrecio, & quod consequens est, eorumdem in prædictas partes influxus, &

pul-

pulsum & respirationem deficit debere, atque hominem, veluti fulmine ictum interire luce clarissim apparere. Quibus experimenta Bohmii, & Berraultii adeo præclare respondent, ut qui aliter sentiat garris, & somnia narrare videatur. Compertum enim est cerebrum totum fere ex crano canis frustulatum eximi posse salvo motu cordis, & vita, exempto autem cerebello, integro quantumvis manente cerebro, illico vitam desinere. Galenus 3. de loc. affect. 4. C. 2. apk. 42. recensitis apoplexiæ differentiis quartam addebat, quam minus fortis, & vehementer appellabat, in qua respiratione solum inæqualis, & interrupta fit. Eam tamen peculiari titulo insignire supervacaneum videtur, quotiescumque sub generali fortis apoplexiæ nomine comprehendendi potest, quæ a cerebelli lœsione plus minus insigni ortum traducit. Nec desunt qui apoplexiæ fortis illam esse opinantur, in qua adest disruptio vasorum, aut puris, & sanguinis per cerebrum effusio. Quæcumque tamen sit causa, quæ valeat in cerebro spirituum secretionem prohibere, nisi etiam cerebellum afficiatur, nunquam apoplexiæ fortis dicendam truderem. Si enim fecus res habeat, qua tandem ratione explicari possint symptomata, quæ apoplexiæ fortis sunt, vel ab eodem Galeno adnotata oratione non video.

IX. In apoplexiæ particulari vel dimidia tantum pars cerebri resolvitur,  $\sigma$  hemiplegia dicitur,  $\sigma$ . ] Jam ad apoplexiæ particularem ventuni est, in qua non cerebrum universum afficitur, sed pars ejus tantum aliqua. Ita si id quod spirituum animalium in organa sensui, & motui destinata liberum excusum prohibet dimidiæ solum cerebri partem afficiat, motum, & sensum dimidiæ tantum partis Corporis cœlare contingit, quæ apoplexiæ species hemiplegia dicitur: si vero ad initia spinalis medulla, aut ad ventriculum quartum cerebri subsistant, sensus, & motus cessat in musculis omnibus infra caput nervos a cerebro sub crano egressos habentibus, eaque apoplexiæ species paraplegia nuncupatur contra illorum opinionem qui paralyeos speciebus accensent, qua de re supra a nobis satis ut arbitror dictum est.

Mirum parte cerebri dextra affecta resolvi sinistram,  $\sigma$  contra sinistra affecta resolvi dextram. ] Parte cerebri dextra affecta resolvi sinistram, & contra sinistra affecta resolvi dextram vetustissima observatio est. Si Hippocratem consulamus, hic lib. epidem. 7. sect. 1. n. 19. postquam multas narravit historias eorum, qui ob vulnus capitis mortui sunt, hac habet: Contingit autem talibus etiam vomitus accedere,  $\sigma$  ad finem convulsiones, ut  $\sigma$  clangosam vocem edant, ac impotentes fiant,  $\sigma$  si in dextris fuerit vulnus, in sinistra parte, si vero in sinistris, in dextera. Per impotentiam, quam æpœtia vocat Hippocrates, eam absque dubio intellexisse, per quam partes motu, vel etiam sensu privantur, quæ a posterioribus paralyticis dicta est, & ab eodem Hippocrate universali nomine apoplexiæ aliquius partis corporis appellatur, contendit Prosper Martianus, interpres accuratissimus si quis alias. Hoc siquidem symptomæ, ait, ipse vulneribus capitis lethalibus supervenire Hippocrates testatus est lib. de vulneribus c. ver. 114. quo loco: Sunt, inquit,  $\sigma$  qui apopleticæ sunt,  $\sigma$  sic percunt. Et lib. coac. prænot. sect. 3. ver. 209. Quibus cerebrum vulneratur, febris plerunque, ac bilis vomitus accedit  $\sigma$  corporis apoplexia. Quam sententiam clarius expressit, & quid per corporis impotentiam intelligendum sit manifesto indicasse lib. 1. de mor. ver. 66. ostendit, ubi ait: Si cerebrum vulneratum fuerit, febrem necesse est supervenire,  $\sigma$  bilis vomitus,  $\sigma$  aliquam partem corporis apopleticam fieri, ac perire: ex quibus locis, per impotentiam Hippocratem partis cuiusdam resolutiæ manifeste adeo manifesta res est, ut manifestior sit nulla. Easdem fere observationes habet Martianus super text. Hippocrat. & Aretæus lib. 1. de caus.  $\sigma$  notis diuturnorum affect. cap. 7. atque inter nostros Cl. Valsalva in nobili

de aure humana tractatu. Phœnomeni claritas anſam dedit Petro Paulo Molinello Chirurgo, & Medico apud Bononienses solertissimo, ut experimento hanc eamdem rem illustraret. (V. Com. B. t. 1. p. 139.) Hoc erat experimentum. Sinistram cranii partem cani vivo aperuit, tum sinistrum cerebri lobum extraxit. Cecidisse extemplo canem in dexterum latus non injucundo spectaculo deprehendit, cum sinistrum & sensum, & motum retinuisse. Quibus sic constitutis licet colligere sapienter admodum pro more sensisse viros præstantissimos Mor-gagnium, & Lancisum, quod in Hemiplecticis ex eo latere, in quod procubuerint, ultra cerebri pars offensam acceperit, canjici facile posse existimarent. Utrumlibet enim in latus ceciderint, putant illi in opposita cerebri parte vitium esse. Cujus quidem phœnomeni rationem non aliunde repetendam esse facile judicaverim, quam ex eo quod filamenta nervorum, quæ incipiunt a lobo cerebri dextero desinant in partem sinistram medullæ oblongatae, & quæ a lobo sinistro in dexteram ejusdem medullæ partem, sic ut invicem decussata litteram X efforment. Quam decussationem licet nemo unus adhuc intueri poterit, cum tamen ad præclaræ phœnomeni explicationem apprime faciat, ecquid tandem est cur eam non fingamus? Si qui idem non sentiant ad meliores alias causas confugiant necesse est. Ubi vero easdem invenerint, in eorum sententiam priore relictâ nos quoque pedibus ituros esse pollicemur.

X. *Signa præsentis apoplexiæ sunt improvisus in terram casus, subita sensuum internorum extenorūque &c. cessatio.*] Impedito spirituum animalium a cerebro ad partes, a partibus ad cerebrum, ob vitium ipsiusmet cerebri, attractu vel immediato, vel mediato exteriorum objectorum certa quædam mutatio, seu motio varia pro varia objectorum corundem figura, duritie, præsertim vero motu in nervorum extremitates organa constituentia induci non potest, quæ per continuatos nervos ad Cerebrum, seu medullares ejus fibras peculiarem cum iis nervis connexionem habentes delata peculiare in iisdem fibris motionem excitet, peculiaremque tremorem, quarum motionum occasione excitantur in anima idea, ac perceptio-nes quædam peculiares pro vario gradu motus, quo applicatur actio objecti, pro discriminè organi, pro varietate nervi affecti, indeque subsequuta affectione in cerebro, diversæ. Neque a causis in corpore nostro latentibus, non vero occasione ullius motionis aliunde propagatae, nervea filamenta cerebrum constituētia ea ratione affici possunt, qua opus est ad ideam quædam excitandam, quæ imaginatio vocatur: multo minus talis motio in eadem induci, quæ animam determinet ad aliquid de re apprehensa affirmandum aut negandum, unde oritur illa facultas, quæ ratiocinatio dicitur, neque ab anima fieri comparatio, & recognitio motuum fibrarum cerebri cum motibus, qui præterito tempore exigitati fuerint (etsi hi motus nullam habeant similitudinem cum rebus alias percepitis) unde memoria excitatur: neque membrana choroidea, seu, ut accura-tiores tradunt philosophi, retina, quæ nervi optici expansio est, visus pars prima-ria, neque membrana mucosa, seu pituitaria Schneideri dicta, quæ nervo ol-factorio paris primi, & ramis nervosis paris quinti elaborata est, odoratus organum, neque subtilissima membrana per labyrinthum distributa ab expansione nervi auditorii, seu zonæ sonoræ Valsalvæ organum auditus, neque membrana papillaris nervosa continens papillas nerveas pyramidales limacum cornubus af-fines, organum gustus, neque papillæ pyramidales per rete Malpighianum in cuticulam protenæ organum tactus constituentes, tensione, elatere, tono gau-dere possunt ad munera sua obeunda, necessario neque musculi motibus spontaneis famulantes tendi, inflari, aut ea ratione affici, qua opus est ad eorumdem actionem. En sensuum omnium internorum, extenorūque motuumque a vo-luntate pendentium cessationem.

Pul.

*Pulsus, & respiratio pro vario apoplexiæ gradu, varia.*] Vid. com. in aphor. 8. *Vocis ablatio, ægri decubitus qualis dormientis, aut semimortui; faciei color sa-no similis.*] Deficit vox, quia spiritus animales motuum linguae actionibus de-finiti intercipiuntur, atque organa vocis resolvuntur, unde nulla fieri potest aeris modulatio, quæ ad eamdem edendam sufficiat. Resolutis musculis motui voluntario inservientibus, necessario corporis lapsus sequitur, ac decubitus, quemadmodum in somno naturali experimur superflite motu cordis, & sanguinis per universum corpus (nisi fortissima sit apoplexia, quo casu perit extemplo Animal) unde faciei color sano similis.

*Spuma circa os.*] Apoplectici frequentissime ex ore, & naribus salivam emit-tunt quamdam, quæ spuma specie minus peritis imponit. Quo loco monitos volo Adolescentes ne eidem plus tribuant, quam par est. Cum enim inter alia symptomata apoplexiæ fortem designantia sit spuma ex ore affluens, in frau-dem facile induci possent apoplexiæ fortem pronuntiantes, cum revera ex hac re nullum tunc capi possit indicium. Spuma porro vera ex pectore sursum fer-tur, augeturque aeris bullis magnis, & copiosis intermixtis, atque impeditum sanguinis per pulmones circuitum, ob deficientem spirituum animalium in cor, & partes respirationi inservientes influxum arguit, quo fit ut lympha excludet, atque una cum aere extra os educatur. Atque hinc etiam peti potest ratio ob-servationis quam Tulpus lib. 1. observat. cap. 17. scriptam reliquit, eos qui apoplexia moriuntur asperam arteriam habere post mortem spumoso sanguine repletam.

*Excrementorum, urinæ involuntarius exitus.*] Deficiente spirituum animalium in organa sensu, & motui dicata influxu, relaxari debere ani, & vesicæ sphincterem, quo excrementsa in intestinorum cavo, urina in vesica detinentur per-spicuum est, hinc involuntarius eorumdem exitus.

*Oris detorsio.*] Quotiescumque musculis os ad latus adducentibus denegatur spirituum animalium influxus, liber vero præbetur musculis eidem muneri dicatis, in latere opposito cum tendantur isti, influenturque nulla vi contranitente, oris detorsio emergit hemiplecticorum symptomata frequentissimum si quod aliud. Contingit oris detorsio & in spastmo cynico, quæ tamen non a resolutione, sed a convulsione ortum traducit. Ne in fraudem inducantur Medentes facit Etymulleri monitum. Si enim oris detorsio oritur a resolutione, pars illa, quæ trahitur & resoluta est mollis, & flaccida percipitur, & ad partem sanam tra-hitur, & hæc ipsa pars potest facile in naturalem ope manus restituī; si vero a convulsione nascatur, pars sana trahitur, atque illa, quæ convulsa est, dura, & firmiter contracta percipitur, & si retrahere eamdem velis, non sine insigni dolore possis.

XI. *Signa venturæ apoplexiæ sunt insignis in somnum proclivitas, difficultas ad motum &c.*] Signa venturæ apoplexiæ unus instar omnium diligentissime tradidit Hippocrates coac. præn. n. 161., & 164. Ea autem Medentibus probe te-nenda sunt, ut imminens apoplexiæ insultus avertatur. Jam vero ad illa spe-ciatim quod spectat, animadvertisendum est pleraque non aliunde esse repetenda, quam ab eadem causa, a qua potissimum apoplexia, tamquam rivulus a fonte ortum traducit levius tamen operante. Aptius ne insignem in somnum procli-vitatem, difficultatem ad motum, aliaque ejusmodi symptomata, quam ad spiritus animales in organa sensuum, & motuum ægre admodum, ac segniter influentes, retuleris?

*Vertigines diuturnæ.*] Vertiginem primum quasi apoplexiæ gradum appellare ausim. Langueſcente nimis spirituum animalium influxu in organa sensibus, ac motibus externis dicata, aliquas nervos opticos constituentes fibrillas eodem desti-

destitui verosimile videtur; has iccirco inaequaliter tendi necessum est. Hinc sequitur quod radii solis modo in hoc, modo in illud filamentum incident, unde objecta locum mutare videantur. Fieri etiam potest ut multi radii ab objectis in oculum missi, cum in eas oculi partes incident, quae naturali tensione, atque robore spoliatae sunt, nullam fere motionem in iis partibus excitant, sive objecta languide percipientur, qui alter vertiginis gradus est. Quod si omnes fere nostri corporis fibræ eadem de causa inaequaliter tendantur, vacillare coguntur, hinc corpus corrue necesse est, qui vertiginis gradus apoplexiæ congener est.

*Tremor præcipue capitis, dentium stridor in somno, incubus.*] Quid quod ab inaequali hac tensione nerveorum filamentorum tremores capitis, dentium stridorem in somno, incubum exoriri censendum est? Cum nempe inaequaliter tenduntur nervi in musculos rectores capitis se insinuantes, sit ut, cum iidem relaxentur, suo ipso pondere dilabatur caput liberum a facultate retinente, cum vero contrahuntur vi facta, rursus sustentetur, adeo ut ex alterna horum musculorum actione motus tremulus capitis superveniat. Si musculi maxillas moventur relaxati ob languescentem spirituum animalium in eosdem influxum, influentiibus rursus spiritibus vi exemplo contrahantur, illis dentium contingit, hinc stridor. Neque rarum est, in musculos respirationi famulantes, pectoris videlicet, & diaphragmatis praedictum spirituum influxum per nervos impediri, unde numeri suo obeundo inepti evadant; hinc sensus ponderis, & compressionis thoracis. Ex adverso inaequaliter tensis ob impedimenta eorumdem spirituum nervis filamentis nervos constituentibus ad musculos faucium, & gutturis tendentes eosdem convelli contingit, hinc constrictio eorumdem tanta, ut suffocari sentiat, quæ affectio incubus nominatur.

*Palpitatio cordis per noctem invadens, aurum tinnitus.*] Prout impedimentum cerebro inhærens magis, vel minus spirituum animalium in cor influxum prohibet, sit ut modo validius, modo infirmius cor moveatur, interdum vero eiusdem copiosius, atque uberioris fluentibus, maxima vi, atque impetu facto, præter naturam contrahatur, hinc palpitatio cordis. Quæ quidem omnia per intervalla homines invadunt ob id potissimum, quod glandulæ cerebri, duabusque nervei iidem appensi suas nativas dimensiones acquirunt, adeoque spiritus animales libere, & in sufficienti quantitate antiquas semitas repetrere valent. Horum nonnulla per noctem invadere facit ea ratio quia tempore somni spiritus animales ægrius moventur, ideoque liber eorumdem excursus facilius intercipitur. Ob inaequalem hanc spirituum secretionem, ac derivationem in nervos, atque abhinc prodeuntem nerveorum filamentorum inaequalem tensionem, sit ut in sensorio communis soni cuiusdam extrinsecus mediante aere advenientis idea formetur, hinc aurum tinnitus.

*Jugularium, arteriarumque temporalium turgentia, oculorum & faciei rubor &c.*] Quamvis apoplexia diversissimæ naturæ homines invadat, qui abundant sanguine, qui plethorici sunt, qui robusti, qui calido, ut ajunt, temperamento, qui exsucci, qui humidi ex adverso, & molli habitu donantur, illos tamen qui venarum colli jugularium, & arteriarum temporalium turgentiam, qui totius corporis, & faciei præsertim ruborem habent, vel contra pallidi, quibus serì, muci, salivæ per os, nares evacuationes suppressæ sunt, quique sero, & pituita abundant, facile in apoplexiā labi observationibus compertum est. In his enim serì, ac lymphæ in cerebro effusiones contingunt, solidæ partes atoniam corripuntur, hinc stagnationes materiae lente, ac difficilis, glandularum obstrunctiones, in illis vero vasorum nimicæ distensiones, disruptiones, glandularum compressiones, aneurysmata, polypi, atque alia ejusmodi mala subsequntur.

quantur, quæ cum spirituum animalium secretionem, derivationemque in nervos prohibeant, apoplexiā valent procreare. Ex quibus liquet, ad habitum etiam ægrorum, temperamentum, constitutionem respiciendum esse, ut venturam apoplexiā facile dignoscamus, atque ei prompte, si fieri ullo modo potest, succurramus.

*Extremorum refrigeratio sine causa manifesta, urina atræ modice cum subsidentia crassa, & tenaci spuma.*] Invasuram apoplexiā portendit extremorum refrigeratio sine causa manifesta ob id potissimum, quod indicio est perductos extemplo ad extrema corporis humores lento, ac difficiles, qui cum frigus in extremitatibus, tum vasorum, glandularumque cerebri obstrunctiones valent progignere, hinc apoplexiā. Colorem æruginosum, atrum, & parvam quantitatem urinæ provenire a quantitate liquidi minore, quam quæ naturaliter contineri in urina deberet præclare ostendit Cl. Bellinus de morb. capit. cap. de apopl. Quarre illam liquidi portionem intra corpus subsistere alicubi oportere, & cum cætera apoplexiā portendant, subsistere ad cerebrum haud dubie affirmat. Sedimentum porro crassum cum tenaci spuma, crassorum, viscidorumque humorum copiam arguit, qui cum ægre per vasa moveantur, hærere alicubi necessum est; hærere autem & retineri ad cerebrum contingit, cum certus in solidis partibus tonus deficiat, qui ad impellendos eosdem valeat.

*XII. Apoplexiā fortē solvere, impossibile, debilem vero, non facile.*] Hippoc. In forti apoplexiā præter cerebrum, etiam cerebellum affici demonstratum est. Cum a cerebello juxta Cl. Willisi originem mutuantur nervi, qui in partes naturalibus motibus dicatas inferuntur, laeso eodem, sanguinis per pulmonum vasa, & universi corporis perturbari contingit, insigne respirationis opus perverti, sine qua Animal vivere non posse tam certum est, quam quod certissimum. Si magna fuerit laesio, homines momento fere temporis, vel saltē intra viginti quatuor horas de medio tolli haud infrequenter observatum est. Sin minus, eodem revertente morbo tertia, aut quarta die hominem profligari expectandum. Septimam certe, aut undecimam raro attingit. Quod autem debilem solvere non sit facile facit potissimum nerveorum tubularum exquisitissima struetura, atque eorum cavitas adeo angusta, ut cum semel vitiati fuerint, suas antiquas dimensiones reacquirere, ideoque spiritus animales suas antiquas semitas repetrere non valeant. Eamdem descripsere viri præstantissimi Levvenoekius, Ruyshius, Vieussenus aliique. Ita Hippocrates contumaciores morbos nervorum facit, quam venarum, quia in his humores facile fluant propter amplitudinem, ac diametri capacitatem, & facilem tunicarum quibus donantur distensionem, quod de nervis æque dici non potest.

*XIII. Universali apoplexiā particularis plerunque succedit.*] Filamentorum nerveorum strueturam facile perverti experimentum supra allatum Cl. Valsalvæ a præstantissimo Morgagnio confirmatum adeo egregie evincit, ut nullus supersit dubitandi locus. Ligatos enim nervos ad cordis jugulum, licet vinculum statim solutum fuerit, perinde laesos fuissent, ac si amputati fuissent, mors quæ paulo post sequuta, satis abunde declaravit. Et tamen nervos exente a cerebro, & spinali medulla meninges induere, robustiores fieri, firmioresque passim tradunt Anatomici. Quid si morbi causa in cerebro subsistat, ac nervos qui ibidem multo molliores sunt afficiat? Vel fortis obstructio sit, vel compressio, vel disruptio vasorum sanguiferorum, & glandularum cerebri, quibus inhibeatur, spirituum animalium secretio; atque in nervos derivatio, nerveorum filamentorum strueturam sic perverti contingit, ut naturalis spirituum animalium a cerebro ad partes, a partibus ad cerebrum excursus restitui nulla ratione queat. Hinc est cessante, vel natura, vel arte apoplexiā universali, ob certam in quibusdam filiæ

filamentis offensam remanentem, vel ob heterogeneum quid, & extrinsecum in glandulas, & nervorum] cavitates expressum, altiusque penetrans, atque obstruens apoplexiā particularē, vel alterutrius lateris paralysim sequi. Propterea sapienter a Cornelio dictum lib. 3. cap. 27. apoplexiā debilem non acutum quidem esse morbum, sed plerunque incurabilem.

XIV. *Febris de genere ephemeralium vehemens agro nondum debilitato superveniens &c. Quicumque sani dolore capitū repente capiuntur, & statim muti sunt (grace aponi,) & stertunt, ii septem diebus perent, nisi febris eos apprehenderit. Ita perbelle Hippocrates 6. aph. 51. Per vocis privationem apoplexiā intellectus Hippocratem, in qua ægrotantes non voce tantum, sed sensu, motuque privantur cum Galeno supra adnotatum est. Quibus sic constitutis licet colligere febrem per Hippocratem Apoplexiæ remedium esse. Cum vero apoplexiā plures ac contrarias inter se causas agnoscat, & sua eidem sint tempora (sunt autem omnibus fere morbis) & plurima sint febrium genera, querendum restat quodnam febris genus esse debeat, cujusnam apoplexiā remedium, quo tempore eidem supervenire necessum sit, ut solvere ipsam valeat. Ne diutius quam par est in morbi physiologia immoremur, paucis habeto. Febris hic intelligitur de genere ephemeralium, qua materia lenta, ac difficilis resolvatur, serum ac puita abundans absumatur, sanguis fundatur, unde major spirituum copia corticalibus glandulis suppeditetur, relaxatae partes congruo eorumdem influxu vigorantur. Apoplexiā porro ab hac eadem materia lenta, ac difficile originem mutuari necesse est. Secus enim vel sanguinis copia vera, vel apparen̄s morbo ansam dederit, vel nimis velox ejusdem motus in cerebrum, vel vasorum sanguiferorum, ac lymphaticorum disruptio, vel tumor, vel aneurysma, vel polypus, atque alia hujusmodi fere innumera, tantum abest ut salutaris sit, ut potius in summam perniciem, ac damnum cedere possit. Cum enim febres ejuscmodi sanguinem majorem in modum exagitent, commoveant, fundant, exsolvant, plethoram sive veram, sive apparentem, ac velocem motum sanguinis in cerebrum augeri, tumores, aneurysmata facile disrupti nemo est qui non videat. Aucta vero morbi causa, morbum imminui, credit *Judaeus apella, non ego*. Quamquam si aucto sanguinis motu abripiantur acres, mordacesque sanguinis particulae, quæ nerveas fibrillas pungendo, ac mordendo convulsionem membranarum cerebri progignunt, sanguini fluenti per vasa corporis immisceantur, unde a stimulo, ac morsu liberentur, apoplexiā a convulsione membranarum cerebri profigari spes est aliqua. Occasionem dedit Hippocrates qui 5. aph. 5. *Si ebrius, inquit, repente obmutuerit, convulsus moritur, nisi febre corripiatur, aut &c.* Cum enim ab ebrietate oritur apoplexiā, ob convulsionem meningum oriū uno accuratiōrum fere omnium interpretum ore perhibetur, propterea colligi illud posse videtur febrem acres, mordacesque particulas abripiendo, ac circulo restituendo, apoplexiā a convulsione prodeuntis remedium esse. Res autem dubia, & discriminis plena, nisi prædictis muneribus obeundis par sit. Debet tandem febris, ut salutaris sit, ægro nondum per morbi diurnitatem debilitato supervenire. Secus enim confirmata morbi causa non solum profigando apta existit, sed symptomatica cum sit, atque ex eo fortasse exoriatur, quod effusi sint e vasis humores, corruptique, malum portendit. Id quod idem Hippocrates in Coac. affirmavit, inquiens. *Apoplectice affectiones de repente exfolitorio modo fientes, febre progressu succedente, pernicioꝝ. Si de febre convulsioni superveniente speciatim sermo sit, legi mēretur Prosperi Martiani locus in adnotationibus ad aphor. 5. sect. 5. supra allatum. Cum enim ei contigerit observare mulierem quandam ex vini potu apoplecticam factam superveniente febre die sequenti a febris invasione mortuam fuisse, aphorismum sibi suspectum red-**

redditum fuisse testatus est. Cum vero contemplantur, quæ habet (lib. 2. de mor. vers. 283.) *Si quis ex ebrietate voce priuetur, & statim etiam sane ipsum & febris corrīpat, Janus fit, si vero non corripiat, die tercia moritur, demptam sibi esse omnem difficultatem confessus est. Statim enim, seu nulla interposita mora febrem supervenire debere, ut salutaris sit, Hippocratem tradidisse conject scite admodum sapienterque.*

XV. *In insultu apoplexiā si ager plethoricus, succique plenus &c. sanguis nulla interposita mora detrahendus. ] Ut curatio apoplexiā rite succederet, oportet singularum causarum, quæ ad intercipiendum motum spirituum animalium faciunt, rationem assignare, ut congrua inde indicationes ad easdem removendas elici tuto possent. Quod de quibuscumque morbis affirmavit generatim Galenus lib. 1. de mend. method. ubi habet: Perfecta curatio a causa exordit. Et Celsus inquiens: Is recte curat, quem causa origo non fallit, quia causa investigatio, ejusdemque primordia, & occasio in affectionis, & remediorum cognoscenda amplissimam deducunt, ut mittam, quod in eamdem sententiam tulit Euenelius lib. 1. cap. 4. med. meth. Morbos absque causarum praecognitione nec praecaveri, nec feliciter curari posse. Id autem facere in tanta causarum diversitate, & rerum angustia a lea plena res est.*

Quare salubre est accuratorum practicorum consilium ad generalissima remedia confugere, pro causarum, quæ subtilitatem omnem artis minime superant, varietate, varia. Ubi ager plethoricus sit, succique plenus, ejus facies intense rubeat &c. garrire is minime videatur, qui apoplexiā ad plethoram seu veram, seu apparentem glandulas cerebri comprimentem, vel ad obstruktionem vasorum sanguiferorum ob sanguinis crassitudinem, visciditatem, congelationem, afflationem, vel eorumdem vasorum disruptionem referat. Tunc vero quodnam remedii genus efficacius venæ sectione, aut pro ægrorum opportunitate valentius? Profecto depletis sanguine vasis minus diffendi eadem contingit, minus distenta minorem compressionem efficere glandularum cerebri, hinc spiritus facilis fecerni. Huc accedit vasa minus distenta validius, & fortius contrahi, hinc majore velocitate sanguinem impellere, & crassamenta si quæ sunt dissolvere, id quod tenaciter vasis adharet, & obstruktionem, aut motus tarditatem efficit, ideoque turgentiam dimovere, attenuare, exsolvere, circulo restituere, tandem e disruptis vasis minorem fieri sanguinis effusionem, immo exhaustis venis effusum jam reabsorberi, ac circulo reddi. Verbo dixerim: in apoplexiā a compressione, obstruktione, disruptione vasorum sanguiferorum illud est remedii genus venæ sectione, ut si in summa rerum angustia sperari possit, id ab una venæ sectione sperari jure possit. Quamquam vero si de vasorum sanguiferorum disruptione sermo sit, venæ sectione ad protrahendam quidem vitam valet, ad ægrum vero in pristinum valetudinis statum restituendum nullatenus valet, coequo magis si ab erumpente sanguine laesa fuerit glandularum structura. In principio autem apoplexiā sanguinem detrahendum esse facit potissimum, quod tunc vires ægræ adhuc constant, ac firmæ sunt, & morbus eas adhuc radices non egit, quæ evelli non possint. Detractione sanguinis, priusquam apoplexiā hominem invadat, celebrata nonnullos ab ejusdem discriminē liberatos fuisse compertum est. Quo magis patet non soluni in principio apoplexiæ, sed ubi futuræ signa apparuerint, sanguinem commodissime detrahi posse.

*Ex basilica brachii lateris sani (nisi &c.) Ut ex latero fano detrahatur sanguis rem esse debere cum ægro, qui apoplexiā particularē oppressus sit, necessarium est; si enim univeralis fuerit inter initia saltē, utrumque latus resolvi manifestum est. Sanum autem cum sit, ex eadem detrahendum esse sanguinem faciunt potissimum duo a præstantissimo Areteo indicata. Primum quod sanguis uberioris, & velocius ex parte lateris sani effluit (unde etiam salubre practico-*

rum consilium sanguinem lato vulnere imperato mittendum ; deinde, quod sanguinem ex illa parte educit, quæ offensa est pars cerebri, propterea fit ab eadem revulsio. Ad cuius rei statum melius intelligendum, duo animadvertisenda sunt. Primum secta vena, quæ sanguinem haurit a parte sanæ fieri, ut multum sanguinis effluat ex arteria ejusdem partis sanæ, sectæ venæ correspondens, deinde ut sanguis ex eodem ramo arteriæ partis sanæ velocitate magna in venam effundatur; atqui sanguis velocitate magna fluens per arteriam partis sanæ efficit, ut sanguis per arteriam partis affectæ tardius moveatur, & ab eadem sanguinem revellat; ergo secta vena, aut arteria partis sanæ fit revulsio a parte affecta.

*Postea si opus sit ex jugularibus.*] Cum animadverterint nonnulli sectam venam, quæ sanguinem haurit ab arteria, que proxima est arteriæ partis affectæ, efficere debere, ut sanguis velocitate magna per illam moveatur, atque cum velocitate magna per eandem moveatur, sequi oportere, ut per arteriam proximam partis affectæ tarde moveatur sanguis, & a parte affecta plurimum revellatur, in eam opinionem venerunt, ut crederent, in apoplexia, ceterisque gravissimis capitis affectionibus jugulares venas aperiendas esse. Cum enim jugularis externæ propagines extremæ arteriæ carotidis extremitas rami inferantur, fit ut secta vena jugulari externa sanguinem hauriat ex carotide externa, quæ sanguinem mittit in externas partes capitis, cum vero carotis externa proxima sit carotidi internæ, fit ut educto sanguine a jugulari velocitate maiore moveatur per carotidem externam, hinc sequitur, ut minore velocitate influat in internam, quæ cranium intrando cerebrum, ejusque membranæ adit, ut præ ceteris ostendit Cl. Frendius com. ad lib. Epid. Hippocrat. 2. qui præclare adeo doctrinam hanc pertractavit, ut nullus supra. Satius tamen duxerim prius sanguinem emittere ex basilica, quam ex jugularibus, quæ quidem vena cum sanguinem hauriat ex ramo arteriæ subclaviae, revulsionem ex carotibus moderatam efficit, ac citranoxæ periculum.

*Cave autem, ne suppressa sint improviso extretiones sanguinis ex utero, aut hemorrhoidibus;* tunc enim prius Saphena pedis secunda O. I. Saphena pedis omnihius maxime diffat a parte affecta. Fit propterea, ut per arterias proximas parti affectæ eadem fere velocitate moveatur sanguis, nulla, vel insensibilis fiat ab eadem revulsio. Rem si placet illustremus. Si obstructio e. g. sit in A venam feces in B, quamvis in B sanguis magha effluat velocitate, cum tamen infiniti sint rami venularum correspondentes arteriarum ramulis, quæ sanguinem deferunt a B in C & infiniti ramuli arteriarum, per quos sanguis a C defertur in A nemo est qui non videat in distantiâ illa

B  
Extrema inferiorum artuum.

illa insigni vasorum B A vix ac ne vix quidem motum sanguinis versus A imminui, hinc nullam aut fere nullam revulsionem fieri a parte affecta. Cum nempe saphena pedis sanguinem hauriat a ramis arteriæ cruralis, hæc autem longissime diffat a carotibus, licet per crurales ramos velocitate magna moveatur sanguis, velocitas tamen per illos ramos minime prohibere valet, quominus eadem fere velocitate feratur in carotides, ab his in cerebrum, ac propterea fiat ab eadem revulsio. Ex quibus liquido constat in quanta obscuritate versentur, qui cum revulsionis causa sanguinem emittere volunt, venam secundam imperant in parte maxime diffata ab illa, quæ offensa est, in eam spem adducti, quamminimum sanguinis ad locum affectum perventurum. Contingit vero non raro a partibus longe ab affectis diffatis sanguinem summa velocitate in affectas irruere, quod familiare maxime est iis, quibus suppressæ sunt improviso evacuationes sanguinis ex utero, aut hemorrhoidibus. Tunc vero ad hunc sanguinis affluxum saltem per aliquod tempus cohibendum præstat venam in partibus inferioribus e. g. saphenam in pede incidere. Illuc enim velociter accurret sanguis, ideoque minore celeritate, vi, atque impetu ab inferioribus in superiores partes. Hac ratione imminentia sanguinis affluxu ad caput poterunt superiorum partium venæ proximæ arteriis partis affectæ secari, ut optato fine potiamur.

XVI. In pueris, O valde senibus, in iis, qui prahumido sunt corpore O. c. nunquam vena sectio imperanda.] Si obstructio vasorum sanguiferorum cerebri vel glandularum orta sit a seri copia, vel vasorum eorumdem, ac fibrillarum medullarium flacciditate, tantum adest, ut juvet vena sectio, ut in summam ægri perniciem, ac damnum cessura sit. Ubi adest seri copia adest solidarum partium flacciditas, ubi inopia spirituum animalium, hinc si detrahatur sanguis, una cum sanguine materia proxima spiritum educitur, ac nerveas fibrillas eorumdem influxu destitutas magis magisque flaccescere, ac morbi causam augeri necessum est. Quare salubre accuratorum practicorum consilium in pueris, & valde senibus, qui cachectici sunt, & a progressorum morborum diuturnitate debilitati, a vena sectione abstinentem esse. Eadem enim plures immaturo fato interemptos fuisse observationibus cum multis, ac frequentibus, tum certis ac constantibus compertum. Quod diligenter tenendum est, ut in eadem administranda cautissime procedamus. Illud enim est, quod, ut inquit Celsus lib. 3. cap. 27. vel occidit, vel liberat. Aliud curationis genus vix unquam sanitatem restituit, s. p. mortem tantum differt, vitam interim infestat. Lib. 3. cap. 18. Post sanguinis missionem si non reddit O. motus, O. mens, nihil spei supereat.

XVII. Ut summum cucurbitula magna occipiti admoveri potest.] Incisionem loci in quo est vena occipitalis, & cucurbitulam admotam sanguinem exsugere magno cum fructu in violentis capitis affectionibus, ac citra virium imbecillitatem, præsertim in apoplexia novare practici felicissimi. Zaceutus Lusitanus hist. 31. lib. I. de med. prin. hist. desperatam apoplexiæ hoc solo remedii genere profligatam fuisse testatus est. Situs venæ occipitalis (quæ si secari posset ad sanguinem immediate a cerebro educendum valeret) ansam dedit præstantissimo Morgagno in advers. ad errorem tollendum eorum, qui collo cucurbitulam admoveri jubent, occipiti enim admovendum esse unus instar omnium culenter ostendit.

XVIII. Ceterum uti dolorifica omnis generis, atque extirpantia medicamenta vel initio in hac apoplexiæ specie efficacissima sunt O. ita in illa O. I. Minus docti medici, simul ac apoplecticum invisunt, ad remedia revellentia, ac stimulantia omnis generis configunt. Illa quidem ad humorum affluxum in caput,

ac turgentiam minuendam, hæc vero ad solidarum partium tonum restituendum, quo fluidis, ac spiritibus calcar addatur, atque organa sensui, & motui dicata debita eorumdem copia vigorentur. Neque sane eos fallunt rationes multæ eque satis firme, si apoplexia, quod haud infrequens contingit, obstrunctionem vel vasorum sanguiferorum vel glandularum cerebri a lenta, ac difficulti materia eisdem tenaciter adhaerente pro causa agnoscat, vel seru copiam, vel vasorum eorumdem sanguiferorum, ac fibrarum cerebri medullarium flacciditatem. Cum enim operentur ejusmodi remedia aperum sensum, ac dolorern inducendo, universum nervorum genus eodem percelli, easque partes nostræ corporis in reciproco motu constrictiōnis, & relaxationis excitari contingit, crassos, viscidos, inertesque humores attenuari, serumi absumi, fibras flaccidentes in pristinum sui elaterii statum restituere.

*Huc spectant cucurbitulæ siccæ &c. frictiones ex sale &c. vesicantia &c. Clysteres acres &c.* Hec porro duplicitis sunt generis; alia simpliciter dolorifica in solidas tantum partes agunt eisdem tendendo, alia que in solidas & fluidas simul operantur, sales acres, mordaces, fundendique virtute pollentes eisdem immiscendo. Primi generis sunt cucurbitulæ siccæ, frictiones dolorifice, vesicantia, & hujusmodi alia. Licet crura, ac plantæ pedum longissime distent a parte affecta, mirabilis tamen intercedit inter eadēm consensio, ut his stimulatis, caput quoque in consensum trahatur, atque ea ratione afficiatur, qua opus est ad fibrarum tonum restituendum, torpentes spiritus excitando, obstructions vasorum sanguiferorum, vel glandularum cerebri referandas. Memorabilis est observatio, quam habet Sachsius in *ampelographia* sec. 2. cap. 3: in aqua submerso sine vita, ac motu jacentes, vite restitutos fuisse diurna pedum percusione, qua spiritus excitantur, ac fibræ in pristinum elaterii tonum restituuntur. Idem plane dictum velim de frictionibus, que asperæ vocantur, & vesicantibus. Quamquam vero vesicantia vires suas exercere a plerisque reputantur non solum stimulando, sed acres, urentesque particulas in sanguinem introducendo, quæ sanguinis principia fundant, & si quid viscidum, ac lentum est, abstergant. De his erit alibi dicendi locus. Sed nullum fere efficacius remedium in soporosis affectibus, clysteribus acribus saepe injiciendis. His enim non solum intestinum rectum stimulatur, unde ejus fibris contractis, & contractione ad colon producta contentæ in ipso fæces ad inferiora protruduntur, sed totus intestinalorum canalis & cum eodem mire consentiens caput in validiores motus sollicitatur, unde medullares cerebri, ac meningum fibras tendi, hærentes ibidem humores dimoveri contingit, spiritus erigi, atque ægrum a profundo somno excitari.

*Pulp. colocynt.* &c. Colocyntidis pulpa vehementissimum purgans est, vimque suam cum malignitate conjunctam habet, unde nauseam, animi defensiones, atque alia ejusmodi symptomata inducit. Varias præparations, & utendi modos videre est apud Cl. Boulducum H. R. S. A. P. & apud Etimullem; nullum tamen certissimis experimentis confirmatum. Quare salubre practicorum consilium ab ejusdem usu interno per os abstinentur esse. Commodissime autem in clysteres acres recipitur nodulo inclusa, & decocta, additis pulveribus salinis irritantibus, cujusmodi sunt sal communis, gem. aliœ.

*Huc suppositoria ex sal. gem. 3 ii. Diagryd. gr. x. &c.* Exsolutis recti intestini sphincteris fibris clysteres injecti cum retineri nequeant, statim rejiciuntur. His autem suppositoria substituuntur eventu felicissimo. Quæ ex melle ad ignem inspissato, & salinis pulveribus parantur, intestinum rectum stimulant quidem, ejusdem tamen fibras non scindunt, nec hæmorrhoidalia vasa referant, quemadmodum metus esset si acriora incaute adhiberemus, eaque præsertim in quæ aloes

aloes ingreditur, cujusmodi sunt hiera pica & hujusmodi alia. Hujuscemodis acutissimis spiculis hæmorrhoidalia vasa in iis præsertim, qui hæmorrhoidibus antea obnoxii fuerint, facile aperiuntur, vel vehementi irritatione facta inflammantur, ac dolor fere intolerabilis inducitur.

*XIX. Interim banthus ex ag. juc. melis. Betton. &c. cum spirit. sanguin. human. gut. anglican. &c.* Ad remedia quod spectat per os propinanda, quæ non solum solidas partes percellunt, easdem stimulando, sed sanguini immixta tenui oleo, sale, seu spiritu, quo facta sunt, euodem fundunt, atque exsolvent, obstructions referant, ac spirituum animalium secretionem derivationemque promovent, plurima medicinam facientibus presto sunt. Primum cephalica omnis generis simplicia, quorum alia odore, & sapore grata sunt, & calida voeantur, ut abrotanum, bettonica, lavendula, majorana, melissa, saliva; alia vero odore grato nares afficiunt absque calore, ut lilyum vulgare, lilyum convall. & frigida appellari consueverunt. Confer libel. qui inscribitur de virib. medicam. Boerhaav. In calidorum censu numerantur spiritus alchalconi volatiles, salarmoni. Cornu cer. fuligin. sanguin. & cran. human., guttae Anglicanæ dictæ spirit. seric. aliaque ejusmodi. Huc spectant sales volatiles oleosi in forma ut ajunt solida, quorum mentionem silentio præterivimus, ne pompam magis, quam selectum querere videamur. Nihil vero aliud sunt, quam sales volatiles alchalconi urinosi, oleis essentialibus quarundam plantarum uniti, quæ his, vel illis nostri corporis partibus specificè opitulari creduntur. In horum censu veniunt sales illi Anglicani, qui hoc vel illo odore donantur, prout hoc, vel illo oleo essentiali imbuti fuere, unde alia odorem roris marini, lavendula, mentha, vel aliorum simplicium referunt. Plures sunt modi hosce sales volatiles oleosos componendi, quos descripsere viri præstantissimi Boerhaavius in sua Chem. & Fridericus Hoffmannus in observationibus chemico-physicis, qui doctrinam hanc solertiae pertractarunt.

Sed ad sales volatiles oleosos in forma, ut ajunt, liquida redeamus, de quibus notandum est, nihil esse aliud, quam spiritus volatiles alchalconi cum spiritu vini, & spiritu salis armoniaci in oleum tanquam in elixirium receptos. Neque illud silentio prætereundum est, quoctunque spiritus volatiles adhiberi posse in hoc opere, dummodo optime fuerint volatilizati. Nullum enim dicerim intercedit inter spiritum ver. gr. sanguinis, & crani humani, & cornu cervi, & similes, si aque omnes volatilisentur, ut supra laudati Boerhaavius, & Hoffmannus testati sunt. Quid de celeberrimis illis guttis Anglicanis dicendum? Scire licet ab aliis spiritibus volatilibus oleosis in hoc tantum differre, quod loco spiritus salis armoniaci, spiritus quidam ex serico destillatus adhibetur. Quamquam non solum ex serico, ut Angli solent, sed ex aliis etiam filis, ac telis ejici possunt hi spiritus, quod Gallis Anglos æmulantibus soleme est.

Cæterum ad usum quod spectat horum medicamentorum sedulo cavendum est, ne in fraudem facile inducamur, quibuscumque apoplecticis præscribentes, quemadmodum Sylvio aliisque accidisse novimus. Licet enim grates habenda sint Sylvio, quod inventis hisce medicinam ampliore fecerit, plurima tamen incommoda, ac detimenta hinc emanasse dolendum, cum in quacumque apoplexia, cæterisque ejusmodi morbis miris laudibus extolleret. Quorsum hæc dicam etiam me tacente facile omnes intelligent. Nimirum in humorum visciditate, lentore, in serosa colluvie, in solidarum partium atonia, atque ab hinc prædictibus vasorum sanguiferorum, vel glandularum cerebri obstructionibus locum quidem habere, in iis tamen in quibus venæ sectio indicatur non esse adhibenda priusquam vasa fuerint eadem depleta. Periculum enim est ne

impetus humorum ad caput, & inde stagnatio, neve irritatio, & constrictio major, quam par est, promoveatur.

XX. *Aqua antaplecticæ dicitur minus ardentia.* ] Idem plane dictum velim de spiritibus quibusdam ardenteribus, aut tincturis per spiritum vini ex simplicibus cephalicis paratis, quæ specioso aquarum antaplecticarum titulo insigniuntur, quæ præterquamquod tunc solum locum habere videntur, cum humores lenti, ac difficiles, vel serosi, vel atonia solidarum partium morbo ansam dederit, non autem plethora, seu vera, seu apparens, vel convulsus, accedit præterea horum spirituum repetito uero spiritus animales magis magisque figi, ac cogi, quemadmodum in ebrietate contingit. Et sane ardentes spiritus licet simul ac assumpti sunt, fundendi, exsolvendique virtute prædicti esse videantur (id quod calor, vis, robur, faciei, & oculorum rubor manifestant) post breve tamen tempus fluidis condensandis, cogendisque opportunos existere supra a nobis demonstratum est. Quare ab iisdem vel omnino abstinendum est, vel cautissime saltem utendum, ne summa in ægros detimenta emanent, ac damna.

*Salis volatilis succini grana aliquot.* ] Distinguendus est sal volatilis succini ab aliis omnibus salibus volatilibus; cum his enim nihil fere commune habet. Acidum mite, ac blandum est, quod cum renum, tum pulmonum, ac cerebri, ac viscerum fere omnium amicitia clarum fecit. Ut in renibus blanda titillatione seri urinarii separationem promovet, in pulmonibus crassarum, viscidarumque sordium expectorationem, ita in cerebro, qua leniter stimulando, qualentos, ac difficiles humores resolvendo, acidos aut alio quovis modo irritantes sapores corrigendo, uberiorem spirituum secretionem excitare valet, atque eorumdem in nervos derivationem, unde ægros alacriores fieri contingit, atque ad motum voluntarium, & sensum expeditiores. Ex unione hujuscemodii salis volatilis cum spiritu cornu cervi fit mixtum quodam medicamentum, liquor cornu cervi succinatus dictum in violentis capitum affectionibus convulsivis præstantissimum, si quod aliud.

XXI. *Si paroxysmus diutius protrahatur, spirituosa naribus admovereantur.* Ejusmodi sunt spiritus sal. armoniaci. ] Spirituosa, quæque odore acutissimo sunt prædicta, naribus admovere principio apoplexia périculum est. Cum enim in nulla corporis parte nervi magis conspicui sint, quam in membrana Schneidheriana olfactus organo, a tenuissimis illis, ac subtilissimis particulis naribus exceptis nervorum ramis, qui per eamdem distribuuntur, vehementissime irritantur, vellicanturque. Verendum est autem, ne si inter initia statim, & priusquam fuerint vel venæ sectione, vel morbi diuturnitate depleta, in partes cerebræ turgidas, & nimis impeditas irritatio, & constrictio major, quam par sit, promoveatur, ac major inde stagnatio, aut humorum e vasis expressio, aut tumoris disruptio succedat. Quare salubre praticorum consilium, ad spirituosa hæc naribus admovenda solum paroxysmo plus a quo perdurante, ac cæteris frustra adhibitis deveniendum. Quæ quomodo accepta esse possint iis, qui ejusmodi medicamenta non solum initio morbi, sed quod magis est in apoplexia ab effuso intra cranium cruento, aut ab infarto inflammatorio, aut plethora nimis diffidente prodeunt, in usum vocant, viderint alii. De effluviorum efficacia legi meretur Boyle in tract. de mira eorumdem subtilitate, item Kerchringius in spicileg. anat. obs. 15. ex quo habemus odorifera corpora unico temporis momento vel prodeesse, vel nocere posse.

XXII. *Sternutatoria in hominibus presertim laxioris structura.* ] Sternutatoria medicamenta cum membranam Schneidherianam, tum nervos omnes cum eadem consentientes, maxime in organa respirationi dicata se ferentes in convulsiones agunt, unde capitum, thoracis, abdominis, ac totius corporis validi-

validissima concussio sequitur. Si igitur principio morbi adhibeantur corpore non bene prius preparato, vasisque depletis apoplexiam potius confirmare valent, quam tollere, ac profigare. Nec desunt exempla eorum, qui tales evaserunt propter sternutatoria. Vid. Rhodyana lecta ad Septalii librum sect. 17. item Niemannus de apoplexia cap. 46. Quid pulvere nicotiano hodie familiarius? Nullam enimvero ex eo noxam unquam obortam crederes. Et tamen eodem nimis quantitate assumpto quemdam civem Ferrariensem comate somnolento adeo potenti correptum fuisse, ut nulla arte excitari potuerit, tandem septima die mortuum fuisse, alterum vero eadem de causa ex phrenitide misere interemptum memorat Josephus Lanzarius in M. N. C. Dec. 1. obs. 131. Animadversione dignum est, quod tradit Sigonius, multos tempore Gregorii Magni sternutando mortuos fuisse, hinc morem sternutantes salutandi obortum. Quo plerique ad vehementer credendum adducti sunt apoplexiæ causam fuisse cerebri concussionem, quæ sternutando peragitur. Verum præterquamquod & Thucydes lib. de bello Pelopon. sect. 131. lethalis cuiusdam sternutationis mentionem facit in famosa Atheniensium peste grassantis, & Polydorus Virgilius lib. 6. de invent. rerum, falsum est sternutantes salutandi consuetudinem tempore solum Gregorii Magni obortam esse, cum antiquissimam esse consuetudinem, & Aristotelis, & Plutarchi aliorumque testimonia evincant, affirmantium id facere solitos Veteres, ob summam erga cerebrum, quod principem hominis partem, nervorum, spirituum, omniumque sensationum originem animæ intelligentis fedem constituebant, venerationem (Vid. quest. Academi, Cl. Morini cui titulus: *Per qual cagione si auguri del bene a chi sternuta nelle memorie per la Storia delle Scienze, e belle arti trasportate dalla lingua francese nell' italiana, in Venezia appresso Antonio Groppo*) Præterea accedit sternutando cerebrum ita concuti non posse, ut apoplexia subsequatur. Quare satius est credere sternutationem esse signum convolutionis meningum, qua facile occludi possunt ductus, atque emissaria spirituum, unde apoplexia. Id quod confirmant alia gravissima incommoda, quæ sternutationem sequuntur, quæ non ad alias causas quam ad convolutionem apte retuleris. Vid. Guilielm. Fabricius cent. 1. obs. 24. Platerus lib. 1. prax., Wagnerus in M. N. cur. an. 1. obs. 26. Theodor. Kerchringius obs. anit. cap. 2.

Quare ex hydrop. Satur. pul. &c. ] Quamvis sternutationem excitare valeat irritatio quæcumque cum penna, vel cum papyro convoluta facta, vel transitus repentinus e loco obscuro in valde lucidum, Aristotele ac Cl. Schneidero (tract. de sternut.) testantibus; quæ tamen acribus, stimulantibusque particulis constant, quæque nerveas fibras, quæ in membranam narum interiora occupantem desinunt pungere, mordere apta sunt, errhinorum titulo insigniuntur. Quo acriora sunt corpora, eo majorem faciunt irritationem. Sic errhina ex hydrop. Sature, & ejusmodi aliis parata levem excitant sternutationem, nec tanti facienda, quanti illa, quæ ab euphorbio, helleboro, aliisque acrioribus, corrugantibusque majorem in modum nerveas fibrillas, unde convulsio interdum lethalis meningum supervenit.

XXIII. *Purgantia, vomitoria in iis qui sero abundant, & cacoehymici sunt tandem adhibenda.* Inter praesidia generalia, quæ apoplexiæ profligandæ apta consentur, numerantur quoque purgantia, atque vomitoria. Illud tamen hoc pariter loco animadvertendum est in principio morbi, quod & de plerisque aliis dictum est, pessime cedere. Quare sapienter admodum, ac scite statutum est a Cl. Rondeletio, monito Tralliani aliorumque exhibenda non esse nisi morbi decursu. Periculum enim est, ne irritatio major, & contractio quam par est, promoveatur, unde obstructiones vasorum sanguiferorum, vel glandularum cerebri augementur,

antur, aut confirmantur. Quid si apoplecticus homo factus sit ob plethoram seu veram, seu apparentem vasa plus aequo distendentem, glandulas, ac ductus cerebri comprimentem, ob velocem nimis motum sanguinis in cerebrum, vel effusionem ejusdem e vasis cerebri, vel convulsionem?

Quo magis patet, non solum morbo diutius protracto purgantia, atque vomitoria medicamenta esse adhibenda, sed in ea tantum apoplexia specie, quæ seri copiam, aut crassiores, difficilesque humores vasa cerebri obstruentes pro causa agnoscit. Purgantia enim medicamenta cum serum educant, quo solidæ nostri corporis partes flaccescunt, syltalicum etiam earumdem motum intendant, efficacissima esse medicamenta ad prodeuntes abhinc obstructions tollendas, torpentesque spiritus excitandos nemo est, qui non videat. Manifestior adhuc res est de vomitoris; convulsio enim fibrarum ventriculi cerebro facile communicatur, hinc crastos, inertesque humores eidem tenaciter inherentes dissolvi contingit, atque obstructions, spirituum secretionem, derivationemque prohibentes referari. Huc accedit; quod in plerisque adest pravorum humorum in primis viis apparatus, qui ab emeticis medicamentis tolli commodissime potest. Solo usu emeticorum nonnullos apoplexia liberatos fuisse compertum est. Id quod Helmontius præ ceteris testatur in libro in quo morborum sedem in anima sensitiva ponit, ac Wedelius confirmat in pathologia dogmatica aperte scribens, Jenensem quemdam tegularium, qui in apoplexiā inciderat, hoc remedii genere in pristinum valetudinis statum restitutum fuisse, ac Riverius lib. I. p. 70. memorans nobilem virum tē intrā biennium apoplecticum factū ab obstructione usu emeticorum felicissime curatum. Quo loco animadvertisendum est, hisce fere rationibus Cl. Pitcairnū Etmullerū carpere, qui miratur, atque ignorare se affirmat cur vomitoria utiliter praescribantur in apoplexia. Elem. med. phys. math. lib. 2. cap. II. sect. 18.

Pulvere ex Scammon., aut diagryd. a. gr. x. ad xx. Castor. elect. pul. D i. ad D ii. &c. radice Ipecacuan. &c.] Haud equidem purgantia quævis, & emetica, quæ passim a Scriptoribus commendantur in usum vocaverim, sed ea fantum, que præstantissimorum virorum cum multis, ac frequentibus, tum certis, ac constantibus observationibus utilia inventa fuerunt, & rationibus ab experimentis ductis confirmata. Purgante ex Scammonio Castor. &c. mira se in porosis affectibus gravissimis præstans testatus est Cl. Trallianus, qui primus fere eodem uti capit, unde etiam pulvis Tralliani dicitur. Etiamsi Scammonio ad pondus scrupuli unius, Castoreo vero duorum, qua dosi fere Trallianus solebat uti, minus tutum videatur, tamen pulcherrima hujuscē laus est neque nimium motum, neque nimiam irritationem inducere. Si de Scammonio sermō sit, succo videlicet lacteo plantæ cuiusdam Scammoneæ dictæ, ex genere lactiferarum concreto, & ad solis radios siccato, quamvis uti ex planta colligitur succus iste homini infestus sit, innocuum tamen reddere conati sunt Veteres fere medici. Itaque alii succo acido cydoniorum, alii fumo sulphuris corrigebant. Cl. Boulducius in A. R. S. A. P. plurima experimenta de Scammonio, varioque præparandi modos proponit. Quinam laudabiores non facile dixerim. Vel scammonio fumo sulphuris correcto utamur, vel succo cydoniorum soluto, deinde inspissato, quæ preparatio diagrydi titulo insignitur, vel alio quovis modo, illud certum est humores omnes sine ullo discrimine, & in quocumque subiecto educere.

Castoreum præ ceteris omnibus volatilibus remediis valere plurimum adversus soporofos affectus cum Veteres, tum Recentiores fere omnes Medici testati sunt. Quibus quemadmodum explicandæ sunt Juncheri observationes, qui Castoreum non solum remedium soporis esse vult, sed soporiferam eidem virtutem tribuit, viderint alii.

Radice

Radicē Ipecacanne ex Brasilia non ita pridem ad nos advecta ad eremisim promovendam tandiu utar, quandiu tutiora eadem, ac meliora inventa esse novērim. Ea est enim, quæ cum leniter stimulando nerveas ventriculi, & intestinorum fibras per superiora, vel inferiora purgat, tum stipticas communicando particulas, solidas partes atonia correptas mire corroborat, atque earum tonum restituit; hinc eximius etiam ejusdem usus in dysentericis, atque omnibus fere alvi fluxibus. Sed de eadem plura alibi.

XXIV. Mirum hoc omnia in adustis strigofisque corporibus &c.] Divisio apoplexiæ in calidam, & frigidam, quam Veteres Medici duce Hippocrate tradiderunt, si juxta modernorum doctrinas explicetur, nihil est cur placere non debeat. Quam calidam ipsi appellarent, moderni ab acri irritante materia nerveas cerebri, ac meningum fibrillas pungente, vellicante, convellente repeunt. Hac porro eos adoritur, quorum fluida sulphureis subtilioribusque partculis onusta sunt, solida vero nimium tensa, atque ad oscillandum parata. Adusta, ac strigosa corpora hisce de causis apoplexia calida frequentius corripiensendum est. Quæ cum ita sit, spiritus volatiles oleosos, salia volatilia, elixiria, frictiones dolorificas, sternutatoria, purgantia, emetica, atque alia ejusmodi, quæ in solidas partes agunt eas stimulando, atque in crebriores, validiioresque contractions cogendo, in fluidas vero, easdem fundendo, ac colligando infensissima esse nemo est qui non videat. Novit damna, quæ in ægros emanarunt ex usu istorum medicamentorum Prosper Martianus sapientissimus Hippocratis commentator lib. 2. de morb. p. m. 133., ac merito conquestus est. Cum haec igitur, inquit, sint apoplexiæ differentia (nempe ab Hippocrate descriptæ) earumque enarratæ causæ, videant posteriores, quantum a præceptoris doctrina, & ex consequenti a veritate recedant, dum cujuslibet apoplexiæ causam, aut saltem pro majori parte in pituitam frigidam, & humidam referentes, curationem perpetuo calefacientibus, & exsiccantibus instituant, quandoquidem facta totius corporis purgatione, si morbus præter inducias, ad vulgata sua decocta ex Guajaco, Sassafras, aliisque finilibus, tamquam ad columnas Herculis (non plus ultra) configuiunt, cum animadvertere deberent ex tribus apoplexiæ speciebus unicam tantum, & de raro contingentem in frigidos succos Hippocratis consilio referendam esse.

His porro solis Clysteres laxantes, potus seri destillati cum cephalicis floribus temperatis &c. Ea igitur in hac apoplexiæ specie probantur, commendanturque Hippocratis, & Martiani præcente exemplo, quæ refrigerare, diluere, humectare habent, acrium humorum spicula obtundere, salesque detergere, qui nerveas cerebri fibrillas pungunt, ac dilaniant. Hac enim ratione tolletur spasmodica nervarum fibrillarum contratio, qua ductus atque emissaria spirituum occultuntur, unde eisdem suas nativas dimensiones reacquirere contingit, ac spiritus animales suas antiquas semitas repetere. Huc spectant Clysteres laxantes, serum lactis, juscule avenacea, aquæ insipidæ, nulloque activo sapore præditæ, aliaque ejusmodi, ut unicuique apparere facile potest. Hac fere methodo Mulierem quandam fervidioris temperamenti, adustique corporis, convulsionibus obnoxiam, cum in apoplexiā incidisset, ab eadem felicissime liberatam fuisse bona fide testor. Quam optandum esset, ut medentes missis innumeris fere medicamentis, quæ in auratis fulgentibus propolarum vasis ad ostentationem, & pompam servantur, ejuscemodi morbos solius aquæ usu pertractarent! Proclive est credere tot oblivious sensu, motuque carentes, qui præpostera methodo medendi letho traduntur, ad extremam usque senectutem facile perventuros.

XXV. Extra paroxysmum, ut ager omnino restituatur, neve morbus recrudescat vexatio &c. in pleroricis. Cauteria in obesis &c.] Animadversione dignum est quod Tom. I.

E

Stahlia-

Stahlianii tradunt apoplecticos, epilepticos, alioque similes affectus ab affuetudine quadam fieri, qua certis statisque temporibus, praesertim vero Lunæ phasibus recurrent, quæ affuetudo si vitetur, morbus ipse certo, feliciter debellari potest. Illud igitur enixe curandum est, ut novus paroxysmus præcaveatur, ubi enim semel unum præpoderis, alterum quoque præpedire non ita difficile erit, alias autem, atque alios rursus præcavendo fieri poterit, ut morbi radices penitus evellantur. Si igitur plethora caufa morbi sit, quid venæ sectione ad novum paroxysmum prohibendum efficacius?

Quo loco memorabile est, quod ipse compertum habui, nobilem quemdam virum valde plethoricum, quem debilis apoplexia semel oppresserat, repetita venæ sectione, non solum felicissime tunc sanatum fuisse, sed eadem singulis mensibus ante Lunæ phases instituta, a recidiva, quam vehemens dolor capitidis, vertigines, aurium tinnitus, aliaque hujusmodi symptomata prope easdem Lunæ phases invadentia portendebant, diu immunem fervatum. Mirum dictu suscepiti itineris causa spredo per imprudentiam remedio in forte apoplexiā incidiisse, quam paralysis sequuta est, tandem mors. Si de cauteriis sermo sit fonticulis excitatis, nova naturæ emunctoria parantur, quibus pravi incongruque humorēs, & qui tertiam cerebri substantiam obnubilant, ac liberam spirituum secretionem, derivationemque prohibeant, extra corporis confinia educantur. Nec desunt exempla eorum, qui fonticulis excitatis a gravissimis capitidis morbis liberati sunt, iisdem vero aut natura, aut arte occlusis in eosdem relapsi sunt. Sed de his plura inferius.

Illud solum hoc loco animadvertisendum est cavendumque quam diligenter, ne adustus sit æger, atque exsiccus, ne apoplexiā præcavere studentes a copia crassorum, viscidorumque humorum cerebri glandulas obstruentium eidem a nimia fibrarum rigiditate, nec non bonis, laudabilibusque succis eductis, a defectu roide substantiæ cerebri fibras oblinientis, anslam præbeamus.

In ferosis pillule mastich. vel de succin. Craton. &c. quolibet octavo, aut sexto die &c.] Cum solvitur apoplexia, per aliquam sensibilem evacuationem, urinas scilicet, sudorem, aut salivæ copiam, qualis esse solet lue venerea laborantibus post usum Mercurialium remediiorum solvi deprehensum est. Alvi autem fluxum præ cæteris morbis capitidis opitulari, vel lippis, ac tonsoribus notum est. Et sane intestinorum canalis omnium commodissima videtur esse via, atque incongruis humoribus sanguinis, ac spirituum crassim conspurcantibus, ac cerebri substantiam obnubilantibus educendis opportunissima. Bilis enim, succus pancreaticus, lympha a glandulis Peyeri extillans, quæ varia natura sunt prædicta, perpetuo, & copiose depluunt in horum cavitatem. Quidni igitur liceat conjectare magnam fieri a capite revulsionem, quærentes in eodem humores cuiuscumque tandem naturæ sint facile dimoveri, atque abhinc prodeentes morbos vel profligari penitus, vel plurimum saltem imminui? Quare salubre practicorum consilium, nisi sponte alvis aperiatur, eamdem arte sollicitandam. Id autem facere fortioribus purgantibus minus prudentis est. Periculum enim est, ne sanguinis massam fundendo, exagitando, salesque ipsius aciendo in summam ægorum perniciem facilecedant. Mitissime porro, atque efficacissime sunt pilulae Mastichinæ, vel de succino Cratonis, illæ quidem ratione mastiches stomacho, haec vero ratione succini Cerebro amicissimæ, utræque ratione aloes, quarum basis est ad ferosos, crassos, viscidos, ac difficiles humores expurgandos opportunissimæ.

XXVI. Uſus ſeri lactis cum cichor. endiv. &c. in temperamenis fervidioribus &c.] Quemadmodum in ea apoplexiæ specie, quæ lentam crassioremque pituitam, crassiores viscidioresque humorēs pro caufa agnoscit, ea quæ ſale volatili oleofeo

oleo donantur, visa ſunt convenire ad heterogeneas quasque, omnesque impunitates eliminandas, atque e sanguinis maſſa præcipitandas, qui propterea in tota ſua craci depuratus optimum partibus nutrientum, ac materiali spiritibus prebeat convenientiſſimam, ita ex adverso in ea, quæ nimiam humorū tenuitatem, acrimoniam, mobilitatem, illa quæ diluere habent, temperare, acia humorū ſpiraſcula obtundere, læves politasque particulas in ſanguinem introducere, nimiam fibrarum rigiditatem tollere, ſpasmodicas conſtrictiones relaxare, cujusmodi ſunt ſerum lactis, cum herbis refrigerantibus deſtillatum, aquæ inſipide, manifeſtius quidem est quam ut ullis rationibus poſſit comprobari. Verlo dixerim quæ methodus in curatione, eadem plane in præſervatione adhibenda. Vide com. in aph. 24.

XXVII. Viſus ratio in paroxysmo fit tenuis: juculæ ager contentus fit &c.] Longe utililliam eſſe ad sanitatis conſervationem abſtinentiam a cibis docuit Hippocrates lib. de morbis, inquiens: Sanitatis ſtudium non ſatiari a cibis; & alibi: nihil magis ad sanitatem facit, quam non ſatiari cibis, & impigrum eſſe ad labores. Item: Si quis paucæ edat, nullum morbum experietur: ut mittam quod habet lib. de priſca medicina, ubi ait: Fames plurimum potest in hominum natura ad sanitatem: & quod Celsus in eamdem ſententiam tulit lib. 2. cap. 16. Non illa res magis adjuvat laborantem, quam tempeſtiva abſtinentia. Quæ ſi vera ſunt, cur non optima in cibis temperantia quamplurimis morbis proſligandis opportuniſſima eſt? Id quidem maxime valet in morbis capitidis plerique. Animadverſionis occaſionem dedit Plinius lib. 18. cap. 5. Ut enim, inquit, tempeſtiva abſtinentia ſummas in videnteſi fates ſibi vindicat: ita quoque in adverſa plurimum momenti obtinet. Sanat enim plenitudinem, nimirum obefos, pituitos, vitiaque ex pituita nata, apoplexiā, epileptiam, commata, vertigines, & id genus alia.

## C A P U T II.

### De Paralyſi.

I. **P**Aralyſeos tres ſunt gradus; primus motum aufert a partibus, non ſenſum, aut vicifim ſenſum externarum, & internarum partium, non motum; alter & ſenſum, & motum aufert ſuperſtitie partis calore; tertius ſublato ſenſu, & motu partem frigidam relinquit, quæ propteræ paulatim extenuatur, & contabefcit.

II. Si ſanguis crassus, viscidus, lentusque ſit, vel fibræ muscularum duræ, rigidæ, vel contra nimis debiles, & atonia correptæ, influentiibus in ipsas ſpiritibus, motus ceſſat, ſalvo ſenſu.

III. Si talis ſit muscularium fibrarum constitutio, ut ſpirituum influxu inflentur, tendanturque, nervi autem ad ipsas pertinentes ita flaccescant, ut motum ab objectis externis in organa inductum in ſensorium commune transmittere nequeant, ſenſus ceſſabit ſalvo motu.

IV. Uterque ceſſabit ſi nervi extra cerebrum ita obſtruantur, compri- mantur, laedanturque in ſua ſtructura, ut neque ſpirituum influxus in partes, neque eorumdem e partibus in cerebrum excuſus haberí queat.

V. Superſtitie quidem partis calore, ac nutritione, ſi ſucci nutritiſſimo minime intercipiatur, ex adverſo ſi intercipiatur cum frigore, & macie.

VI. Causæ externæ sunt immodicum frigus, immoderata exercitia, natio frequens, tumores prope spinalem medullam geniti, fracturæ ossium, vulnus, contusio, ligatura fortis, fumi e fodinis arsenici, antimonii, mercurii aliorumque mineralium exhalantes.

VII. Tremorem partium resolutioni supervenire bonum.

VIII. Curationem hujuscemorbi aggressurus, si æger sit laxioris, debiliorsque structuræ, cuius facies, & universum corpus pallidum sit, atque humidum, pilulas de succino Craton. vel capital. Paracels. a 3. s. ad 3. i. trochiscor. alhand. a gr. ii. ad v. qualibet octava die exhibere soleo. Horum intermedio in usu sit decoctio theiformis fol. primulæ ver. salv. ivæ artheti. chamœdr. fl. anth. cum sequenti pulvere 2. Cor. Cer. liniat. antim. diaphor. a 3. i. Cinnaber. nativ. vel antim. Æ i. m. f. pul. a 3. s. ad 3. i. exhibendus ut dixi per quadraginta dies.

IX. Ineunte vere eximii usus est decoctio ex Sars. peril. elect. lign. Guajac. eort. ejusdem a 3. ii. rasur. Cor. Cervi ebor. a 3. i. fol. bettoni. Sal. flor. anth. M. i. Viper. montan. femin. medietat. Aq. font. lib. i. f. M. ebul. ad consumpt. mediet. colatura detur mane jejuno stomacho per triginta dies. Ex reffid. quod est lign. fassaphr. rad. gram. a 3. i. s. cinnamom. 3. ii. aq. font. lib. x. fiat coctio ad consumpt. tert. partis pro potu ordinario. Horum intermedio qualibet octava die predictis pilulis purgantibus utendum.

X. Progressu temporis frictiones sunt præstantissime. Quare mastiches, olibanum, succinum, flores anth. lavendul. betton. super prunas accensas spargantur, fumus excipiantur panno sicco ex lana, & fricentur partes paralyticæ. Eodem postea ol. succin. lavendul. ror. marin. lumbricor. terrestr. liniantur.

XI. Ad luta thermalia opportuno tempore deveniendum tandem.

XII. Victor sit ex carnibus, & jusculis volucrium, columborum sylvestrium; ab acidis, caseosis, a vino vel prorsus abstineat æger, vel dilutum sit. Hujuscem loco sit aqua Kalype, lentisco, vel flor. til. lilio. convall. alterata. Curru vehatur Cœlo sereno, non humido, nec ventis australibus flantibus.

XIII. In adustis, strigosisque corporibus solis clysteribus contentus sum ex lacte, jure, aut aqua hordei, vel lenientibus tantum pharmacis.

XIV. Vere autem succis Cichor. Portulac. Endiv. taraxac. ex jusculeterioris pulli, vel fero lactis cum iisdem plantis destillato ad 3. x. quotidie per xxx. circiter dies; juscula quoque avenacea, hordeacea, emulsiones ex semin. melon. quat. frigidor. nec non balnea aquæ dulcis emollientibus plantis alteratæ, lac asinum ex decoct. Sar. peril. & radic. chin., unctiones ex pingued. animalium præfertim humana mirum in modum conferre visa sunt.

XV. Quæ lesam nervorum strueturam pro causa agnoscit, incurabilis est. Cur remediorum farragine fatigetur æger?

*De Paralyti.*

I. **P**aralyseos tres sunt gradus: primus motum aufert a partibus, non sensum  
*Orc.*] Quinam morbus paralyseos nomine insigniri debet nondum constat inter veteres Medicos. Alii cum Galeno, & Aretæo voluerunt paralyseos nomen tribuendum esse morbo, in quo aboletur sensus unius alicuius partis, alii cum Tralliano in quo & motus, & sensus pereunt, alii demum cum Cælio Aureliano paralyseos nomen latissime suffientes vocant illum morbum, in quo non solum amittitur motus, & sensus, sed illum quoque, in quo torpescunt. Recentiores porro Medici dubitationem omnem sustulerunt paralysim in certos quasi gradus dividentes. Tres autem sunt maxime illustres. Horum primus motum aufert a partibus, non sensum, aut vicissim sensum aufert externalium, & internarum partium salvo motu. Illam quidem speciem, in qua amittitur sensus externalium partium, frequenter contingere historiae passim testantur. Sic Fernelius *path. lib. 5. cap. 3.* testatur virum ob immodicum vieni usum, & temulentiam amisisse sensum cutis motu superstite: altera, in qua amittitur sensus externalium, internarumque partium, rarissima est, ut propterea non desint, qui cum Cl. Diamerbroekio Anat. lib. 8. cap. 1. fieri posse negent. Quos tamen falsum sentire liquido constat ex observatione Cl. Boylei de virginie quadam, quæ amisit sensum manus, ut acicula perforata nullo sensu doloris premeretur, carpum vero, & digitos moveret commodissime. Mirum postea, viro traditam sensum recuperasse. De aliis duobus omnes fere convenient. His addunt alii speciem quamdam omnium levissimam, in qua & motus, & sensus torpescunt tantum, arque alteram in qua remanet sensus tactus cum dolore conjunctus, quæ parens appellatur. Sed hæ differentiae sunt minus spectabiles, atque ad primas reduci facile possunt.

II. *Si sanguis crassus, viscidus, lentusque sit, vel fibre musculorum dura* *Orc.*] In primo gradu paralyseos explicando, in quo scilicet motus cessat, salvo sensu, aut e contra, plerique hærent. Rem tamen facillime expedient, qui ad motum musculorum non spiritus tantum, sed tubiliorem etiam sanguinis partem, seu liquidum arteriosum dictum, ac certam fibrarum muscularium, tendinarumque constitutionem necessariam esse existimarent. Nempe fibras musculares cavae faciunt Medici fere omnes, si Stenonem, & Schelhammerum exceptias; atque illi quidem motum musculorum non explicant, quin spiritus animales, ac liquidum arteriosum in munera partem vocent, quamvis de modo dissentiant inter se. Si enim Borellum, Willisum, Bernoullium aliquo plurimos audimus, putant causam moventem musculos esse ebullitionem quamdam; sive effervescentiam a liquido nerveo, & sanguine simul commixtis excitatam; qua muscularum fibræ ita distenduntur, ut quantum in longitudine amittunt, tantum in latitudine acquirant, sive membrum versus principium trahentes varias motus determinationes exhibeant. Quam sentientiam nullatenus ferari ausim, quidquid alii videantur, cum Cl. Boerhaavio, ac Cyrillo existimantibus nullam esse effervescentia necessitatem, at sufficere spiritus animales, seu lympham nerveam fluidissimam, tenuissimam maxime mobilem, & quacunque vi extra musculum applicabilem a nervis in fibras eisdem correspondentes fluentem, easque dilatantem, ita ut permanente eadem causa momento fere temporis omnes fibræ musculi turgeant, & contractæ maneat: cum enim turgentes fibræ arcent sibi interposita intervalla, & vala sanguifera ibi posita, venas evanescant.

euari contingit, & arterias compressas repellere crassiora, seu rubra sanguinis, subtilissima vero vi cordis, & sua in exilissimos canales urgere, sive expulso sanguine totum musculi corpus subtili humore per nervos, & arterias concurrente allato turgere, & contrahi, cessante autem hac causa flaccescere musculum, & vigente fibrarum elatere restitui aequabile in omnibus partibus aequilibrium. Dici vix potest quantum infirmetur illorum opinio, qui ebullitionem, seu effervescentiam a liquido nerveo, & sanguine simul commixtis excitatam causam moventem musculos prætendunt, solum affirmando gratis assumi, ac necessariam non esse; immo tale phænomenon multo facilius explicari posse, & observationibus anatomicis suffulta ratione, & mechanica. Tollitur enim principium illud sufficientis rationis Leibnitii ad rem comprobandum, quod cum nihil aliud sit in rebus probabilibus, quam necessitas effectum connectendi cum causa, si ea dematur, nullum suppetit principium rationis sufficientis, ergo nihil dictum. Atqui nulla est necessitas connectendi muscularum motum, qui effectus est, cum effervescentia, sive ebullitione a liquido nerveo, & sanguine simul commixtis excitata, quæ causa, ergo per se corruit illorum opinio.

Cæterum non spiritus tantum, ac sanguinem, sed etiam naturalem quandam dispositionem fibrarum muscularium ad se contrahendum, necessariam esse ad muscularum actionem, manifesta res est. Hæc porro dependere videtur a structura fibrarum mechanica, qualiscumque ea sit, & quæ ad instar chordarum tensæ in continuo se se contrahendi, & corrugandi nisu sunt prædictæ, ut præ cæteris ostendit Cl. Etmullerus. Et sane observationibus compertum est, arterias, nervos, fibras omnes, utcumque tensas crispas esse, ac vi contractili naturaliter prædictas, scissas multum abbreviari, longitudinemque minuere, & in undularem quasi superficiem se contrahere, hinc semper esse ubique in statu sibi violento, ac suæ elongationi reniti, ac nisu facere ut contrahantur. Ex his liquido constare arbitror cur motus interdum auferatur salvo sensu. Influentibus enim adhuc spiritibus animalibus, si sanguis crassus, viscidus, lentusque sit, in partibus facile subsistit, congelaturque, si fibræ muscularum nimis duræ, rigidæ, aut contra debiles, & atonia correptæ naturalem illam dispositionem ad se contrahendum amittunt, hinc vel quantum opus est turgere non possunt, ac breviores fieri, unde cessare motum necessum est. Cum impressiones ab objectis externis in nervorum extremitates inductæ ( seu per nervorum tremores, atque oscillationes, seu spirituum, & medullaris substantiae undulationes ) usque ad cerebrum transmittantur, sensus remanet. Sensus enim non in parte sit, sed in sensorio communis, nempe cerebro. Partes instrumenta sunt, quibus impressiones objectorum exterorum per nervorum ductum ad cerebrum deferuntur.

III. Si talis sit muscularium fibrarum constitutio, ut spirituum influxu infletur &c. ] Ex hac tenus allatis constat, quod si mulculares fibræ ita sint constitutæ, ut spirituosis partibus a sanguine fortasse sibi communicatis vigorentur, inflentur, tendantur, nervi autem ad easdem pertinentes, vel quod deficiat spirituum animalium in easdem influxus, vel quod spiritus nimis crassi, viscidæ, lentique sint, aut seroforū humorum cœpiæ adsit, flaccescentes sint; ac laxi, motus quidem habetur, cum vero impressionum ab exterioribus objectis receperatum excursus usque ad cerebrum per nervi flaccescens ductum continuari non possit, superstite motu sensus ausfertur. Quod sine admiratione minime accipietur ab iis, qui cum Diamerbroekio cit. loc. hanc paralyseos speciem cum alias rationes, tum ob hanc potissimum dari posse negant, quod ad motum majorem spirituum copia opus sit, quam ad sensum, ideoqua vix, ac ne vix quidem fieri possit, ut tanta spirituum copia influat in nervos, qui sufficiant ad muscularum actionem, non inflat tantæ, qui ad sensus sati sint. Qui dici vix

pot-

potest in quanta obscuritate versentur. Quid enim quod majori copia spirituum opus sit ad sensum quam motum non validissimum quidem, quemadmodum in viro robusto, atque in perfectissimo valetudinis statu constituto, sed debilem, languidum, qualis deum esse potest in membro paralyticō? Qui nimurum sedentes crus cruri imponunt, sensum amittunt pedis, digitorum motum autem non amittunt. Iis qui calculo renum laborant, crus quod est e directo renis, cui calculus inhæret, stupidum sit, motu autem non privatur. Et tamen compresso in illis nervo crurali, in istis vero, qui ad musculos lumbares Psoas pertinet, spirituum animalium motus intercipitur, evidenter satis argumento majore copia spirituum opus esse ad sensum, quam ad motum.

Quamquam vero si demus etiam majore spirituum copia opus esse ad motum, quam ad sensum, vix in oppositam nostræ ire poterit sententiam, qui rem sedulo ad trutinam revocans animadverterit fibras, & musculos, a quibus dependet sensus manus, vel pedis in eadem manu, vel pede esse, musculos vero, a quibus manus, vel pes moverunt, ante manum esse, vel pedem, ut observationibus anatomicis compertum est. Ita potuit virgo cujus meminit Boyleus amittere sensum manus, ut acicula eadem perforata nullo dolore afficeretur, carpum tamen, & digitos moveret.

IV. Uterque cessabit, si nervi extra cerebrum ita obstruantur, comprimantur, ladanaturque &c. ] Tertius paralyseos gradus, in quo amittitur motus, & sensus partium, explicatu omnium facillimus est, ut unicuique consideranti apparere potest. Non opus est igitur hac in re diutius immorari. Illud potius hoc loco animadvertendum est distinctionem esse faciendam inter impedimenta motuum spirituum animalium, quæ hærent in cerebro, & quæ extra cerebrum sita sunt, vel nervorum obstructio hæc sit, vel compressio, vel laesa structura. Si enim in cerebro hærent, vel medullari ejus parte ex filamentis contexta, ex quibus nervi originem mutuantur, manifestum est apoplexiæ supervenire debere. Si vero extra cerebrum, paralysim, quod diligenter tenendum est, cum in hoc sita sit potissimum paralyseos ab apoplexia differentia, ut ostendimus cap. i. de apl. com. in aph. 2.

V. Superstite quidem partis calore, ac nutritione, si succi nutritiæ motus minime intercipiantur &c. ] Veteribus Medicis peruersum erat partes omnes sanguine nutritri, & augeri. Et quia sanguis penes ipsos quatuor constat humoribus, in eam opinionem venerunt, ut crederent, unamquamque corporis partem convenientem sibi portionem ex sanguine elicere. Non est cur singula rationum momenta afferamus, quibus opinionem hanc suam firmabant, utspte quæ a variis præstantissimis Glissonio, Willisio, Warthono aliisque pugnantibus pro succo nutritio jamdudum in Scholis invalescens profligata. Iis igitur materia nutritiæ nihil aliud esse videtur, quam humor quidam defæcatissimus a cerebro per nervos ad partes omnes descendens, quem & ratione viæ, & usus succum nutritum appellariunt, atque illud quidem a spiritibus differre, quod & crassior sit, & glutinosior, immo ipsorum vehiculum. Quare cum in paralyssi diurna, ac contumaci pervertatur plerunque nervorum structura, vel perversa structura nervorum causa ejusdem sit, fieri minus vix potest, quin succi nutritiæ per eosdem excursus prohibeatur, unde macies.

VI. Causæ externæ sunt immodicum frigus, immoderata exercitia &c. ] Quæcumque sanguinem, ac spiritus congelare habent, fibras muscularares duras, rigidas, vel contra nimis debiles efficeret, vel nervos obstrueret, aut aliter afficeret, ut munere suo fungi non possint, ea paralyssi producendæ opportunissima existunt. Immodicum frigus sanguinem, & spiritus congelare adeo manifesta res est, ut manifestior sit nulla. Quid de immoderatis exercitiis dicam? Observatione di-

gnum

gnum est rusticis, & bajulis qui pane, & vino miserrimo utuntur, robur insigne adesse, divitibus contra, laetioribusque alimentis utentibus nullam fere energiam, ac vim: indicio satis manifesto in illis fibras assidua exercitatione roborari, tendi, ac crispari, suumque elaterem intendentibus magnos, vividosque motus, atque insignes vires eorum corporibus communicare, in his ex adverso exercitationis defectu laxari minimorum componentium fibras compagem, indeque debilitatem exoriri, minoremque ad motum aptitudinem. Hinc cordate Cl. Mercurialis ostendit veteres Græcorum, & Romanorum athletas, nec non gladiatores non aliunde robur sibi adsciscere solitos fuisse, quam a vi, elatere, ac crispatura fibrarum, quam assidua exercitatione acquirebant. Quod monere volui, ut intelligerent adolescentes exercitia potissimum in solidas partes operari eas tendendo, crispandoque, ita, ut si immoderata fuerint, & diurna, minimorum componentium fibras compages dura, quasque cornea reddatur, unde paralyticus.

*Natatio frequens.* ] Contraria omnino ratione natatio frequens paralyticus trahit, fibras nimirum musculares laxando, ac resolvendo. Quæ causa frequentissima est si quæ alia. Hinc est infantum crura nutare sic, ut corpus sustinere non valeant. Spiritus enim animales, & liquidum arteriosum in fibras musculares influere manifestum est. Reliquum est igitur, ut musculares, ac tendineæ fibræ ita molles sint, ac flaccidentes, ut licet inflentur, turgere tamen, abbreviarique non valeant ea ratione qua opus est ad corpus sustinendum.

*Tumores prope spinalem medullam geniti, fracture ossium &c.* ] Non possunt tumores prope spinalem medullam exoriri, quin eorumdem mole nervi ab eadem proficentes comprimantur, compressione vero intercipiatur liber spirituum animalium in partes influxus. Hinc paralyses non raro praesto sunt. Quæ causa cum ignota sit Medicis, dici vix potest quam facile in fraudem inducantur adunctiones, balnea, fatus, atque sexcenta alia remedia extrinsecus applicanda membris paralyticis confugientes, quin affectæ parti occurrant, in eam spem adducti ut credant morbum hac ratione profligatum iri. Idem plane dictum velim, si vulnera, contusio, ligatura fortis, quibus nervorum structura pervertitur, morbo ansam dederit.

*Fumi e fodiis arsenici, antim. &c.* ] Ex fumis mineralium paralyses frequentissime oboriri observationibus cum Veterum, tum Recentiorum Medicorum compertum est. Doctrinam hanc egregie pertractarunt viri præstantissimi, Rammazinus de morbis artificum, & Fredericus Hoffmannus metallur. morbifer. Fumi nempe ejusmodi nervis sunt infensissimi. Partibus excepti contractionem tantam nervorum progignunt, ut eorumdem structura pervertatur, ac spiritibus transmittendis, evehendisque inepti evadant. Hinc est metallorum fossores præceteris omnibus huic morbo in iisdem plane incurabili obnoxios esse.

*VII. Tremorem partium resolutioni supervenire bonum.* ] Quotiescumque spiritus animales æqualiter, ac pleno flumine per nervos in fibras musculares deferuntur, easdem concurrente necessaria sanguinis arteriosi quantitate tendunt, atque optima fibrarum dispositione ad se contrahendum vigente, musculi munere suo egregie funguntur. Si ob impedimenta, quæcumque tandem sint, vel in nervis, vel in fibris muscularibus existentia æqualis spirituum animalium motus interrumpatur, quasdam fibras inflari, ac tendi contingit, quasdam vero iisdem penitus destitutas flaccescere, hinc musculos inæqualiter, atque inconcinne moveri, unde tremor supervenit. Quoniam vero resolutio partium ab intercepto spirituum animalium influxu dependet, si tremor superveniat, quidni liceat conjectare nervos suas naturales dimensiones reacquirere, spiritusque animales suas antiquas semitas repetere? Quod ubi contigerit, paralyticum certo, feliciterque debellari manifestius quidem est, quam ut ullis rationibus possit comprobari.

VIII.

*VIII. Curationem hujuscem morbi aggressurus, si ager sit laxioris, debiliorisque structura &c. pilulas de succin.* Crat. ] Curatio ut in omnibus fere morbis, ita in Paralyse varianda pro causarum diversitate. Alexandri Tralliani monitum fere est per bella observatione illustratum. Refert enim de viro quodam, qui ob diuturnum mœrem improviso cecidit in paralyticum. Cum quidam Medicus Hieram picram adhibuisse ( purgans satis stimulans rationes aloes, quam continet ) ita in pejus ruit, ut mortui proximus videretur. Humectantibus, atque emollientibus in usum vocatis in pristinum valetudinum statum restitutus est. Et sane cum a incerto exsiccantur, aridæque fiant fibræ corporis, purgantia, atque ea quæ stimulando operantur, morbum augere, aut confirmare nemo est, qui non videat. Causæ paralyseos, quæ medicam opem exposcent, vel sunt serum abundans, musculares, ac tendineas fibras relaxans, vel materia crassa, lenta, ac difficilis easdem, ac nervos obstruens, vel contra Musculorum, seu tendinum ariditas nimia, aut humor quidam iisdem impactus, aut nimis contrahens, exsiccans. Nervorum lœsami structuram restituere velle ridiculum plane videtur. Itaque ad paralyticum accersitus, ubi deprehenderis eumdem laxiori, ac debiliori habitu donari, ejus faciem, atque universum corpus pallore perfundi, tumere, nonne satis evidens suppetit argumentum non aliunde paralyticum repetendam esse, quam a laxitate solidarum partium, ab humore pituitoso, seu mavis crasso, lento, ac difficile obstruente, aut fero copioso nerveas, ac tendineas fibras plus æquo relaxante? Si ita res habet, luce clarius appareat, ea in usum esse vocanda, quæ serum, & pituitam educunt, quæ exsiccant, quæ obstrunctiones referant: Huc spectant primum purgantia non quidem fortiora, quæ sanguinis massam fundere, agitare, salesque ipsius acqæ valent non mediocri ægrotantis periculo, sed solum leniter stimulantia, cujusmodi sunt massa pilularum, quæ in officinis prostant, quarum non paucas, licet fasti fas sit minus practicis commendandas esse, si tamen sermo sit de pilulis de succin. Crat. capit. Paracel. aliisque similibus, dici vix potest quanta sint efficacia in plerisque chronicis morbis capititis a viscido, ac lento oriundis, nec non solidarum cerebri partium atonia.

*Trochisci. alhand.* ] Colocynnis raro apud nos in usum vocatur ( utcumque multi infensam ejus vim corrigerem conati sint, ut cap. I. de apoplex. com. in aph. 18. ostendimus, ) nisi in alias compositiones recepta sit, quarum in censu veniunt trochisci alhand, idest de colocynide, quæ Arabibus alhandal dicitur.

Horum porro trochiscorum in parca dosi usus eximius est ad addendum pilulis stimulum. Etenim sine eodem parum vel nihil fere compertum est.

*Horum intermedio ex usu sit decoctio theiform. fol. primula ver. salv. &c.* ] Præter purgantia ea sunt adhibenda quæ depurare, ac rarefacere sanguinem valent, obstrunctiones sensim, sensimque referare, ac superfluitates omnes extra corporis confinia educere. In horum censu veniunt cephalica medicamenta, cujusmodi sunt primula ver. salv. aliaque ejusmodi, quorum virtus ex sale potissimum pendet volatili sulphureo, qua sanguinis, & humorum volatilizationem, ut ajunt, promovere valent, & resinola, ac balsamica substantia, quæ nimis laxos, & obstructos nervos corroborant, ac confirmant.

*Corn. cer. limat. antim. diaphor. &c.* ] Sanguinis quoque motum accelerare, tenuitatem fluiditatemque eidem conciliare, omnemque impuritates e sanguine educere communiter reputantur nonnulla quæ diaphoreticorum nomine veniunt; unde in tota sua crasi depuratus optimum partibus nutrientum, ac materiam spiritibus præbeat convenientissimam. Diaphoretica vi polle creduntur cornu cerv. antim. diaphor. aliaque hujusmodi. Verum animadvertisendum est horum virtutem non adeo manifestam esse, quin in dubium revocari possit illorum operatio. Arridet potius illorum opinio, qui putant acorem, quo succi

Toni. I.

F

pri-

primarum viarum imbibuntur, corrigere, a quo sanguinis, & humorum densitas, & arctior compages oriebatur, unde ad resolutionem disponantur.

*Cinnabar. nativ., vel antimon.*] Si tamen de cinnaberi sermo sit, cum sulphuris, & mercurii particularum dives sit, mercuriales autem subtilitate summa, tenuitatem, mobilitateque praedita sunt, arctam ejusdem sanguinis, atque humorum compaginem penetrare, crassamenta quaque incidere, obstructiones, atque infarctus referare valet.

Ubi ad mercurialia medicamenta pervenerint Medici in paralyssi, ad columnas Herculis (non plus ultra) se pervenisse putant: salivationem per undiones mercuriales, panaceas, diaphoretum per mercurium diaphoreticum dictum ex descriptione Thompson promovent. Dolendum tamen eventi felicitatem plerumque deesse. Novi paralyticos, qui salivatione mercuriali sic in pejus ruerunt, ut venenum haussisse viderentur. Ipse non semel sola cinnabari contentus fui, ejusdemque pulcherrimam laudem esse deprehendi, nocere non posse. Quid aliud in hisce morbis optandum?

*IX. Incunite vere eximii usus est decact. ex sar. peril. lign. Guajac. &c.]* Illud summopere attendendum est in resolventium usu, ut ab iis, quae humores ad fluendum disponunt, exordiamur. Sarca perilla, ligna Guajac. & hujusmodi alia sudorifera, ac resolvente vi maxima pollere, viscidiore sanguinis partes, & quae facile in muscularum, ac ligamentorum interstitiis haerent, acorem omnem præsertim fixiorem corrigere, & universam fluidorum massam valide refermantre communiter reputantur. Hinc ubi contumax fuerit Paralysis, & cætera mitiora frustra tentata, ad eadem tandem deveniendum. Extracta ex viperis, & aliis animalibus spiritibus abundantibus plurimum paralyssi curandæ conferre creduntur, tum quod contentorum spirituum augendo activitatem nervis filamentis tensionem comparant, tum etiam quod nutrientes, & summe activas particulas filamentorum meatibus inferendo, & validiorem tonum, & solidorem texturam adipiscuntur. Sed plura ubi de Scorbuto.

*Horum intermedio qualibet octava die predictis pilulis purgantibus utendum.*] Cum resolvuntur humores, aut ad resolutionem disponuntur, ut plurimum impuritates quædam deponuntur, quarum propterea eliminandarum cura habenda. Secus enim vel nobiliora membra invadant, vel iisdem extra corporis confinia minime eductis, vix, ac ne vix quidem optato fine potiri poterimus. Consultum hinc medentibus visum est, resolventium usui nunc diureticorum, nunc purgantium usum interponere.

*X. Progressu temporis frictiones sunt præstantissima.* Quare mastiches &c.] Ubi ægri multo fero, ac pituita abundant, frictiones in principio morbi adhibendas non esse facit potissimum ea ratio, quia per frictiones nondum absument fero, resolutisque humoribus per interna medicamenta novi attrahuntur humores ad partes, & paralyssi augetur. Frictiones sicca non solis manibus, sed parino nunc asperiore, nunc minus aspero peraguntur. Hisce virtus plurimum resolvendi tribuitur. Quid si sumus ex mastiche, olibano, succino, atque aromaticis, cephalicisque plantis super pruhas ardentes sparsis exhalans eodem excipiatur? Resina nimirum balsamica, ac tenui, volatilique sulphure, quibus eadem fæta sunt, hærentes in muscularum fibris humores dimoveri, serum omne superfluum absuum contingit, nervos nimis laxos, & lenti, ac difficilibus humoribus obfessos corroborari, obstruktionem omnem penitus tolli, aut plurimum saltum imminui.

Equis justis laudibus æquare valeat olea stillatitia multa, lavendulae, roris marini, & hujusmodi alia, quæ subtilissima cum sint, ac sale volatili sulphureo tenuissimo praedita, poros cutis citissime subire valent, in fibrarum interstitia sepe infinuare, arctiora quæque penetrare, solidorum elaterem intendere? Quid aliud requiritur ad membra paralytica restituenda? At prob dolor! quam

sæpe oleum, & operaria perdimus! Quam raro votis eventus respondent! XI. Ad luta thermalia opportuno tempore deveniendum tandem. De lutiis thermalibus testatur Petrus Forestus obs. lib. 10. obs. 85. egregie illa conducere ad Paralysim, idque a se, eum Patavii esset, vidisse confirmat. Luta ac balnea Apennia prope Patavium sita frequenti in usu nobis sunt. In horum operandi ratione non est cur diutius itemoremur, cum perbelle admodum, atque eleganter tradiderit Jo. Gratianus in eorumdem examine cap. 7. Cum enim modico, ac tenui sale, nec non sulphure lutum scateat, poros circa subire, atque interstitia quæque fibrarum penetrare contingit, impactam membris materiem comoveri, ac comminui, fundi eamdem, ac dissipari, tandem tonum partis restitui. Balnea, & luta thermalia solent circa veris finem usque ad autumni declinationem celebrari. Observationibus autem compertum est, circa finem veris, & autumnali tempore instituta debilius agere. Quod tunc præsternit contingit, cum aer, uti Vere, & Autumno solet, pluviosus, atque humidus est. Baccius lib. 2. de therm. cap. 8. Haec autem, inquit, evidenter ex pluviosis contaminantur tum præsentibus, tum prægressis, ac vernalibus ante alias. Et paulo post subdit: Quamobrem magnis imbris inter usum balnei fientibus supersedendum aliquantulum est.

Licet porro eidem probetur balneorum usus circa finem aestatis, atque autumni principium; nihilominus tamen debilius agere tunc temporis instituta ostendit cap. 15. Tum quia ante balneum corpora sunt resiccata, ac lassata prægressis astibus; tum ob incommoda supervenientis hyemis, que non adeo fausta solet esse balnei operationibus.

XII. *Victus sit ex carnis, & juscilis volucrum &c.]* Inter animantia, plus gelatinosa substantia inest in quadrupedibus domesticis, quam in sylvestribus, & volubribus, quæ propter vehementiorem corporis motum priorem, & liberorem aerem, in quo degunt, & sicciores cibos plus habent subtilis, levioris, & mobilioris substantia, hinc in morbis a crassa, viscida, ac difficulti materia oriundis, a laxitate fibrarum, ac spirituum jactura eximus eorumdem usus.

*Curru vehatur, calo sereno &c.]* Multa sunt exercitationum genera, ambulatio, saltus, pilæ lusus, armorum tractatio, equitatio, currus, & hujusmodi alia. Propter motus impedimenta curru tantum exerceri possunt paralyticæ, cuius quidem, uti & ceterorum omnium motuum hi fere sunt effectus. Partes solidæ robustiores sunt, fluida vero alterna muscularum contractio, & relaxatione attenuantur, fundunturque, unde sanguinis, ac spirituum motum augeri contingit, in partes, quæ eorumdem influxu destitutæ sunt, promptius influere, atque membra paralytica corroborari, firmarique.

XIII. *In adustis, strigosisque corporibus solis Clysteribus contentus sum &c.]* Ubi res sit cum adustis, strigosisque corporibus statu circa ullius erroris suspicionem illud posse videtur, paralysim a fibrarum muscularium, ac tendinearum ariditatem nimia ortum traducere. Tunc vero cane pejus, & angue vitanda sunt omnia medicamenta, quæ exsiccare, arefacere valent, quæ sanguinis massam fundere, exagitare, saleisque ipsius acuere. In horum censu vehiunt in primis purgantia, decoctiones ex lignis sudoriferis, ex vegetabilibus sale volatili oleoso fæta, frictiones siccae, asperæ, aliaque id genus supra recensita. Corpus enim istorum remediorum usu exsiccatur majorem in modum, & fibroso generi stimuli adduntur, unde musculos, ac tendines arescere magis contingit, atque abhinc paralysim augeri, aut confirmari. Ea igitur, quæ ariditatem nimiam, siccitatemque tollunt, quæ universum corpus refrigerant, humorum massam temperant, ac nutritio rore humectant, vifa sunt convenire. Primum locum sibi vindicant Clysteres emollientes. Hisce enim totus intestinorum canalis, ejusdemque tuni-

cæ aridæ, atque exsuccæ, & viscera imi ventris mirum in modum refrigerantur, atque universum corpus, caput præsertim, cuius adeo insignis eum illis communicatio est, mirifice recreatur.

XIV. *Vere autem suc. cichor., portulac. &c.* ] Egregie scriptum reliquit Hippocrates lib. de loc. in hom. *Morbus qui in seco est stabilitur, & non cessat.* Quod sane ansam dat medentibus ad paralysem a siccitate nimia, & ariditate fibrarum muscularium, ac tendinearum continuo emollientium, atque humectantium usu pertractandam. Hinc succi plantarum, quæ nullo aëstro sapore sunt præditæ, quæ odoris expertes, ac succo plenæ, quæ farinæ sunt, & blando, mitique oleo demulcente donantur, cujusmodi sunt emulsiones ex seminibus frigidis, jusculta avenacea, hordeacea, lac præsertim asinimum, utpote serofosius, & ad diluendum aptius, cæteris posthabitis adhiberi solent.

*Urtiones ex pinguedine animalium &c.* ] In nervorum affectibus a nimia tensione, & contractione obortis pinguedines animalium præ cæteris convenire, facit potissimum ea ratio, quia sale volatili blando, demulcente, naturæ animalium amico nervos, ac fibras laxante, atque ab ulteriori stimulo tuente præditæ sunt. Quid naturæ hominis congruum magis, quam ipsius hominis pinguedo? Id diligenter tenentes empirici desperatos istiusmodi morbos felicissime curant non sine illorum admiratione, qui pretiosis chymiatrorum remediis indulgent. V. Hoffman. an. in Poter. obs. cent. I. cap. 45.

### C A P U T III.

*De Comate vigili, Caro, Comate somnolento, & Lethargo.*

I. **S**Omni contra naturam, eique vim inferentis, ac gravissimis symptomatibus stipati quatuor sunt species. Coma vigil, Carus, Coma somnolentum, Lethargus.

II. Coma vigil somnus est contra naturam, in quo æger externis plerunque sensibus dormit, internis vero vigilat, ac delirat.

III. Causa ejus proxima est partim spirituum animalium penuria, partim vero eorumdem acrimonia, veneni ad instar medullares Cerebri fibras, hisque appenos nervos mordens, ac vellicans.

IV. Plerunque comes est febrium malignarum.

V. Signa sunt, oculi clausi, & conniventes, decubitus qualis dormientium non raro supinus, si excitetur æger, oculos aperit, mox vero claudit, quandoque e lecto profiliens adstantes imperit ad instar furentis, facie torva intuetur, mox decumbit, summa inquietudine afficitur, dormiendi impotentia, rerum terribilium imagine, clamat, absurdula loquitur, fixo delirio tenetur, manus, brachia, crura, aut totum etiam corpus inordinate jaëtar.

VI. Curatio omnis ad febrem, cujus symptoma est, dirigenda. Febris peculiariter veneni naturæ adversantibus remediis tractanda.

VII. Somnus profundissimus, & ad Apoplexiæ primus quasi gradus. Carus est morbus ab exteriore aliqua causa productus, aut alterius morbi symptoma.

VIII. Huc Opii, Nucis Moschatae, Croci, Hyoscyami, Mandragoræ immodicus usus, necnon Opii, Croci, Hyoscyami Mandragoræ effluvia, vinorum, & rerum fermentescientium fumus, uti pariter carbonum, nucum juglandium, nucis vomicæ, hydrargyri, aliorumque fossilium, locorumque diu clausorum halitus, accessiones febrium intermittentium, quæ perniciose vocantur, huc causæ singulæ, & universæ apoplexiæ remissius operantes, præsertim iætus, percussionses cranii, perforatio ejusdem.

IX. Signa sunt profundissimus somnus ægrum subito invadens, a quo non nisi magno clamore, aut acus punctura excitatur, sed ægre admodum; oculos enim aperit, puncta membra contrahit, sed interrogatus non respondet, ac eodem fere momento conniventibus oculis, membrisque quiescentibus in eundem soporem relabitur, respirat libere, non flertit, febre caret, nisi in accessionibus febrium perniciosarum id continet, atque earumdem symptoma sit.

X. In Caro a narcoticis præpostere adhibitis, vel halitibus ante memoratis oriundo, frictiones, & cucurbitulæ siccæ, clysteres acres, affusio aquæ frigidæ in caput mira præstant.

XI. Acetum tamen cum naribus admotum, tum intus propinatum ceteris palmarum præcipit.

XII. Ubi accessiones febrium intermittentium morbo ansam dederint, Quinquinna quam citissime, & antequam alter paroxysmus invadat etiam ad unciam partis vicibus exhibenda.

XIII. Coma somnolentum nihil est aliud, quam sopor profundus, a quo si excitetur æger, oculos aperit, & interrogatus respondet, neque valde oblivious est, statim vero in eamdem somni imaginem delabitur, dormitque ut plurimum hiante ore, maxillaque inferiore demissa, febre vel caret, vel exigua admodum tenetur.

XIV. Causæ eadem sunt, ac aliorum soporosorum affectuum remissius operantes, quam in Caro, & Lethargo.

XV. Est Lethargus profundissima somni species cum febre continua, & lenta, delirio, atque obliuione.

XVI. A redundantia humoris aquei, sero sique fibrarum Cerebri tonum enervante, a sanguine crasso, viscidoque, vel materia lenta, ac difficultate cerebri substantiam obstruente, quandoque cum phlogosi ejusdem ortum traducens.

XVII. Causæ antecedentes, & externæ sunt ciborum, potuum, & rerum frigidarum abusus, aer palustris, locorum humidorum incolatus, ætas senilis, puerilis, vini, & veneris immodicus usus, corporis segnities, vel immoderata exercitia, somni longi.

XVIII. Signa sunt perpetua dormiendi necessitas, difficilis a somno excitatio, & statim in ipsum relapsus, oblio, delirium, supinus decubitus, rerum apprehensarum e manibus delapsus, palpebræ imperfecte clausæ,

fe, os diductum, dilapsus in pedes, febris lenta sub noctem quotidie in-  
gravescens ( nisi forte Lethargus symptoma sit inflammationis viscerum,  
vel male affecti ventriculi, aut accessionum febrium intermittentium, quo  
casu febris varia est pro vario morbi statu, ac conditione ) respiratio de-  
bilis, & rara, pulsus tardus, rarus, undosus, inæqualis, & quandoque in-  
termittens, alvus liquida, urina vel tenuis, & aquosa, vel turbida qua-  
lis jumentorum, facies tumida, & pallida, lingua mollis, & alba.

XIX. Lethargici septem diebus moriuntur, si vero hos evaserint, sani-  
fiunt. Hip. 2. de morb.

XX. Dolor capitis vehemens, febris intensior facta, universi corporis tre-  
mor, paralysis lethargo superveniens brevi ægrum moriturum portendunt.

XXI. Si parotides erumpant, præsertim die critico, aut multa per na-  
res, & sputum exereantur, febrisque, & cætera symptomata mitecant,  
spes est ægrum servatum iri.

XXII. Qui ex Lethargo sanantur Empyci fiunt. in coac. & 3. de morb.

XXIII. Melius est phrenitidem supervenire lethargo, quam phrenitidi  
lethargum. Uterque transitus semper magni faciendus.

XXIV. In lethargi curatione, ubi febris acuta sit, fervidior ægri tempe-  
ries, faciei, & oculorum rubor, viresque consistant, venæ sectionem instruo,  
primum quidem basilicæ brachii, tum si suppressæ sint improviso naturales  
evacuationes sanguinis, mensium præsertim in Mulieribus, saphænæ pedis.

XXV. Cucurbitula magna Occipiti applicata cui prodeesse non valeat?

XXVI. Si vero febris lenta sit, ægri temperies frigida, ut ajunt, &  
humida, facies, & universum corpus pallidum, consuetas per os, nares  
feri, & pituitæ excretiones suppressas habeat, cucurbitulas, frictiones ficas  
per universum corpus, cataplasmata ex seminibus Sinapeos fermento  
acerrimo, vel sapone nigro commixtis, aut ex limacibus cum cortice  
contusis plantis pedum applicari jubeo, naribus spongias aceto forti im-  
butas admoveri.

XXVII. Si urina turbida, & qualis jumentorum appareat, purgans ex  
scam. sulphur., vel diagryd. a gr. x. ad 3 i. castor. elect. 3 ii. cum sy-  
rup. acetos. simplic. exhibeatur.

XXVIII. Si Lethargus febris alicujus, vel inflammationis, aut alterius  
mori symptomata sit, a purgantibus prorsus abstineo, contentusque sum  
solis Clysteribus bis, ter, quaterque in die injiciendis.

XXIX. In Lethargo primario, & frigido, ut ajunt, cæteris frustra ad-  
hibitis, ad sternutatoria devenio, aquam frigidam capiti affundi, vesicantia  
tandem brachiis, & cruribus applicari jubeo.

XXX. Suis nominibus exclamat excitentur ægri, deque rebus, qua-  
rum cura summa iis fuit ante morbum, sermo habeatur. In cubili luci-  
do, bene clauso, aere intus contento, vapore aceti, castorei, pulegii  
hyssopo, Majorana alterato serventur.

I. **S**omni contra naturam, eique vim inferentis, ac gravissimis &c.] Nemo ignorat quandiu cerebrum, ejusque medulla, & abhiuc prodeentes nervi, & musculi debita spirituum copia turgent, adeoque debita tensione gaudent, tandiu externorum internorumque sensuum organa, motuum item voluntariorum instrumenta ita esse disposita, ut ab objectis facile affici, facile item consuetos motus exercere possint. Hæc porro dispositio vigilia naturalis dicitur. Si medullaribus cerebri fibris, hisque appensis nervis, & reliquis fibris debitum spirituum animalium influxus denegetur, unde minima, ac subtilissima vascula exinanita flaccescant, externorum sensuum motuumque a voluntate pendentium organa libere, atque expedite munera sua obire non poterunt, hinc sensus exter nos obtundi primum, deinde aboleri, motus a voluntate pendentes retardari primum, deinde cessare, organa iisdem destinata collabi, resolvi, ac paralytica fieri, ac demum internos sensus inconcinne, ac non adeo prompte exerceri manifesta res est. Qui status fere somnus appellatur. Somnus autem aliis naturalis est, aliis non naturalis. Naturalis, dummodo modum fert, tan-  
tum abest, ut hominem laedat, ut plurima ab eo emolumenta nascuntur. Cum enim musculi voluntariis motibus destinati in somno collabantur, & flaccescant, motusque eorum cessent, motus vero cordis, vasorum, & viscerum fiat fortior, æquabilior, robustior, ut cap. de apop. com. in aph. 8. demonstratum est, hinc humorum circuitum per vasa majora, & a corde non multum dif-  
fusa validiore, & æquabilorem fieri contingit, secretiones omnes promoveri,  
ciborum coctionem, perspirationem, nutritionem perfectius peragi, vires quam-  
plurimum refici, ac roborari. Ciborum coctionem multo facilis, & melius peragi  
somni tempore, quam vigilia veteres fere Hippocrates, Galenus tradi-  
derunt. Ex quo liquet prudenter admodum sapienterque se gerere solitos fuisse,  
qui parcissimo cibo in prandio, uberiori autem in cena utebantur. Quam qui-  
dem consuetudinem Veterum Romanorum fuisse constat ex Cl. Mercuriali, qui  
testimonio Plutarchi aliorumque refert id agere solitos non tantum ob vitæ com-  
modum, cum occupationibus privatis, publicisque mane distinerentur, sed ad  
valetudinem conservandam, quod multo facilis, ac perfectius concoctio cibo-  
rum peragatur dormiendo, quam vigilando. Vim somni naturalis ad nutritio-  
nen augendam manifestant præ cæteris ea animalia, quæ cum bonam anni  
partem somno consumant, pinguiora fiunt. Ejusmodi sunt Gires, Hystrices,  
Tassi, & alia, de quibus Martialis:

*Tota mibi dormitur hiems, & pinguior illo*

*Tempore sum, quo me nil nisi somnus habet.*

Uberiorem fieri insensibilem perspirationem doctissimus Sanctorius in sua me-  
dicina statica expertus est. Quadragesima enim uncias sanguinis somni tempore  
emitti, vigiliæ vero solum viginti æquali temporis spatio deprehendit.

Somnus non naturalis in somnum præternaturam dividitur, & contra natu-  
ram. Somnus præter naturam, nature quidem modum non servat, ei tamen  
vim non infert, & motibus non est. Inter hujuscemodi species eminent ille  
qui deficit a somno naturali, seu pars somni, & vigiliæ est, in quo homines  
sensibus internis, & externis partim vigilant, partim dormiunt, quo somno  
corripiuntur noctambuli, somnambuli, qui dormientes ad interrogata respon-  
dent, quorum exempla extant apud Aristotelem, Diogenem Laertium, Gale-  
num,

48 DE COGITO SCENDIS, ET COGITANDIS  
num, Horstium, Jonstonum, Schenchiūm, Taffonum, Clauderum, Grebne-  
rum aliosque eximios Scriptores relatos a Jo. Maria Pigatto Medico apud Vi-  
centinos supra ètatem florentissimo, qui singularem plane, mirabilemque hi-  
storiam somnambuli cuiusdam adhuc viventis Italico sermone conscripsit ( 1743.  
In Venezia per Giuseppe Bettineli. ) Hoc eodem somno corripiuntur Sagæ,  
quarum phantasæ variaæ rerum ideæ a Diabolo objiciuntur, imprimunturque  
adeo vehementer, ut dormientes non solum varia imaginentur, sed eadem libi  
contigisse pro certo credant experrectæ. Somnus tandem contra naturam non fo-  
lum naturæ modum non servat, sed eidem vim infert, atque inter gravissimos  
morbos recensetur. Quod erat Adolescentibus declarandum, ut traditæ somni  
divisionis momentum assequi commode possent.

II. *Coma vigil somnus est contra naturam, in quo ager externis plerunque sensibus dormit &c.*] Coma vigil lethargus spurius a nonnullis dicitur, a Galeno typhomania, cæteris autem Græcis coma ἀγνόησις, idest coma vigil, medium quasi inter pervigilium, & coma hypnoses, idest soporiferum. Cum dicimus hominem comate detentum externis sensibus dormire, nihil jam aliud intelligimus, quam defectum dispositionis organorum, quæ iidem dicata sunt ad assueta munia obeunda, unde obtundi primum, deinde desinere necessum est: non illorum, quæ sensibus internis sunt destinata; unde eosdem inordinate, nec ita vivide exerceri contingat ( in quo potissimum essentia somni naturalis sita est ) tantum enim absit, ut proxima dispositio organorum ad internos sensus exercendos deficiat, aut languescat, ut potius aucta sit; ex quo sequitur, ut non solum vividus iidem exerceantur, & continuo homo vigilet, sed cum medullarum cerebri fibrarum, nerveorumque filamentorum, seu organorum sensibus internis dicatorum motus inordinati, inconcinni, ac convulsivi sequantur, anima falsum de rebus apprehensis judicium ferat, ac vigilæ delirium superveniat, quod palam fit per ea verba, internis vero ( nempe sensibus ) vigilat, ac delirat.

III. Causa ejus proxima est partim spirituum animalium penuria, partim vero eorumdem acrimonia &c.] Ubi adeo penuria spirituum animalium, medullares cerebri fibras, hisque appensos nervos, ac musculos flaccescere praeter modum debere manifestum est; hinc exteriorum sensuum, motuumque voluntariorum organa inepta evadere ad actiones suas exercendas necessum est. Hinc est cestib; omnino externis sensibus, motibusque a voluntate pendentibus, nec non organis iisdem comparatis collabentibus, corpus decumbere profundo veluti sopore detentum.

Quod si adsit acrimonia eorumdem, medullares cerebri fibras, immo & nervorum his appenorum filamenta inordinatis, atque inconcinnis cieri motibus, mire agitari, ac concuti contingit, hinc delirium, ac vigilias supervenire.

*IV. Plerunque comes est febrium malignarum.* ] Quænam febres malignæ dicendæ sin, quæstio est. In hac tamen opus non est diutius immorari. Sive enim illæ febres malignæ appellandæ sint, quæ fraudulenter, veluti maligni homines procedunt, ac sub alterius morbi specie invadunt, sive illæ, quæ symptomatibus inter se discrepantibus, pulsuum nimirum celeritate, ac modico calore, linguae ariditate, ac nulla fere siti, ac morbi generali statu cum urinarum cruditate, ac tenuitate coniuncto stipatæ sunt, sive demum illæ, quæ virium collapsu, pulsuum parvitate inter initia statim se produnt sine causa manifesta, illud circa ullius erroris suspicionem statui posse videtur, non aliam malignarum febrium esse causam quam venenum. An venenum febrium malignarum vim coagulandi, figendique fortitum sit, ut placuit Cl. Willifio, vel dissolventi corrodendique, quemadmodum Sylvius arbitratus est, non facile dixerim. Gaudi

Credi-

Crediderim enim quasdam esse febres malignas , quarum causa venenum sit dissolvens , ac colliquans , quorum in censu veniunt illæ , que pestilentiales stricte dicuntur , quasdam e contra , quarum causa venenum sit cogendi figendique vi prædictum , cum solidarum partium gangræna , ac sphacelo quasdam demum non aliunde , quam a veneno partim coagulandi , partim solvendi facultatem naæto repetendas , que omnium frequentissimæ sunt , atque a medicis vix , ac ne vix quidem animadversæ . Illud porro quam diligenter hoc loco tenendum est , venenum cuiuscumque tandem naturæ fuerit , spiritibus maxime infestum esse , profigare eosdem , atque incongruarum particularum admixtione inquinare , unde sorumdem inopia , atque acrimonia peccante coma vigil subsequi necessum est .

V. *Signa sunt oculi clausi.*] Tentemus vires ingenioli nostri, an per assignatam inopiam, atque acrimoniam spirituum singula hujuscem comatis symptomata explicare valeamus. Nemo ignorat oculorum occlusionem fieri per contractionem Musculi constringentis palpebras, cuius naturalis vis major est vi naturali Musculi easdem attollentis. Cum ob inopiam spirituum musculi palpebras attollentes non satis vigorentur, ab actione sua ferrantur, unde oculi conniventes, & fere clausi, volentibus, nolentibusque animalibus apparent.

*Decubitus qualis dormientium non raro supinus.* ] Quotiescumque spiritus parcus per nervos fluant, quam ut organis sensibus externis, ac motui voluntario dicatis roborandis sufficient, eadem concidere, ac collabi necessum est, hisce autem collabentibus corpus non secus ac in dormientibus decumbere manifestum. Si vero spiritus parcus adhuc fluant, quam sufficient contrahendis tot Musculis, quot sunt necessario contrahendi, ut Animal vel in latus, vel contractis cruribus, vel plicatis, complicatisque brachiis decumbere valeat, supernum decumbere cogetur vi ipsiusmet sui ponderis concidente corpore.

*Si excitetur æger, oculos aperit, mox vero claudit, quandoque et lecto profiliens  
Oc.] Si nervi muscularum attollentium palpebras majore copia spirituum in  
eosdem influente inflentur, tantumque, vel sponte id contingat, vel occasione  
impressionis alicujus extrinsecus advenientis, oculos aperiet æger, sed iisdem  
spiritibus propter inopiam intra musculos quiescentibus, ac flaccidibus  
nervis rursus claudere cogetur. Ob id potissimum exilit et lecto, manus infert,  
mox decumbit. Cum enim spiritus particulis venenatis, acribus admixti per  
nervos ceco impetu irrumpt, medullaresque cerebri fibras, hisque appenso-  
rum nervorum filamenta confuse, varie, inordinateque concutiant, species ex-  
citant irarum, injuriarum, & hujusmodi, hinc etiæ muscularum motus praestato  
sunt, qui ad odium, ad indignationem sunt opportuni; deficiente autem ne-  
cessaria spirituum copia ad eos motus diu conservandos, collapsis nervis rursus  
Animal decumbit.*

*Summa inquietudine afficitur dormiendi impotentia &c.] An ad alias causas melius, quam ad medullarium cerebri fibrarum, nervorumque his appensorum filamentorum inordinatam concussionem retuleris inquietudinem, dormiendi impotentiam, rerum terribilium imaginem? Si inordinata hac nervorum concusione, perturbatoque motu terroris, rerum absurdarum species excitentur, clamat pavens, absurdum loquitur: immo si certæ solum fibræ certa semper ratione tantum contra definitam aliquam rem delirium orietur. Undenam tandem inordinatos motus manuum, brachiorum, crurum, ac totius corporis aptius repetas, quam ex perturbato, atque irregulari spirituum, ac nervorum motu, atque abhinc prodeunte inculcata toties varia concussione? Tamen facile coniicio non defuturos, quibus haec philosophandi ratio displiceat, cum in ea sint sententia, ut credant motus inordinatos corporis, delirium vix, ac ne vix*

Tom. I.

50 DE COGNOSCENDIS, ET CURANDIS MORBIS  
quidem oriri posse, nisi spiritus summo impetu, concitato motu hac illac irrumpt. Cum vero impetus, seu quantitas motus ex massa corporis moti multiplicata per celeritatem æstimetur, ac spirituum in hujusmodi affectibus inopia adsit, appareat eam fieri non posse concitationem, quæ ad motus inordinatos sufficiat. Recte illi quidem, nisi redargueret eosdem obseratio tremere, ac delirare senes, convelli, ac delirare, qui enormem aliquam evacuationem passi sunt, in quibus maximam adesse spirituum jaæturam manifestum est. Nempe ad inordinatos motus, ad delirium sufficit perturbatus spirituum animalium motus, inæqualis fibrarum, nerveorumque filamentorum tensio. Id autem contingere, ubi adest spirituum animalium penuria, & quod magis est, ubi peccet eorumdem acrimonia, manifestius quidem est, quam ut ullis rationibus possit comprobari. Sed hac de re plura alibi dicemus.

VI. Curatio omnis ad febrem cuius symptomata est dirigenda, Febris peculiariter veneni natura adversantibus remediis tractanda. ] In quanta obscuritate versentur, qui multorum præente exemplo, (a) qui de affectibus soporosis generatim agentes, una eademque methodo eosdem pertractare solent, dici vix potest. Cum enim sibi in animum induixerint effectus soporosos ab inopia spirituum animalium exoriri, ne somniantes quidem de morbis, a quibus ortum traducunt, extimulantia omnis generis, emetica, purgantia, odoramenta spirituosa, sternutatoria, vesicantia, volatilia in usum vocant eventu plerunque funestissimo. Cum coma vigil symptomata sit febris malignæ, huic autem ansam triplex venenum natura quammaxime inter se discrepans præbeat, appetet manifestissime, pro ejusdem varietate varia esse adhibenda remedia. Theriaca Andromachi, auro-potabili, lapide philosophorum, aliisque pretiosis chymiarorum medicamentis, quæ catholica vecantur, quæ omnibus speciebus venenorum massam sanguinis, ac solidarum partium texturam corrumpentium opposita vi, & natura mederi communiter reputantur, stulti omnino, ac desipientis est uti velle. Cum venena alia sanguinem cogant, ac figant, ac solvant, ac collquent, alia partim coagulandi, partim dissolvendi virtute prædicta sint, equis est, qui non videat nullum dari posse universale medicamentum, quod omnibus venenis natura, & vi opponatur? Quod si detur sibimetipsi & vi, & natura contrarium esse debere adeo manifesta res est, ut manifestior sit nulla.

VII. Somnus profundissimus, & ad apoplexiā primus quasi gradus Carus est &c. ] Somnus profundissimus haberi nequit, nisi medullares Cerebri fibrae, hisque appensi nervi debita spirituum copia destituantur, unde exteriorum sensuum, motuumque voluntariorum organa inepta reddantur ad actiones suas exercendas, quo fit ut non solum iidem languescant, sed omnino desinant, interni etiam sensus cessent plane, atque aboleantur. En proximam Cari causam, quam licet expresse non significaverim; non aliam tamē, etiam me tacente, assignari aptius posse unusquisque facile intelligere poterat, quotiescumque primum quasi ad apoplexiā gradum esse affirmavi. Cum enim apoplexia pro causa proxima agnoscat interceptum spirituum animalium a cerebro ad organa motui, & sensui dicata, & ab his ad cerebrum excusum, languescentem majorem in modum esse debere in Caro, qui primus ad eamdem gradus est, lippis æque, at tonsoribus notum est plus, quam ipsorum digitii, atque unguis. Quæ potissimum effecerunt, ut eamdem silentio prætermittens, eas quæ extrinsecus adventientes profundissimo somno occasionem præbent, attigerim.

VIII. Huc spectant Opii, Nucis moschatae, Croci, Hyoscyami, Mandragora immodicus usus. ] Succus ex vulneratis papaveris albi capitibus stillans Opium est, quod in placentas hodie nobis ex Natolia, Ægypto, & India assertur. Mode-

### L I B. I. C A P. III.

51

ratus hujusce medicamenti usus, quemadmodum sanguinis, & spirituum immobiles motus compescit, dolores demulcit, corpus laboribus gravatum sublevat, ac gratum soporem inducit, sic immoderatus membrorum relaxationem, ac insomniacitatem, vertigines, oculorum calinges, sensuum externorum, internumque, motuumque a voluntate pendientium privationem progignit, ut non desint exempla eorum, qui somno adeo profundo detenti sunt, ut excitari nulla arte potuerint. Sic Dioscorides: *Opium, inquit, sumptum Tenui magnitudine dolorem finit: concoquit, & somnum allicit: tussi atque caliacionum valetudini auxiliatur. Verum si copiosus hauritur, nocet, cum lethargicos efficiens interimat &c.* Non ita frequentes sunt de Nucis moschatae noxa observationes, licet in coniunctis ad ciborum condimenta frequentissime usurpetur. Ex immoderato tamē illius usu non parum periclitatos fuisse, qui per diem unum, aut alterum Caro correpti immobiles, & muti jacuerunt, observatio est Cl. Jacobi Bontii in *notis ad Garziam*. Batavi quoque referente D. Geoffroii mat. medic. p. 2. art. 24. observant nubes conditas quotidie assidue, aut majore copia sumptas caput afficer, & effectus soporosos procreare, unde homines somnolenti, pigri, & obliviosi dicuntur.

Crocum pariter qui a populis quamplurimis pro optimo ciborum condimento habetur, atque eximias in medicina habet facultates, nisi opportune, & justa dosi usurpetur, vi inebriante, & narcotica donari, capitis gravitatem in lignem, somnum, interdum risum convulsivum, saepè lethum inferre observationibus cum multis, ac frequentibus, tum certis, ac constantibus compertum est. Quendam aromatarium ex plurimo Croci, qua carnes pro cena decoquabantur injecto, post earundem elsum in tantum solutum esse risum, ut non multum absuerit, quin medios inter cachinnos animam efflaverit, testatus est Amatus Lusitanus. Virginem quamdam ex croci usu ad revocandos mensiles enoribus, & continuo capitis doloribus per totum suæ vitæ cursum affectam fuisse observatione se didicisse narrat Simon Pauli *Quadrup. Botan.* Hisce adde sis observationes Cl. Hoffmanni, Emanuelis Konig, aliorumque, quæ cum eodem fere recidant, brevitatis gratia prætermitto.

*Hyoscyamum.* ] Intus assumptum soporem, & stuporem inducere cum mentis alienatione, observations Jo. Jac. Wepfferi *tract. de cicuta aquat.* & Simonis Schultzii in *ephem. N. C. An. 4. & 5. Dec. 1. obs. 124.* nec non aliae in iisdem eph. Dec. 3. an. 9. & 10. in appendice & alibi testantur. Memorabilis locus extat apud Scribonium Largum cap. 181. ubi ait: *Hyoscyamum qui biberunt caput grave, venisque distentum habent, mente abalienantur &c. .... postea sofiuntur, & sensu current livecentibus membris corum.*

Mandragoram inter narcotica, & soporifera medicamenta recenserit debe-re nemo inficiabitur, qui odorem ejus ingratum, virosum, caput feriens perceperit. Soporiferam hujusce plantæ virtutem novissime veteres medicos censendum est, ii siquidem vinum, in quo Mandragoræ radix infusa fuerat, ægris, quibus membrum aliquod amputandum erat, ad narcosim inducendam propinabant. Novere & Recentiores Medici, sed cum grano salis eamdem adhibere consueverunt. Cum enim sopores gravissimos ac perniciosissimos abortos viderint ab usu interno, eamdem exploferunt.

*Nec non Opii, Croci, Hyoscyami, Mandragoræ effluvia.* ] Solo odoratu opium soporiferum esse affirmat citatus Dioscorides, & Plutarchus in *Sympo. lib. 3. quæst. 1.* memorat vaporem a papavere prodeuntem non caute observantibus us, qui succum collegerunt, homines subvertisse.

Ipsiusmet Croci odorem capiti infestum esse Galenus testatus est. Celebris est historia apud Borellum (observat. cent. 3.) de quodam famulo Mercatoris,

G 2

qui

(a) V. River. Hartmann.

qui cum decubuisse, dormiisseque juxta magnam croci copiam tanto dolore capitis, tantaque nervorum imbecillitate correptus est, ut vitam cum morte commutasset.

Multos croci sacculo pulvinaris instar usos, oborto insigni capitis dolore cum incredibili gravitate interiisse Costaeus litteris tradidit.

Effluvia ex *hyosciami* feminibus in hypocausto reconditis exhalantia eosdem effectus producere, quos ex interno ejusdem usu orihi supra ostendimus, observatione compertum habuit Christianus Fridericus Garmannus in eph. G. an. 7., & 8. Decur. 3. Fumum ex *hyosciami* feminine prunis imposito, qui adversus capitis, aut dentium dolores ab Agyrtis plurimum laudatur, stuporem, & imbecillitatem capitis procreasse in ancilla quadam odontalgia immanni diu vexata deprehendit Matthaeus Jacobaeus in act. Hafnienibus T. 1. obs. 14. p. 209. Sed infinitus sim si singula velim perseguiri.

*Carbonum, nucum juglandium, nucis vomica, hydrargyri aliorumque fossilem, locorumque diu clausorum halitus.* ] Si carbones ardentes in recipiente apto, puta illo, quo utuntur physici ad experimenta Machinae Guerikiana immittantur, ut flamma extincta, insigniter fument, atque volucria animalia intus occludantur, carotica fieri, omnique fere sensu motuque privari haud injucundo spectaculo deprehensum est. Mirum autem quædam alto sopore detenta in aere libero, & aperto in aquam frigidam immerita ab eodem excitari. Neque desunt exempla eorum qui integre valentes a solo accensorum carbonum fumo intra angustum cubicule concluso affectibus apoplectis soporosis, & similibus correpti sunt. Ita Cæfarem Jovinianum fumo carbonum in conclavi mortuum esse testatur Eutropius, & Cellarius in notis ad lib. 10. cap. 10. item Galenus lib. 7. de usu partium cap. 8. Plures historias vide in Marcello Donato *histor. memorab.* pag. 107. Velschio in *sylloge curation.* & *observatio. inter. Rhumelinas obs.* 54. Solenandri consiliis sect. 5., Foresto lib. 4. obs. 4. Chesneau *obs. lib.* 1. Amato Lusitano cent. 7. curat. 33. Cælio Aureliano lib. 2. cap. 10. *Histor. Reg. Sc. Ac. Par.* an. 1710. Loffio in *obser. lib.* 1. cap. 4. obs. 2., *Lancisio de subitan. morti. lib.* 1. cap. 4. obs. 2. Ramazzini in supplemento diatribes de morb. artificum, quorum meminit Frid. Hoffmannus M. S. T. 2. cap. 9. ut mittam quæ in eodem legi possunt de noxa carbonum accensorum, qui quam plurimis etiam exemplis ex Livio, Plutarcho, Hieronymo eamdem confirmat, ut nullus hac de re superius dubitandi locus.

Umbram nucum juglandium cum humano capiti, tum stirpis omnibus juxta satis infestam nonnulli pronuntiare ausi sunt. Hinc a græcis Κέρπη dicitur volunt, quod Κέρπη, id est caput sua umbra lœdant. Atque hinc est quod in hortis, & agris extremis partibus locatur ac plantatur: unde versus:

*Me, sata ne lœdam, quoniam sata lœdere dico,*

*Cultus in extremo margine fundus habet.*

Quamquam decubitu sub hac arbore nonnullis caput gravari experientia comprobatum est, id tamen a graveolentibus halitibus ex foliis arboris emanantibus provenire, Jo. Rayus aliquie testati sunt.

*Nux Vomica* ab Arabibus inter alexipharmacum recensetur, unde electuarium de ovo ingreditur. Et Wepfferus refert se ipsum peste correptum electuarium de ovo portiunculam non solum innoxie, sed felici cum successu sumpsiisse. At vero si quid sentio, nunquam eodem cum Celso utendum traderem. Narcotico enim sulphure foeta est nux vomica, quod animalia certissime necat, hominibus vero infensissimum est, unde soporosi effectus, interdum mors ipsa subficitur. Id quod Matthioli in com. ad Dioscorid. libr. 4. cap. 73. Fallop. i. tract. de tumoribus preternaturalibus cap. 27. Antonii de Heyde *obs. cent.*

50. laudati Wepfferi tract. de cicut. aquat., Geoffroii Mat. Med. p. 12. de nuc. Vomic. observationibus compertum est. Quamobrem Cl. Hoffmannus lib. 2. de medicament. officin. ab electuario de ovo propter nucem vomicam abstinentem esse tradidit, ut liquet etiam ex Cratone lib. 1. de peste ejusque epist. med. ad Camerarium lib. 5. Qui plura cupit adeat Cl. Sennertum lib. 6. part. 7. cap. 20. qui de nuce vomica, ejusque effectibus, & symptomatibus ab ejus usu prodeuntibus diligentissime scripti.

*Hydrargyri aliorumque fossilem locorumque diu clausorum halitus.* ] Fossores atque artifices hydrargyri licet robustissimi fuerint temperamenti, in hoc opere vix quadriennium vivere incolumes, sed vel Caro aliisque soporosis affectibus corripit, vel tremore, & paralyse manuum misellos mori compertum est. De his legi meretur Ramazzinus de morb. artific. & Hoffmannus Metallurg. morbis., qui unus instar omnium noxam Mineralium, metallorumque exhalationum exposuit, atque observationibus prope innumerabilibus virorum praestantissimorum rum confirmavit. Sed erunt moletti quidam qui a nobis querent, qua potissimum ratione Opium, Crocus, aliaque recensita corpora, atque eorumdem effluvia Carum inducant. Quo loco quæstio occurrit perdifficilis, quæque Veterum, & Recentiorum Medicorum ingenia plurimum torcit. Mitto Veterum opinionem, qui cum narcotica medicamenta frigida esse existimaverint, ob id potissimum soporem inducere voluerunt, quod universa sanguinis massa mirum in modum refrigeretur, fumi frigi in cerebrum eleventur, quibus ejusdem pori constipentur, unde spirituum secretio, ac diffusio in universas corporis partes inhibeatur. Sennertus enim adeo firmis eam confutavit argumentis, ut nullus supersit dicendi locus. Opium inter Narcotica Medicamenta principem obtinere locum manifestares est. Frigidissimum idcirco Veteres prætendebant. Si tamen ejus sapor, odor, effectus, qui ab ejusdem usu nascuntur, resolutione chymica ad trutinam, ut ajunt, revocentur, tantum abest, ut frigidum dici possit, ut inter calida primatum fere obtinere videatur. Odor ei virosus, graveolens est, sapor amarus, acris; quæ graveolentia sunt, quæ acria, amara, calida, seu particulis volatilibus donari extra omnem dubitationis aleam positum est: externe adhibitum frigidisque tumoribus admotum incidit eosdem, resolvit, discutit, pruritum in cute excitat, interdum exulcerat, & in vesiculos eamdem attollit, atque alia id genus symptomata progrediunt. Equis a frigido corpore fieri haec posse putet? Analysis opii instituta præstantiores Chymici multum salis volatilis urinosi in eodem deprehenderunt. Alii quidem cum Cl. Pitcarnio solum prætendunt, alii vero unitum sali acido, & quidem potenti, atque vulgarissimo experimento opinionem suam confirmant. Si enim solutio opii in Heliotropi tinturam affundatur, calorem rubrum, igneum huic conciliat, acidi præsentia indicio manifestissimo. Idque Pitcarnius, Boyleus, atque Hombergius facile concedunt. Ex sale cum acido, tum alchali & oleo simul arte unitis compositum exsurgere volunt resinosum, & gumosum, quod igne inflammabile est, & summæ raritatis capax. Quæ omnia an frigidum opium evincant alii viderint. Opium sequitur nux moschata, crocus &c. Si nucis moschatae odorem aromaticum gratum, saporem acrem aromaticum consideremus, sulphure turgere ambigendum non est. Turgere multo magis simili sulphure trocum nemo inficiabitur, qui odorem peculiarem, jucundum, acrem, aromaticum, subtilem, & late spirantem, oculos nonnihil mordicantem, saporem amarissimum eidem inesse deprehenderit. Id porro experimentis compertum habuerunt Chymici. Quid plura? Sulphur atque oleum cum tenue, tum crassum divisibilitatis, rarefactionis, atque expansionis capax continent Hyosciamus, Mandragora, Vinum, aliisque liquores fermentescentes, carbones accensi, & alia hujuscemodi. Quæ quidem omnia protenso quasi digito commonstrant propter frigi-

frigiditatem somnum inducere nulla ratione posse. Mirum supra laudatum Sententum, qui pro Galenistis acerrime pugnavit, adversus eosdem tandem tulisse, nihil in medica facultate pernicioius esse, quam omnes morbos quatuor qualitatibus velle explicare. Explosa Veterum sententia, aliam invexerunt Recentiores, existimantes vim soporiferam a sulphure pendere; atque hi quidem in diversas iverunt opiniones. Sunt enim qui volunt sulphur graveolens narcoticorum, atque adustum spiritibus animalibus, qui summe tenues ac volatiles sunt, infestissimum esse, eosdemque vel solo odore, & halitu opprimere atque enecare. Ita fere Willisi, Verum ne is quidem questionem fugit, & difficultates. Quotiescumque enim enecentur spiritus, summam sequi debere virium prolationem, ac debilitatem nemo non videt. Opium autem, ut observationibus compertum est, contrarios omnino effectus edit: Siquidem debita dosi exhibitum animum ad hilaritatem promovet, quemadmodum fit ex modica vini generosi potatione, curas, & molestias abigit, animum ad sua munia obeunda alacriorem, ac vegetiorem reddit, unde audacia, seu fortitudo, magnanimitas, & periculorum contemptus ut plurimum sequuntur. Eam ob rem Turcae ampla ejus dosi sepe ad praelium accingunt. Si larga dosi hauriatur, in cuto ruborem, & levem pruritum excitat, semen auget, & venereum appetitum stimulat, quae an a sulphure narcoticorum spiritus profligante, atque enecante praestari possint, lippis, ac tonsoribus judicandum relinquo.

Hisce fere rationum momentis utitur Cl. Rolfinkius ad opinionem hancce confutandam. Mitto illorum sententiam, qui narcoticorum sulphur somnum inducere existimarunt propter ramosas partes, quae hamorum, ac laqueorum ad instar spiritus animales irretiant, tardos ad motum reddant, unde flaccescentibus nervis Animal in somnum delabitur, atque illorum, qui voluerunt sulphur insigni qua pollet aciditate spiritus quos alchalinæ naturæ faciunt, figere, cogere, & in neutram naturam convertere. (Siquidem spiritus salis armoniaci, qui alchalinus, & volatilis est, si cum spiritu vini commisceatur, qui insigni aciditate praestat, compactum quoddam corpus exsurgere, quod medium naturam induit, experimento Cl. Helmonti compertum est.) Hos enim irrident, qui spiritus animales aereo-aetherae lucidae, aut similis naturæ esse posse negant, aut spirituosis liquoribus arte chymica paratis comparari, quippe ut ait Hoffmannus, qui lucis, ignis, aetheris, & aeris proprietates perspectas habeat, is facile judicabit, ejusmodi fluidum a sanguine per canales tenuissimos, ac summe exquisitos neque secerni posse, neque iisdem contineri, qui vero horum liquorum proprietates spectet, is facile deprehendet eas a fluidi nervei proprietatis longe alienissimas esse. Hodie maxime illustris est Cl. Friderici Hoffmanni opinio *dissert. phys. med. chym. dis. 16.* aliorumque existimantium narcoticorum sulphur, quod igne inflammabile est, ac summae raritatis capax, ubi ad massam sanguinis pervenit, a spirituosis sanguinis partibus in motum agi, cum sulphureis arte simul uniri, ac commisceri, eisdem attenuare, dividere, siveque totam sanguinis massam majorem in modum dissolvere, expandere, rarefacere, rarefactum sanguinem per vasa cerebri permeantem arteriolas distendere, distentas arteriolas, & majus spatium occupantes nerveos canales intertextos comprehendere plus minus, unde minorem fieri spirituum animalium secretionem contingit, eisque per nervos in universum corpus diffundi, membra flaccescere, atque Animal in somnum labi. Atque id quidem diligenter tenent, & observationibus comprobant. Pulsus magnus, elatus, mollis tamen, & infrequens, facies turmidior cum rubore, calor per universum corpus diffusus, fluiditas sanguinis eorum, qui opio assidue utuntur, maxime Turcarum, & Indorum in præliis occisorum, qui post unum alterumque diem æque fluidus dimanat, ac si novis-

novissime fuissent enecati, certissima dissolutionis ac rarefactionis sanguinis præbent argumenta. Apertis cadaveribus ob nimiam narcoticorum dosim interemptis, vasa cerebri mirifice distenta observantur, indicio satis manifesto rarefactionis sanguinis, atque abhinc prodeuntis glandularum cerebri compressionis. Ingeniosa quidem arduæ questionis solutio, quæ tamen difficultates omnes, ut de cæteris dictum est, non fugit. Illud enim arduum, atque insolens explicari est, quomodo hac posita narcoticorum operandi ratione, haemorrhagiae ab æstuante sanguine sistantur. Quid est enim cur a rarefcente magis, magisque sanguine non disruptantur magis, magisque vasa sanguifera, atque idem pleniori flumine effundatur?

Sentio jam languescentem solidarum partium tonum in medium ferri, quo sit, ut fluida minore vi per vasa corporis moveantur, unde subsistere fere contingit, minore quantitate ad affectam partem affluere, atque e disruptis vasis effundi. Verum præterquamquod vereor ne hæc cum solutione sanguinis coniungi possint, illud præterea accedit ab aliis narcoticis, quæ simili sulphure sunt turgida, non solum haemorrhagias non imminui, ac sisti, sed majorem in modum augeri. Hujusmodi sunt Crocus, Nux moschata, Vinitum, & alia hujusmodi. Ecquis sputo sanguinis, haemorrhagia ab utero, vel simili immodica evacuatione laboranti Crocum, Meracum liberaliter hauriendum prescribat? Nemo ignorat in mensum suppressionibus, in cachexiis, Cholorosibus, viscerum obstructionibus adhibitum Crocum cum grano salis sumnum attenuans, incidens, deobstruens esse. Qui baccho abutuntur in haemorrhagias maxime proclives esse manifesta res est. Quid plura? Galenus lib. 3. de simp. Med. facul. cap. 19. vinum calidum, vetus, generosum, polyphorum præsentissimum opio sumpto remedium esse docet. Dioscorides lib. 6. cap. de Meconio, & Opio, ubi plura ad assumptum opium commemorat, Merum cum absyntio, aut cinnamomo miris laudibus extollit. Eadem fere observationes & Rondeletius, & Grevinus aliique habuerunt. Ex quibus liquido constare arbitror opii vim a rarefientibus, ac dissolventibus corporibus profligari penitus, vel majorem in modum imminui. Imminui autem quotidie experimur eas præparations in usum vocantes, quæ maximam partem ex aromatibus, ac volatilebus corporibus componuntur, quæ si ea dosi exhibentur ad somnum conciliandum, doloresque sedandos, ut granum e. gr. unum opii contineant, multo debilius, atque imbecillius agere, quam si grani dimidium simplex exhibeat compertum est. Quæ cum ita sint, citra ullius erroris suspicionem ita concludi posse videtur. Si narcotica medicamenta vi sulphuris rarefientis, ac dissolventis sanguinem operarentur, tunc maxime eorum vim intendi oporteret, cum aromata tenui, ac volatile sulphure turgida eisdem adduntur; atqui imminui eamdem videmus, ergo narcotica medicamenta vi sulphuris rarefientis sanguinem minime operantur. Adde experimentis a Cl. Stancario in com. A. Bon. institutis deprehensum esse opiate maxime sanguinis ferum aggredi, & ad concregendum disponere. Semen enim hyoscyami, papaveris, & paullum Opii cum sanguini recenter e vena extracto affudisset, observavit statim magnam vim sanguinis a fero secretam esse, altera vero die multo majorem vim seru apparuisse a sanguine secretam, eamque poene totam in gelatinam concrevisse intar Cornu cervi, vel etiam concreti illius, quod in sanguine illorum, qui pleuritide affecti sunt, solet observari, superficie ejus universa quadam quasi membrana obducta, quæ cultri anatomici, vel acutissimi aciem posset effugere. Reliquo sanguinis in quodam vase adservato eo consilio, ut hujus cum illo comparatione, quæ in sanguine mutatio sequuta esset, appareret, nihil ei simile accidisse deprehendit: indicio manifestissimo constitutionem illam seru ad polyposam fere accedenter ex opiatis medicamentis exortam. Si quam muta-

mutationem, atque alterationem efficiunt ejusmodi medicamenta in sanguine e vena recenter extracto, eamdem faciunt in sanguine per venas excurrente si intus sumantur, corrue illorum sententiam, qui somnum a rarefactione sanguinis repetunt nemo est qui non videat. Id autem evenire verosimillimum videtur, cum & haemorrhagiae sanguinis egregie sistantur, & apertis cadaveribus ob nimiam narcoticorum dolim peremptis vasa cerebri misericorde distenta obseruentur, sed sanguine congrumato existente. V. Lentilius in *med. pract.* & Joach. Curae lib. 2. de sensu. Hactenus quæstionem tractavimus implicatissimam non afferentes quidem neque intelligi, neque explicari posse qua ratione narcotica medicamenta operentur, sed illud solum probantes suas quamque hypothesis habere difficultates quæ difficillime declinari possunt. Quo loco silentio prætereundum non est sapienter admodum sensisse Sennertum, qui narcotica medicamenta specifica, & occulta vi agere arbitratus est. In cuius sententiam quid est tandem, cur pedibus uno foedere inito non eamus hodie, dummodo per specificam, & occultam vim intelligamus complexum omnium qualitatum, quæ narcoticorum propriæ sunt, & per quas ab omnibus aliis differunt rebus? Cum nempe complexus harum qualitatum, seu magnitudo, figura, contextus, & proportio elementorum, unde eadem qualitates pendent, constituant eorumdem essentiam, ac substantiam, haud multum a ratione aberrare videatur, qui vim narcoticorum a specifica illorum proprietate, & substantia proficiunt affirmet. Cum demum magnitudo, figura, contextus, & proportio eorumdem elementorum Philosophis, & Medicis sint ignota, quid vetat, quominus dicatur, vim eorum soporiferam a specifica, & occulta proprietate, & substantia proficiunt? Si id in tanta medicinæ claritate, ac splendore minus arrideat, quidni liceat conjectare alia narcotica soporem inducere, quod sanguinem, ac materiam proximam spirituum figant, & cogant (sive id contingat, quod eorum sulphur ramosas cum habeat particulas, spiritus animales valde volatiles, ac tenues tamquam hamis, & laqueis irretiat, ut placuit Cartesio, siue quod acidum cum sit, ac spiritibus, qui alchalinæ naturæ creduntur sociatum, concrecant simul in medium quoddam compactum corpus, ut chymici volunt, sive demum, quod utrorumque facies, & plana sic sibi mutuo congruant, ut nimio plus se contingant, ac moleculæ lentiores fiant tardioresque, ut Mechanici putant, non decernimus) alia, quod sanguinem rarefaciant, unde comprimant ductus, atque emissaria spirituum separationi destinata, aliaque ob utramque causam, alia demum, quod peculiare in nervos tubulos vitium inducant? Primi generis sunt semina multa, inter quæ frigida majora, minora, & ex his paratæ emulsiones, quorum oleum probe adeo farinoso principio unitum est, ut vix percipi queat. Hæc sequuntur papaver, & ex eo deprompta medicamenta, quæ sulphure a reliquis principiis magis expedito donantur, unde maiore etiam vi pollent. Inter hæc principem obtinet locum Opium, succus videlicet ex vulneratis papaveris albi capitibus stillans, quod sulphure maxime abundant, hinc est soporiferam facultatem cæteris omnibus præstantem fortitum esse.

Si consideremus Nucem moschatam ciborum concoctionem juvare, bilis actionem promovere, viscera roborare, sanguinis motum augere, in catharris, & frigidis nervorum affectionibus plurimum conducere, ut non desint, qui cum Et-mullero ad paralyticam partium deglutitioni infervientum masticatam, & deglutitam commendent; Si Crocus aperit, digerit, resolvit, spiritus recreat, unde cordialis dicitur, & in syncope, palpitatione cordis, & adversus venena praescribitur, difficilem ciborum concoctionem juvat, pulmones a materia lenta, & difficiili liberat, hepatis obstructions resolvit, menses movet, foetus pellit, vim figendi, cogendique spiritui tribui eisdem non posse luce clarius apparent.

Reli-

Reliquum est igitur, ut exsolvendo nimis massam sanguinis, & rarefaciendo operentur. Si quis intra cubile degat, in quo fumus sit carbonum ardentiū omni ex parte coercitus, ejus faciem, atque oculos rubore videmus, venas turgere, universum corpus tumere, angi pectore, ac suffocationis sensum percipere. Haud igitur multum a veritate aberrare videatur, qui affirmet, ab inspirato aere igneis particulis imprægnato rarefieri, atque expandi plus æquo massam sanguinis, vasa sanguifera in aëre in modum distendi, glandulas, ductus, atque emissaria cerebri comprimi, & spirituum animalium influxum prohiberi in partes, hinc Animal in somnum labi. Notum est ex vini generosi, & liquorum fermentatione confectionum potu sanguinem plurimum incalescere, venas tumere, motum cordis vegetorem fieri. Quid est cur soporem abhinc prodeunt a rarefactione sanguinis cerebri glandulas, ac ductus comprimentis primum fieri non dicamus, postquam vero exhalatæ fuerint partes volatiles, sulphureæ, spiritoſæ, salinis, acidis, & terreis remanentibus, ex eo potissimum quod sanguis, ac spiritus figurant coganturque? Virium debilitas, inertia ad motum, morbi a crastis, lenta, ac difficiili materia, qui ab immodico vini, & liquorum acidorum enascuntur, id manifesto evincunt. Nihil tandem vetat, quominus a nonnullis effluviis, atque halitibus e fodinis Mineralium, e locis diu clausis, e cloacis, vel e corporibus quibusdam foetidissimis emanantibus membranam Schneidherianam primum, quæ exquisitissimo sensu pollet, tum membranas cerebri convelli dicamus, distorqueri, aut simili alia ratione affici qua opus est ad spirituum animalium in organa sensibus externis, & motibus a voluntate pendentibus dicata, ab his in cerebrum liberum excusum præpediendum. Quæ cum ita sint, liquido constat pluribus de causis Animal in somnum delabi posse, & si vehementius operentur, in Carum.

*Accessiones febrium intermittentium; quæ pernicioſæ vocantur.* ] De febribus intermittentibus, quæ pernicioſæ vocantur, adeo egregie tractavit Ludovicus Mercatus, ut nullus supra. (V. lib. 6. de febribus) Uverhof quoque de hisce febribus egit nomine febrium intermittentium soporosarum, & apoplecticarum. Richardus Mortonus exercitat. prima de febribus cap. 9. titulo de proteiformi intermittentis febris genio. Franciscus derum Torti in therapeutica speciali ad febres periodicas pernicioſas lib. 3. &c. Istarum febrium accessionibus conjungitur Carus, eo quod materia febrilis lentissima est, ac difficillima, ideoque una cum sanguine circulationem efficiens cum ad vasa capillaria universæ peripheriæ corporis subsistit, & frigus immodicum excitat, tum in valis cerebri hærens, atque intertexitorum nervorum ostiola premens spirituum secretionem, ac derivationem in nervos prohibet, hinc Carus. Repetitis cordis, & arteriarum ictibus solvi tandem sanguinem contingit, & cerebri vasa ab infarctu, atque distentione liberari, restitui denuo liberum a cerebro in partes, & ab his ad cerebrum eorumdem excusum, atque Animal a profundo somno excitari. Sed plura ubi de febribus.

*Huc causæ singulæ & universæ apoplexia remissius operantes, præsertim ictus &c.* ] Quotiescumque causæ apoplexiæ remissius operantur, spirituum animalium excusum a Cerebro ad partes, a partibus ad cerebrum non intercipiunt quidem, sed plurimum tantum imminunt, hinc Carus subsequitur. Compressiōnem factam a Chirurgo, qui perforavit cranium, & membranam cerebrum ambientem inter soporosorum affectum causas recenset Galenus; ac Mercurialis in prælect. Bat. p. 22. ex importuna perforatione cranii a Chirurgo vulneratum quemdam statim Caroticum factum fuisse testatur.

*IX. Signa sunt profundissimus somnus ægrum subito invadens, a quo non nisi magno clamore &c.* ] Ex eo potissimum quod Carus, non secus ac Apoplexia subito hominem invadat, atque ipsum ad instar profundissimi somni obruat,

Tom. I.

H

Apo-

Apoplexia quædam levis, & primus quasi ad eamdem gradus appellari solet. Singula autem Cari symptomata per languescentem, ac fere interceptum motum spirituum animalium commodissime explicari manifestius quidem est, quam ut ullis rationibus possit comprobari. Deficiente nimurum spirituum secretione, atque eorumdem in nervos derivatione necessaria ad tot reflexiones pressionum, occlusionumque superandas, sensus externos, atque internos, motusque a voluntate pendentes cessare necessum est. Forti clamore spiritus refluere contingit in organa auditus, acus punctura in membra, hinc nonnihil excitatur æger, clamorem, ac puncturam persentientis oculos aperit, puncta membra contrahit, sed neque medullares cerebri fibræ ita sunt constitutæ, ut certæ quædam motiones ad alicujus rei meditationem necessariæ excitentur, hinc interrogatus non respondet, musculi five palpebras attollentes, five membrorum motui inservientes diu in contractione permanere non possunt, hinc denuo oculorum occlusio, membrorum resolutio, demum sopor.

*Respirat liber, non stertit, febre caret nisi in accessionibus febrium pernicioſarum &c.]* Cur in apoplexia levi libere respiret Animal ostendimus cap. I. de apopl. com. in aph. 8. Nempe solas cerebri fibras affici diximus, non Cerebelli, spirituum animalium a cerebro, non a cerebello motum in partes intercipi. Cum autem a Cerebello originem mutuentur nervi, qui naturalibus motibus inserviunt, spiritus animales per eosdem perpetuo fluere contingit; hinc motum cordis, ac respirationem non solum perturbari, sed lentiori, profundiorem, & æquabiliorem fieri.

Quod Carotici febre careant facit potissimum ea ratio, quia a causis extrinsecus advenientibus, atque extra sanguinem Carus progignitur, immodo nempe Opii, Nucis moschatæ, Croci, Hyosciami, Mandragoræ usq., ac similibus causis, quæ licet Cerebrum afficiant, ac spirituum animalium motum liberum in partes prohibeant, circulationem tamen sanguinis, motumque cordis minime perturbant, hinc nulla febris, nisi in accessionibus febrium pernicioſarum exoriatur, quo casu febris causa morbi est, non effectus.

*X. In Caro a narcoticis preponere adhibitis &c. frictiones, & cœurbitulae siccæ, clisteres acres &c.]* Carum non morbum primarium, sed ab exterioribus causis productum, aut morbi alterius symptomæ esse demonstratum cum sit, ad easdem tanquam illas, quæ in curatione principem obtinent locum, respicendum esse manifestum est. Cum igitur ab halitibus, atque effluviis e quibusdam corporibus exhalantibus morbus exoritur, nihil aliud praestandum est, quam ut torpentibus spiritibus calcar addatur, laxataque, ac collabentes nerveæ partes erigantur, tendanturque. Id porro efficiunt ea remedia, quæ asperum sensum, atque dolorem inducendo universum nervorum genus percellunt, omnesque partes in reciproco motu constrictio, & relaxationis excitant. Ejusmodi sunt frictiones asperæ, & cœurbitulae siccæ, præ ceteris vero Clysteres acres, quibus cum nerveæ intestinorum fibræ, tum maxime cerebrum nervorum origo in validiores contractiones agitur, unde torpentes spiritus refluere libere contingit, atque altum profundumque somnum profligari.

*Affuso aquæ frigidæ in caput.]* Aqua frigida uti in morbis a laxo oriundis Methodicis olim solempne fuit. Cum enim duplex morborum genus facerent, alterum quod ab adstringente, alterum quod a laxitate oriatur, duas ipsis indicationes adimplendæ occurrebant, laxandi quod adstringendum est, & quod laxum est adstringendi. Vim porro adstringendi maximam aquæ frigidæ inesse putabant, eamque, ubi res, & occasio ferebat, cum intrinsecus, tum extrinsecus adhibebant. Quam methodum oblivioni fere per saecula traditam in lucem denuo produxerunt maxime illustres Medici, quos Neapolitani præsertim aliquie

novi-

novitatis amore illecti adeo sequuti sunt, ut aquæ frigidæ usum non certis tantum finibus coercere contenti fuerint, sed omnium fere morborum, quæcumque fuerit illorum causa, Medicinam fecerint. Quem morem nostris hisce temporibus vigentem ut cum maxime miror cur medicinæ proceres uno fædere inito altiore voce non damment, & e medio, quantum illis fas est, aliquando non tollant. Quis enim vel e medicinæ tyronibus nesciat varia inde, & gravia in ægros detrimenta emanare? Affusionem aquæ frigidæ in caput ad soporem profligandum valere plurimum ultra quam quod experimentis, & observationibus compertum est, ratio præterea eisdem ducta confirmat. Frigore etiæ percelli mirum in modum nervosas partes contingit, torquentibus vero spiritibus calcar addi. Eodem fere res recidet, si dicas membranas cerebri, cum fuerint minus ad oscillandum paratae, affusa aqua frigida, tendi, atque obrigescere, spiritus vero ad fluendum ineptos in motum adigi, atque Animal a profundo somno excitari.

*XI. Acetum tamen cum naribus admotum, tum intus propinatum &c.]* Spiritus cuiusdam dives est acetum tante subtilitatis, tenuitatisque, ut poros omnes quantumvis minimos, ac recessus pervadat quam expeditissime, nihilque offendere possit, quod ipsum a fluentio retardet. In medullares usque cerebri fibras, & appensos nervos se infinuat nullo virium suarum detimento, quaquaversum se se diffundens per angustissimos nervorum tubulos, torquentibus spiritibus viam sternit, & in motum concitat, quo fit, ut laxatae partes vigorantur, tendanturque, interceptus in organa sensibus externis, motibusque a voluntate pendentibus dicata influxus spirituum restituatur, atque Animal a sopore excitetur. Mirum acetum ebrietati adeo esse contrarium, ut cum spiritus Vini fermentatione confecti, unicum fere sit temulentiam quod concitat, aceti spiritus eamdem jam citam domet (V. Boerhaav. Op. Chem. p. 2. proc. 50.) Quod sine admiratione accipi solet ab iis, qui subtiliorem Chemiam aggressi, sic persæpe mutari medicamentorum vires variis præparationibus, ut contrarium omnino naturam induant, edociti fuerunt. Quid quod ex aceti destillatione ne vestigium quidem Alcoholis remaneat in magna ipsius copia, nihil Tartari, sed volatilia omnia pauca parte excepta? Ex his acetum differre tota natura non solum a vino, sed ab acidis quibuscumque notis colligit laudatus Boerhaav. Ch. p. 2. pr. 51. Hinc est quæcumque acida sero sanguinis affusa, idem cogere, ac figere spiritu aceti excepto. Quæ cum ita sint, quid est cur pretiosis Chymiatrorum remedii multo pretio comparandis utamur adversus Carum? An sales volatiles, an spiritus quilibet volatilissimi alchalinæ aceto pares habent vires?

Id quidem non facile concederim, quidquid aliis videatur, qui miris laudibus extollunt spiritum salis armoniaci, aliosque similes liquores, licet haud inficias ire ausim firmis rationum momentis suam opinionem confirmare. Cum enim spiritus salis armoniaci cum spiritu vini prompte coagulari deprehenderint, simile omnino evenire in Caro ab ebrietate opinantur, coagulari nimurum cum spiritu salis armoniaci, atque in neutrâ naturam converti vini spiritum, qui cum acidissimus sit, spiritus animales cogit, ac figit, fieri hinc ut iidem influant in organa sensibus externis, motibusque voluntariis dicata, & æger ab alto sopore excitetur. Ne autem concedam facit ea ratio, quod hujuscemodi spiritus efficaciam, licet non semel usus fuerit, nondum deprehendere potui, cum aceti vires mirabiles plane noverim. Quam sæpe pompa, & ambitio nos ducit ad eligenda remedia rariora, ea negligentes, quæ familiaria nobis sunt? Quam in rem apte cadit quod tradit Democritus, ut notat Cicero de Divinit.

*Quod est ante pedes nemo spectat,*  
*Celi scrutantur plagas.*

XII. *Ubi accessiones febrium intermittentium pernicioſarum &c. Quinquime quam citifime &c.*] De tempore quo China China in febribus intermittentibus fit exhibenda lis est inter medicos longe gravissima. Nonnulli cum Sebastiano Baldo *ana. corti. peruvian.* cap. 21. Mortono *exercitatione prim. de feb.* cap. 5. Uverhof *observat. de febr. sett. 4. de præcavendis, & præcavendis febrium recidivis*, Zendrino in libr. *trattato della China*, post primam, aut secundam accessionem exhibendam esse Chin. sustinent, ut quam celeriter febris debelletur, ac venienti morbo occuratur. Si Sydenhamum, (quem quis non audiat?) audi-  
mus; *curandum esse*, ait, *ante omnia, ne premature nimis cortex ingeratur, ante quam scilicet morbus suo se marte aliquantisper protriverit; nisi collabentes, & jam fracta vires eundem temporius suggerendum esse dictaverint*. Ex quibus liquet in ea esse sententia ut credat non prius exhibendam esse Chin. Chin. quam elapsa fuerint aliquot accessiones, ab aliis tam dissentire, quam qui maxime. Cum Sydenhamo assentiantur aliqua ex parte Franciscus Torti, hære coguntur qui nondum ulteriore præsumunt. Ne diutius quam par est hacce in quæſtione imparemur, animadvertisendum est perniciſam febrem cum dici-  
mus, febrem intelligere, quæ citifime ægros in summum vitæ discriamen ad-  
ducit, præcipue novo invadente paroxysmo, quo cum gravissima ſymptomata con-  
junguntur, Cholera scilicet, Dysenteria, Vomitus atræ bilis, Cardialgia, Syn-  
cope, vel, quod frequentifime ſuccedit, Carus, ut præ cæteris ostendit citatus Torti. Cum igitur uſu Chi. Chi. cito, & larga manu exhibitæ extingueret penitus eamdem valeamus, vel faltem præcavere ne novus paroxysmus enormibus, horrendisque ſymptomatis ſtipatus, recurrat, ecquis non videt ad eamdem pothabitis aliis omnibus remedii quamcitifime configiendum eſſe? Quod ad Sydenhamum attinet, aliosque qui putant elapsis aliquot accessionibus Chin. Chin. eſſe præſerbiendam, quidni liceat coniectare de febribus benignis, quæque nullum adjunctum habent ſymptoma, quod aut gravitatem morbi portendant, & ingens vitium humorum, aut decubitum materiae morbi in aliquod viscus magni uſus, verbo dixerim, de illis quæ omni periculo vacant loquutos fuiffe? Si ita res habet, ab illis sumus. Sunt vero, & alia febres, quas Hippocrates, & Galenus depuratorias vocarunt, multorum morborum remedium, & medici-  
na. Pravi enim humores, quibus ægri ante morbum infecti erant, concoquuntur, & qua data porta per emifaria corporis foras eliminantur. In hisce porro ſta-  
tum concoctionis indicia apparent, quæ brevitatem morbi portendunt. Si vix, ac ne vix quidem post plures accessiones ad Chin. Chin. configias in hujusmo-  
di febribus parum, aut nihil intereft, cura ſponte definant, ceſtantibus vero ægri melius quam ante ſe habeant. Sed hæc haſtenus de Caro.

XV. *Et Lethargus profundissima ſomni species cum febre &c.*] Lethargus, qui lethargia, latine Veterus, ſeu ut Celſo placet, inexpugnabilis dormiendi ne-  
cessitas, & coma ſomnolentum, ſeu cataphora, ſubeta Avic. adeo affines ſunt morbi, ut gradu tantum differant inter ſe. Dicitur *profundissima ſomni species cum febre*, quæ in comate ſomnolento, vel nulla eſt, vel adeo exigua, ut pro nulla haberi poſſit, delirio, & memoria amissa, quæ in comate ſervatur. De cauſa hujuscemorbi proxima vix ulla dicenda erant, cum ex dictis de comate vigili, & Caro erui commode poſſet. Eam nimurum eſſe oſtentimus languen-  
tē, ac fere interceptum motum ſpirituum animalium ad organa ſenui, & motui voluntario dicata, & ab his ad cerebrum excuſum ab exterioribus cauſis, vel ab alio morbo productum. In hoc discriamen ſitum eſſe aliquod vide-  
tur, quod cauſæ remota a vitio ſanguinis, humorumque repetendæ ſunt, & primo.

XVI. *A redundantia humoris aquei, ſerofī &c.*] Quotiescumque adſit humoris aquei,

auei, ſerofique copia, ac fibræ cerebri flaccescant, manifestum eſt non eam ſpirituū copiam ſecerni poſſe, vel non illius eſſe efficacia, quæ ad nervos in-  
flando, ac tendendos ſufficiat: hinc eſt Animal in profundum ſoporem delabi. Adeſſe autem in Lethargo observationibus præstantiſſimorum Anatomicorum com-  
pertum eſt, præ cæteris Williſi lib. de ani. brutor. qui in quodam poſt cepha-  
lalgiam diurnam ex Lethargo demortuo cerebri anfractus tam exteriores, quam cavitatem internam aqua limpida impletam invenit: & cap. 9. de para-  
lyſi qui in pueri trium annorum ex ophthalmia, & exanthematibus facie ſo-  
poroſo, & cæco faſto ſub meningibus inſignem lymphæ ſtagnantis copiam in-  
venit, qui ventriculos, ac thalamos opticos implendo, comprimendoque cæci-  
tatem procreavit. Niſi peccet medullarium fibrarum cerebri atonia, ſufficit, ut  
materia lenta, ac diſſiſilis, vel ſanguinis crassus, viſcidusque cerebri glandulas obſtruat. Hisce enim obſtructis neque ſpirituum animalium ſecretionem, neque earumdem derivationem in partes haberi poſſe adeo maniſta res eſt, ut mani-  
festior ſit nulla.

XVII. *Cauſæ antecedentes, & externe ſunt ciborum, potum, & rerum frigi-  
darum abuſus &c.*] Quæcumque ſerofis, lentiſ, ac diſſiſilis humoribus pro-  
gignendis, vel ſanguini cogendo ſigendoque apta exiſtunt, ambigendum non eſt,  
ea Lethargo producendo opportunissima exiſtere. Primi generis ſunt cibi, & po-  
tus rerum frigidarum, aer paluſtris, locorum humidorum incolatus, ætas ſeni-  
lis, puerilis. Si de immodico vini uſu ſermo fit, cum præter ſulphureas, tartar-  
reas, acidifaque partes contineat, illud fit, ut illis exhalantibus, hæc in ſan-  
guinem congerantur, atque ejusdem crassitatem, lentoremque progignant, ſolidarum  
vero partium totum plurimum imminuant. Idem plane de immodica Ve-  
nere dictum velim, ut etiam cap. 1. de apopl. com. in aph. 6. demonstratum  
eſt; hinc recte Poeta ille, qui Apollinem Medicorum aequæ, ac Poetarum pa-  
rentem agnoscit, ait:

*Ut Venus enervat vires, ſic copia Bacchi  
Et tentat gressus, debilitatque pedes.*

*Corporis ſegnities, vel immoderata exercitia.*] Utilitates moderati exercitii per-  
ſtrinxit Hippocrates in quibus: *Labor articulis, & carnis confert, cibus vero, & ſomnus viſceribus.* Carnes enim, & muſculosas partes per exercitia confoli-  
dari, & validiores fieri docuerat Hippocrates in lib. 2. de diat. obſervans,  
quod pilces undas verberantes, ac laboribus affueti ſolidorem carnem habent.  
*Labor enim, inquit, ſiccatur, & robustum corpus facit.* Cum igitur Muſculi in  
iis, qui otiosam, & ſedentariam agunt vitam, exceptis iis, qui respirationi in-  
ſerviunt, ferientur, ſequitur ſanguinem lente moveri per vasa corporis, præſertim  
minima, ac ceſſante alterna Muſculorum conſtrictione, & relaxatione, eumdem  
vix, ac ne vix quidem atteri, fundi, attenuari, ſulphureas ſubtilioresque ſanguini-  
nes partes minime exfolvi, hinc totam maſſam refrigerari, crassis, diſſiſilis  
mucoſisque quifquiliis onuſtam redi, unde morbi a crasso, viſcido, ac lento or-  
iundi præſto ſunt. Eadem fere incommoda ſequuntur ſi corpus immoderate exer-  
ceatur. Diſſipantur enim ſpiritus, partium robur infringitur, fluidiores humorum  
partes, tenuioresque diſperduntur, hinc languente ſolidarum partium tono, ter-  
reſtribus, crassioribusque remanentibus, obſtructions, congeſtionesque facile ſubfe-  
quentur, quæ ſpirituum animalium ſecretionem, ac derivationem in partes prohibent,  
unde Lethargus. Quam apte cadit in hunc locum quod cecinit Ovid. l. 1. de Ponto:

*Me quoque debilitat ſeries immensa laborum,*

*Ante mecum tempus cogit & eſſe ſenem.*

*Otia corpus alunt, animus quoque paſcitur illis:*

*Immodicus contra carpit utrumque labor.*

*Somni longi.*] Idem omnino dicendum de somnis longis, & diuturnis. Musculi enim voluntario motui destinati non solum feriantur, sed omnino flaccescunt, collabuntur, & paralytici sunt. Huc accedit sanguinem crassum, viscidum, & lentum in minimis vasis facile subsistere, iis praesertim, quae mollia sunt, ac minimo elatere sunt praedita, ut fere sunt vasa cerebri. Nil ergo mirum si congestiones, obstrukionesque glandularum cerebri facile subsequantur, quae liberum spirituum animalium motum prohibendo Lethargum procreant. Cui quidem plurimum etiam tribuit decubitus horizontalis, quo sanguis multo facilius in caput trajicitur, unde vasorum nimia distentio, ac glandularum compressio succedit, quae si diurna sit, fieri minus vix potest, quin etiam earundem structura pervertatur, atque apoplexiæ impetus detur.

Quam apte dicebat Plato lib. 30. cap. 9. somnum immodicum & corpori, & animo obesse. Ipse propterea prima nocte surgebat, & non plus dormire solebat, quam quod satis esset ad vitandam ex nimia vigilia malam habitudinem. Hinc Homer. Iliad.

*Turpe duci totam somno consumere noctem.*

Ac jure exclamavit Hippocrates de diaet. *Multi corrumpunt corpus suum, & quod Deus dedit aptum faciunt ineptum, idque labefactant otio, somnolentia, vino, vigiliis, venereis, & immodica libidine.*

XVIII. *Signa sunt perpetua dormiendi necessitas* &c.] Quaecumque sit lethargi causa, cum non ea spirituum copia secernatur, quae medullarium, nervarumque fibrarum naturali tensioni sufficiat, manifestum est, nec objectorum impressiones a sensuum organis ad cerebrum, nec vicissim a cerebro ad organa sensibus, & motibus voluntariis dictata motiones tam facile propagari posse; hinc sensus, & motus cessare necessum est, & inexpugnabilem dormiendi necessitatem exoriri.

*Oblivio, delirium.*] Eadem de causa fit, ut fibrae cerebri tremores, quos alias receperint, quique animæ rerum imagines objiciebant, vix iterum possint conciperi, hinc anima comparare non possit motus cum motibus, unde oblivio.

Cum vero per intervalla aliqua fiat spirituum secretio, cum quedam tenuissima filamenta nervea inflentur, tendanturque, quedam vero spirituum eorumdem influxu destituta flaccescant, ac collabuntur, inordinatos, atque inconcinos motus excitari contingit, atque animam falsum de rebus apprehensis judicium ferre, unde delirium.

*Supinus decubitus, rerum apprehensorum e manibus delapsus, palpebra imperfete clausæ* &c.] Deficiente spirituum animalium copia, ac flaccescentibus nervis fibris, manifestum est Musculos motui voluntario dicatos contrahiri, tendi, inflari non posse, ergo ne illos quidem, qui sunt necessario contrahendi, inflandi, ut Animal vel in latus, vel contractis cruribus, vel plicatis, complicatisque brachiis decumbere possit; consequens ergo est ut supinus decumbat æger. Eadem de causa tendi, ac contrahi non possunt Musculi manus complantes, quae contractio necessaria est ad res apprehensorias retinendas, hinc earumdem e manibus delapsus.

Musculos quoque constringentes palpebras, maxillam adducentes, caput, & reliquum corpus ad posteriora trahentes ab actione sua feriari necessum est, hinc palpebre imperfecte clausæ apparent, os diductum, ac universi capitum, & reliqui corporis molles suo ipsorum pondere ad partes anteriores cadit, seu dilapsus in pedes proficiscitur.

*Febris lenta sub noctem quotidie ingravescente ( nisi forte Lethargus symptoma sit inflammationis viscerum, vel &c.)* Cum humores crassi, viscidii, serofisque sanguini admixti circulationem ejusdem perturbant, febrem quidem proaignunt, sed sulphureæ, subtilioresque particulae in motum non aguntur, hinc nullus calor,

lor, effervescentia nulla eamdem comitatur. Equum ac consentaneum vitum fuit subiecte ( *nisi forte Lethargus symptoma sit inflammationis viscerum &c.* ) Lethargum enim præfertim pulmonum inflammationis succedere adnotavit præstantissimus Ballonius tex. Hipp. lib. 2. & 3. de morbis. Hoc autem casu acuta febris, & vehemens appetet, quæ tamen Lethargi non est, sed inflammatiois. Interdum etiam symptoma esse affecti Ventriculi, & intestinorum notavit Riverius in prax., cum haec ab acribus humoribus, ac præfertim vermis morientur. Veteres ajebant a crassis, & copiosis vaporibus ex crudorum, & pituitosorum humorum copia elevari fumos, spiritus animales aggravari, & veluti caligine suffundi, quemadmodum nubes in majori Mundi Solis radios obtenebrant; quæ tamen sententia jamdudum obsolevit, affirmantibus aliis, & melius a mortu, atque erosione in extremitatibus nervorum intestina perreptantium convulsionem excitari, quæ ad Cerebrum usque propagata occludere vallet ostiola glandularum, ac spirituum animalium liberum a cerebro ad partes, a partibus ad cerebrum excusum prohibere. Tunc vero febrem vagam, & inæqualem exoriri ab accuratioribus practicis adnotatum est.

*Respiratio debilis, ac rara, pulsus tardus, rarus, undosus &c.*) Crassis, viscidis, serofisque peccantibus humoribus, licet Cerebellum nullam offendam acceperit, spiritus tamen vel pauci etiam in eodem separantur, vel non ejus energiæ quæ sufficiat nervis inflandi, ac tendendis, qui naturalibus motibus, cordis scilicet, & respiracionis, famulantur, ea ratione, qua opus est ad validiores, cerebrioresque contractiones, quemadmodum contingit in somno, sanguine naturaliter constituto. Reliquum est igitur, ut respiratio debilis, ac rara, pulsus item tardus, rarus subsequatur. Undosus porro pulsus non aliunde repetendus est, quam ex eo quod crassis, lenti, ac difficilibus peccantibus humoribus, in extremis corporis partibus obstrukiones facile contingunt, quæ liberum sanguinis per minima capillaria vasa cursum impediunt, unde sanguinis in truncis majoribus, vi atque impetu impulsus cum obicem offendat, necesse est, ut refluxat versus Cor, ut undæ maris, aut fluminum ab allis scopulorum, riparum, aut ejusmodi, ut præ ceteris ostendit luculentissime Bellinus. Cetera symptomata, quæ Lethargum comitari solent, quoniam a laudato solertiissimo viro perbelli admodum explicitantur, legi ex eodem malum, quam hic referri.

XIX. *Lethargici septem diebus moriuntur, si vero hos evaserint, sani sunt.* Hip. ] Cum cerebruni substantia mollissima sit ac tenerima, a putrescentibus in eodem humoribus sic ladi potest, ac labefactari, ut sphacelo facile corripiatur: hinc est Lethargicos non sanaturos cito de medio tolli. Hippocrates tempus definivit, inquiens: *Lethargici septem diebus moriuntur.* Si vero intra id tempus cerebrum sphacelo non corripiatur, materia in eodem subsistens, atque vasa obstruens incipit mitescere, fluiditatem acquirere, & per insigne excretiōnum vias foras eliminari; hinc est elapsus septem diebus in sanitatem plerunque terminari Lethargum.

Id quidem percutitis omnibus morbis commune est, ut nisi citissime in mortem desinant, mitescente, vel aliunde translata materia peccante, vel in sanitatem, vel alios morbos terminetur.

XX. *Dolor capitum vehemens, febris intensior facta, universi corporis tremor, paralysia &c.*) Viscera nostri corporis in sphacelum plerumque abeunt post inflammationem. Materia enim inflammativa, vel corruptis solidis partibus in bonum pus convertitur, qui status suppuratio dicitur, vel acrem, causticam naturam induit, solidasque partes corredit, putrefacit, liquidi nervi, ac sanguinis arteriosi irrigationem, atque influxum in easdem prohibet, unde omnis vitalis actio in iisdem perfecta morte destruitur, qui status proprio Sphacelus appellatur.

tut. Ad rem nostram quod spectat, hæc pauca habeto. Sphacelus cerebri fieri non potest, nisi materiae in eodem subsistentis componentes partes sensim a se mutuo solvantur, atque secedant, subtiliores avolent, crassiores vero remaneant, ac corrumpantur. Quæ dum sunt, acres volatiles, sulphureæ particulae exaltatae, atque in universam sanguinis massam diffusæ agitationem, eiusque furorem efficiunt, unde febris intensior fit, dolor capitis vehemens supervenit. Corrupta jam materia peccante, atque una cerebri substantia, inhiberi aqualem spirituum animalium secretionem, atque eorumdem in organa sensuum, & motuum derivationem contingit: hinc cum quedam nervorum filamenta inflentur, tendanturque, quedam vero flaccescant, ac collabantur, tremor corporis supervenit: si corrupcio tanta sit, ut spirituum animalium influxus omnino prohibetur, paralysis. Hæc fere accidere solent iis, qui Lethargo ante septimum diem moriuntur.

XXI. Si parotides erumpant præsertim die critico, aut multa per narres &c.] Materia Lethargum efficiens moveri cum incipit, ac fluere, undecimque illa profluat, bonum est; si parotides appareant, materiem sanguinis circulo restitutam esse, & in glandulis parotidum depositam significatur: hinc salutis spes aliqua. Quamquam autem quocumque tempore superveniant parotides boni omnino sunt, observatione tamen compertum est diebus criticis erumpentes raro fallere. Cujus phenomeni ratio non alia esse videtur, quam quod congruo tempore materia fluere incipit, & citra violentiam.

XXII. Qui ex Lethargo sanantur Empyci sunt, in coac. &c. 2. de morb. Hip. ] Hoc Hippocratis effatum plurimorum Medicorum ingenia plurimum torlit. Prosper Martianus Hippocratis interpres accuratissimus eo adductus est, ut crederet per Lethargicos non intelligi qui somno contra naturam, qui communiter Lethargus appellatur, detinentur, sed qui vitio aliquo pectoris laborant, unde suppurrata materie morbum faciente Empyci sunt. Contrarium sustinent Willius aliisque, afferentes per Lethargicos revera intelligi illos, qui Veterno corupti sunt, fieri tamen, ut humores in cerebro hærentes, ubi moveri, ac fluere incæperint, reabsorbeantur a venis, circuitioni restituantur, & in pectus decumbant, unde Empyema. Alii demum rem paulo subtilius ad trutinam revocantes, cum animadvertisserint excreto pure per narres, & aures Lethargum solvi, in eam opinionem venerunt, ut crederent, non eam, quæ in Thorace fit, suppurationem intellexisse Hippocratem, quæ communiter Empyematis nomine venit, sed quæ in singulis partibus, & in casu proposito de Lethargo ad aures, & narres contingit. Hæc fere Cl. Mercurialis interpretatio est, quam præ cæteris omnibus ad veritatem proprius accedere a præstantissimis viris Fernelio, Riverio, Bellino notatum est: ut mittam haec Empycorum acceptationem Hippocrati familiarem esse, ut Galenus com. aph. 7. sect. 5. & aph. 44. sect. 7. testatus est. .

XXIII. Melius est phrenitidem supervenire lethargo, quam &c.) Cum lethargus serosam, crassam, lentam, ac difficilem materiem pro causa agnoscat, & fibrarum cerebri laxitatem, phrenitis contra acrem, mordentem, convellentem, fibrarumque cerebri elaterem insigniter auctum, si lethargo phrenitis superveniat, indicatur materiem lethargum efficientem loco dimotam esse, solutam, & ad fluendum aptissimam factam. In eam propterea spem nonnulli facile adducuntur, ut credant extra cerebrum tandem per insignes excretionum vias facile eductam, ac morbum profligatumiri. Verum cum materia nimis tenuis, acris, irritans fibras nimis tensas, & ad oscillandum nimis promptas convellat, & inflammationem membranarum cerebri progignere valeat (quæ præcipua phrenitidis causa est) verendum iis est, ne æger a lethargo liberatus phrenitide superveniente moriatur, ut præ cæteris notavit. Cl. Bellinus. Ex quo liquido constat transitum e lethargo in phrenitidem tutum omni ex parte non esse. Muto autem

autem minus e phrenitide in lethargum. Indicio enim est solidarum cerebri partium tonum labefactari, sensum, ac motum amittere, tumoremque inflammatorium in Sphacelum abire.

XXIV. In Lethargi curatione, ubi febris acuta sit, servidior ægri temperies &c. vene sectionem &c.] In lethargi curatione ad febrem, & cætera quæ eundem comitantur symptomata respiciendum esse facit potissimum ea ratio, quod via nobis illorum consideratione sternitur ad dignoscendas causas, quæ principem in curatione obtinent locum. Quæ res a plerisque neglecta efficit, ut lethargum una eademque methodo pertractaverint, vel in felicem remedii, quæ causis morbum facientibus adversari reputantur, dubii, atque ancipites hærente coacti fuerint. Ut a fonte Chirurgico exordiamur, utrum in Lethargo detrahendus sit sanguis lis est.

Nonnulli ad spirituum animalium inopiam respicientes, quæ proxima lethargi causa est, nec non ad crassos, viscidos, serofosque humores, quibus imbuta corticali cerebri substantia iisdem secernendis impar redditur, qui remotæ cause sunt, detrahendum non esse sanguinem pugnacissime sustinent. Primum enim verentur, ne sanguinis missione materia proxima spirituum exhauiatur, ac flaccidibus magis, magisque nervis virium collapsus major, ac somnus profundior excitetur, hinc morbus augeatur, aut confirmetur. Atque hi quidem, humores crassos, lento, serofosque non venæ sectione, sed purgantibus medicamentis esse educendos haud dubie affirmant.

Alii e contra non solum venæ sectionem pertimescant, sed illud esse remedii genus, quo nullum præstantius, aut pro ægrorum opportunitate valentius excogitari potest, arbitrantur. Si crassi, lenti, ac difficiles peccent humores, cum immixta sanguinis copia amplior vasis concedatur diameter, validius, & fortius se se contrahendo, quod crassum est attenuare valent, quod tenaciter adhæret dimovere, ac circulo restituere. Si serosi, vel effusi ii sint e propriis vasibus, diffusisque per cerebri substantiam, vel in parte peculiari collecti reabsorberi a venis possunt, hinc a serosa colluvie liberato cerebro, majorem fieri spirituum animalium secretionem contingit, atque ægrum a lethargo excitari. Ne in fraudem inducerentur. Adolescentes per opiniones duas maxime celebres, placuit cautions nonnullas in medium afferre, quæ dubitationem iis tollant omnem. Ubi enim febris acuta sit, calidae temperies, faciei, & oculorum rubor adit, suppressæ sint naturales evacuationes sanguinis, ecquis non solum ad suspicandum, sed ad credendum vehementer adducatur cerebri phlogosum, vel plenitudinem tantam adesse, ut eamdem minitetur? Nisi virium debilitas venæ sectionem prohibeat, curationem ab eadem exordiendum esse cum Cl. Tralliano facile judicaverim. Ex basilica quidem brachii sanguinem prius mittere in capitib; affectionibus ostendimus cap. i. de apopl. com. in aph. 15., nisi ob velocem motum sanguinis in caput ob suppressos improviso Menses, aut Haemorrhoides aliter Medico videatur.

Sunt qui venas frontis, vel jugulares secandas imperant, verum si quid sentio, solum in summa rerum angustia, & ubi morbus ad apoplexiā accedat, id præstandum traderem.

XXV. Cucurbitula magna Occipiti applicata, cui prodeesse non valeat? ] Cucurbitula Occipiti applicata magna fit sanguinis derivatio a parte affecta, hinc illud est remedii genus, quo certo feliciterque debellari desperatas fere istiusmodi affectiones testatus est Zacutus Lusitanus de Medic. princ. hist. lib. i. his. 31. Hoc idem remedii genus insignis Medicus, ac Poeta Fracastoreus Apoplexia corruptus nutibus suis indicasse fertur, sed non intellectus periit.

Cum nempe vires suas exerceat citra virium jacturam, in quocumque sub-

jeſto utiliter applicari potest. De loco Vid. Com. in Aph. 17. Cap. i.

**XXVI.** Si vero febris lenta sit, ægi temperies frigida. Cucurbitulas, frictiones siccæ, & cataplasma ex seminibus Sinap. &c. aut ex limacibus &c.] Nullum adeo ignarum inveniri posse crediderim, qui ad febrem lentam respiens, ægi temperiem frigidam, ut ajunt, & humidam ad universum corpus pallidum, aliaque supra recensita, ad credendum non adducatur lethargum a redundantia humorum seroforum, crassorum, ac difficultum, a solidarum partium laxitate ortum traducere. Tunc vero ad repetitam venæ sectionem devenire, nihil per me licet aliud est, quam ægrum in summum vitæ discrimen adducere. Exhausta enim materia proxima spirituum, solidæ partes magis, magisque flaccescunt, sanguinis compages solvitur, unde serosa pars a reliquarum nexus secedens facile e glandularum, & membranarum poris elabitur, atque inde vel in cavitates cerebri transudat, vel intra partium laxam structuram subsistit, unde lethargum augeri contingit, aut confirmari. Alia propterea suppetunt auxilia, ut necessaria spirituum copia in cerebro secernatur, ac nerveæ fibræ debito eorumdem influxu vigorentur, infestentur, tendantur. Ejusmodi porro sunt illa, quæ asperum sensum, ac dolorem inducendo universum nervorum genus percussunt, atque in reciproco motu constrictio[n]is; & relaxationis excitant, unde crassos, viscidosque humores attenuari, serum omnem superfluum absumi contingit, fibras flaccescentes firmari, spirituum motum liberum in partes redire. Huc spectant cucurbitulae, frictiones siccæ, cataplasma stimulantia acria, vel rubefaciens plantis pedum applicata, quorum in censa veniunt quæ ex feminibus sinap. fermento acerrimo, vel sapone nigro commixtis parantur, aut ex limacibus cum cortice contusis, quod Bortoniæ præsertim frequenti in usu est, idque magno cum fructu. Grates habendæ sunt viro præstantissimo Hippolyto Francisco Albertino, quod primus fere Bononiae uti eodem cooperit (narrantibus id mihi, testantibusque viris fide dignissimis) & ad lethargum profigandum tutissimum æque, atque efficacissimum, si quod aliud remedium reliquerit.

De aceti viribus in soporosis affectionibus V. com. in aph. 11. cap. 3.

**XXVII.** Si urina turbida, & qualis jumentorum appareat, purgans ex Scam. &c.] Utrum purgantia medicamenta in principio morbi convenienter quæstio est perdifficilis, & a plerisque pertractata quidem, verum a paucis discussa. Qui in ea sunt opinione ut credant humores crassos, viscidos, serofosque lethargo occasionem prebere, existimant eosdem educendos esse dum adhuc fluunt, turgent, & nondum firmam in cerebro sedem statuerunt. Non solum igitur purgantia in principio morbi adhibenda esse volunt, sed vehementia. Alii ex adverso verentes, ne vasa sanguifera cerebri obstructa sint, & phlogosi tentata, a purgantibus abstinentur esse pugnacissime sustinent, ne scilicet tenuioribus eductis humoribus, crassioribusque remanentibus, ac præ stimulo solidis partibus plus æquo constrictis, obstructions, stagnationesque argeantur, atque in veram inflammationem desinant. In fraudem vix, ac ne vix quidem induci poterunt Adolescentes per opiniones duas maxime illustres, si ad cautiones allatas diligenter attendant. Primum enim de lethargo sermo est, qui morbus primarius est, non vero alterius morbi symptoma, quique a crassis, lenti, lerosique humoribus terram, perspicuamque cerebri substantiam obnubilantibus citra phlogosim, & inflammationem ortum traducit.

Hujuscemodi indicia præterquamquod supra ostendimus esse febrem lentam, ægi temperiem frigidam, & humidam, aliaque id genus, unum præterea omnium tutissimum, & quo ad purgantia adhibenda manu ducimus adjectimus, urinam scilicet turbidam, jumentorum urinæ similem, quæ crassos viscidosque humores adhuc in motu esse, turge-

turgere, & per purgantia commode educi posse protenso quasi digito commonstrat, ut Prosper Martianus com. in aph. Hippoc. 22. sett. 1. præ cæteris adnotavit.

Si de purgatione hisce cautelis instituenda loquutus sit Etmüllerus, mirari minus subit, cur in ea procuranda nec timidum, nec cunctabundum esse debere medicum pronunciaverit. Inter cætera purgantia pillulæ cochiæ ad 3i. Foresti, & aliorum experimento probantur; alius pulvis ille ex Scam. & Castor. quo multos lethargicos deploratos se restituisse doctissimus Trallianus testatus est. Qua in re quid ipse sentiam pronunciare vix audeo. Eas pilulas in ejusmodi morbis nunquam adhibui, pulvere Tralliani non semel usus sum evenitu felicissimo. Quid est cur illis potius, quam hoc utar? In delectu nimirum remediorum experimentis quemque a se ipso institutis credere magis, quam ab aliis debere debere existimo, hoc potius, an illo utatur. De Scam. & Castor. V. com. in aph. 23. cap. 1.

**XXVIII.** Si lethargus febris alicujus, vel inflammationis, aut alterius morbi symptoma sit, a purgantibus prorsus abstineo &c.] Cum lethargus est symptoma febris alicujus, vel symptoma febris acutæ, & fortis, ut vocat Hippocrates, vel febrium intermittentium, quas Ludovicus Mercatus pernicioſas vocat. Si primum, purgantia in principio exhibere res plena periculi est. Cum enim humores crudi sint, & secretioni inepti, non solum nihil purgatur, nihil educitur, sed in vehementiores, validioresque contractiones acto nervoso genere febris majorem in modum intenditur. In acutis morbis, inquit Hippocrates, raro & in principiis, medicamentis purgantibus utendum est, & hoc cum præmeditatione faciendum. Raro inquit, quia id solum faciendum est cum materia turget, idest, ut, ex Phœsi versione, ait idem Hippocrates, impetu suo ad excretionem fertur. Raro autem id contingit, si eidem Hippocrati fides habenda. I. aph. 24. dicenti. Concocta medicari oportet, & moveri non cruda, neque per initia, nisi materia turget, raro autem turget. Quibus sic constitutis licet colligere satius esse in Lethargo quod symptoma sit febris acutæ abstinere in principio a purgantibus medicamentis, atque expectare morbi declinationem, modo feculentii humores eo tempore e sanguinis massa secreti ad intestinorum glandulas ablegentur. Quod evenire facile poterit, si continuo Clysterum usu eosdem invitemus.

Si lethargus symptoma sit febrium intermittentium de genere pernicioſarum, a purgante medicamento abstinendum esse nemo est qui non videat. Si præter stimulum atque offendam, quam fert natura invadente morbo, etiam a purgante medicamento irritetur, quæ damna in ægrum emanatura non sunt?

Quamquam vero si Cl. Sydenhamum audimus in epist. respons. ad Robertum Bradii vix, ac ne vix quidem ullo tempore medicamentis purgantibus uti expedit, ubi lethargus in accessione febrium invadat. Ait enim: *Quantumlibet evacuationes omnes cuiuscumque demum generis sint indicari videantur, ad rebellendos scilicet ex cerebro humores, ut in apoplexia primaria fieri solet; eadem tam men omnino omittenda sunt, utpote qua originarie hujus symptomatis causa, febris nempe intermitte[n]ti prorsus adversentur, ac proinde mortem acercent.*

Purgantia exhibere medicamenta in viscerum inflammationibus, quibuscum adnotante Cl. Ballonio lethargus plerunque conjungitur, idem esse, ac experimenta per mortes agere velle facile judicaverim.

**XXIX.** In Lethargo primario, & frigido, ut ajunt, cæteris frustra adhibitis ad sternutatoria devenio, aquam frigidam &c.] Multi cum Cælio Aureliano a sternutatoriis aliisque stimulantibus medicamentis abhorrent, verentes ne tanta in partes cerebri turgidas, & nimis impeditas irritatio, & contractio induca-

tur, ut major inde stagnatio, aut humoris e vasibus expressio contingat. Quotiescumque tamen hisce utimur in lethargo ab humoribus crassis, lenti, & rosifus cerebrum infarcientibus, atque a solidarum partium laxitate oriundo, & solum aliis frustra adhibitis; ut viri præstantissimi Alexander Trallianus, & Ludovicus Mercatus tradiderunt, quid tandem mali ab ictorum usu pertimentendum est? Autem nimirum systolico nervosarum partium motu, atque in pristinum sui elaterii statum iisdem restitutis, hærentibus humoribus calcar addi contingit, serum omne superfluum absumi, torpentes spiritus in motum agi, & somnum arceri. Aqua frigida, hisce cautelis servatis, uti minime veritus est Cornelius Celsus. Ne Vesicantibus quidem uti vereri medentibus fas est. Cum nimirum cantharides in horum compositione principem locum obtineant, quæ acerrimo sale abundant, non solum cutim cui applicantur extimulant eam diuellendo, lacerandoque, sed cum causticæ, ac fere urentes particulae in sanguinem introducantur, ( id quod manifestum reddunt pulsus contitatores, mihi sanguinei, urinæ ardore, & aliquando suppressiones, vesicæ dolores, vigilæ, sitis intensissima, calor urens, & alia hujusmodi, quæ a vesicantibus admotis observari solent,) nervosum genus majorem in modum percellunt, & in validiores, vehementioresque contractiones agunt, unde circulationem sanguinis augeri contingit, ejusdem principia fundi, si quid lentum, ac viscidi est, dissolvi, torpentibus spiritibus calcar addi, atque ægrum a lethargo excitari. ( V. Uvaldchmidius in M. C. ) Dec. 1. An. 2. obs. 214. Ex quibus appetet solum in morbis a crassis, viscidis, ac difficilibus humoribus, a solidarum partium laxitate, & ubi cætera præsidia prodeesse non valent, esse adhibenda. Cæterum periculum est, ne quem excitare voluimus, soporare postea non possimus, immo delirio, convulsionibus, viscerumque inflammationibus supervenientibus eumdem inopinate letho tradamus. Quo loco fateor me iustis laudibus æquare non valere Georgii Baglivii monitum dissertat. de usu, & abuso vesicantium cap. 2. de imcommodis, ab eorum usu cavendum esse in nervorum affectibus, & deliriis, contra Joan. Freindii opinionem com. de feb. com. 9. qui in omnibus acutis morbis, atque iis præsertim qui caput impetum expeditum, nec opinatum levamen Vesicantia præbere testatur, neque audiendos esse illos, qui in affectibus nervosis in febribus ardentibus, & continuis, etiam si delirium accederit, eorum usum repudiant. Sed de his etiam dicemus cap. de phrenitide.

XXX. Suis nominibus exclamati excitentur ægri, deque rebus &c. ] Monitum Cl. Cælii Aurelianii est satius esse lethargicos suis nominibus exclamatos excitare, quam titillatu, impressione forti, ac punctione eosdem cruciare. Postremum enim hoc facere nihil est aliud, quam strictroram asperare ob inquietudinem vexationis. Si excitati cum fuerint, de rebus, de quibus optime valentes sedulo cogitarunt, sermo habeatur, cum anima validas motiones in medullares cerebri fibras imprimat, easdem tendi aliquantis per contingit, ac spirituum animalium motum restitui. Sic avarum querendam ope ingentis strepitus numorum a Medico quodam excitatum fuisse a lethargo narrat Horatius, serm. lib. 2. serm. 3. Quam pulchrum est paucis remediis uti, iisque tutis, quantum fas est, & pompe nihil habentibus!

## C A P U T . IV.

*De Delirio in genere & speciatim de Phrenitide, ac Paraphrenitide.*

I. **D**Elirium cum dicimus, aberrationem a recta ratione, quæ in judecii depravatione consistit, intelligimus

II. Quod tunc contingit cum nerveæ cerebri fibræ varie, inordinateque concurtiuntur, atque inconcinnis cientur motibus.

III. Hisce porro perturbatus spirituum animalium motus occasionem prebet.

IV. Causæ remotius operantes vel externæ sunt, vel internæ. Externæ sunt opium, crocus, hyoscyamus, cicuta, belladonna, morsus venenatorum animalium, philtra.

V. Inter deliria, quæ a causis intrinsecis fiunt, atrox, ac vehemens illud, continuam febrim adjunctam habens, a meningum, & cerebri phlegosi, vel inflammatione ortum traducens, quod phrenitis appellatur, primatum obtinet.

VI. Hujusce causæ antecedentes, & externæ sunt immoderatus vini, & spirituum ardenter, & rerum calidarum usus, aer nimis calidus, insolatus, vehementes corporis, animique motus, febres ardentes, acutæ, erysipelata, variolæ, tumoresque cujusvis generis retrupuli, contusio, vulnus capitii, & alia hujusmodi.

VII. Signa imminentis phrenitidis sunt urinæ albæ, & lucide in acutis morbis, præsertim si tales ex crassis, & rubris evaserint, vigilæ, somni perturbati, inquieti, terrifica insomnia, ad iram proclivitas, insolita garrulitas, morum actionumque mutatio, oblivio, dolor capitii vehemens; qui

VIII. Si eo usque increverit, ut præ atrocitate ægri perpetuo fere manus capitii admoveant, capillos avellant, e lecto profiliant, in adstantes impetant, furant, carotidum adgit & temporalium arteriarum pulsatio, & turgentia, oculorum rubor, objectorum geminatio, lucis aversatio, lacrymatio, stillæ sanguinis e naribus, aliquando rubræ; pulsus durus, celer, frequens, ac parvus, respiratio magna, ac rara, lingua arida, nigra, flava, sitis fere nulla, stridor dentium, phlocorum, & festucarum collectio cum tremore manuum, & convulsione, urinæ suppressio, de phrenitide jam ægrum dire exercente ambigendum non est.

IX. Ægrum a garrulitate in silentium, a vigiliis in somnum, a variis membrorum gesticulationibus, convulsionibus in impotentiam ad motum, a delirio, & dolore in profundissimum somnum non retinente febre transire, malum.

X. Dolor capitii acutissimus in gravativum mutatus; sopor improviso in-

invadens, pulsus valde debiles, frequentes, parvi, virium collapsu, fœcum, urinę involuntaria excretionē supervenientibus, egrum brevi peritum portendunt.

XI. Satis est febrem prius desinere, quam delirium.

XII. Copiosam, & largam narium hæmorrhagiam, alvi fluxum, aut insig-  
nem aliquam evacuationem phrenitidi post vigorem supervenire bonum.

XIII. Simul ac phrenitis se prodit, viresque robuste sunt, venæ sectionem  
in brachio, & si suppressio sit Mensum, aut Hæmorrhoidum, in pede insti-  
tui, tandem si morbus urgeat, ex jugularibus sanguinem detrahi jubeo.

XIV. Si vires imbecilles sint, vix salvatella secunda. Cucurbitula vero  
magna scharificata Occipiti applicata eximii usus est.

XV. Hirudines quoque, præsertim ubi suppressio sit hæmorrhoidum,  
sedalibus venis appositæ mirum in modum conferre visæ sunt.

XVI. A purgantibus cuiusvis generis prorsus abstineo, contentusque  
sum sero lactis Tamarindato ad libras duas propinando, necnon Clisteri-  
bus emollientibus bis, terque in die injiciendis.

XVII. Copiose potiones ex sero lactis destillato, aquæ stillat. portu-  
lac., malv. viol. nymph. lactuc. & si minus sit orgasmus, ac fervor, a-  
acetose, additis succis, vel syrups Ribi., Berber., Citr. Limon. eximiam  
operam præstant.

Decoctiones earumdem plantarum ad uncias sex mane quotidie pro al-  
terante cum nitri purissimi 3 i. syrup. Violar. 3 i. exhibende. Emulsi-  
ones femin. melon. quat. frigidor. in aquis supra recensis cum eadem ni-  
tri, & syrapi quantitate vespera non omittendę.

XVIII. Depletis vasis, & impuritatibus humorum eductis ad camphora-  
ram emulsionem devenio, quam fere parare soleo ex Semin. quat. frigid.  
3 i. s. aq. lactuc. violar. nymph. Lib. i. Emulsioni ad. nitr. puris. fib.  
diaph. a 3 s. Camphor. ras. 3 i. syrup. de suc. violar. 3 i. M. detur ad  
3 s. quocumque bihorio semper agitando vas.

XIX. Ubi vigilæ intensissimæ urgeant, ac malignitas conjuncta sit, bo-  
lum ex camphor. cinnab. nativ. vel antimon. a gr. vi. cum extract. flor.  
papaver. rhæad. 3 i. ægro præscribo.

XX. Opiata, ac narcotica raso capiti applicata, uti patiter repellentia,  
ac frigida minus tuta sunt. Animalibus porro vivis, & præsertim colum-  
bis per medium dissectis calidis adhuc existentibus utendum, impositis  
pannis calidis, ne cito frigescant.

XXI. Vesicantia perquam raro bene cedunt in phrenitide.

XXII. Viatus fit tenuissimus, panis scilicet tritus juscule tenui dilutus:  
Potus præ ceteris aquę hordeacea tepide liberalis imperandus.

XXIII. Septi transversi inflammatio frequens paraphrenitidis causa, non  
autem sola, ac constans: cetera enim viscera inflammata quandoque de-  
lirium inducunt.

XXIV. Signa sunt extremarum costarum, sterni, illius ventris partis,

ad quam circumextensem est septum ipsum dolor, precordiorum pulsatio,  
fursum, & deorsum revulsio, respiratio ut plurimum parva, frequens,  
inequalis, quandoque rara, vox acuta, tussis, risus citra causam.

XXV. Curatio eadem fere, ac phrenitidis.

## C A P U T IV.

*De Delirio in genere, & speciatim de Phrenitide, ac Paraphrenitide.*

I. **D**elirium eum dicimus, aberrationem a recta ratione, quæ &c.] Cerebrum  
viscus illud, quod ceteris omnibus incumbens, ac supereminens iisdem  
dominatur, divinum a Platone dictum, singulari plane artificio in hominibus  
elaboratum, ut non solum voluptate, & dolore percipi, quas Epicurus jure vo-  
cavit passiones primas, ac Gassendus, ut notat Eusebius, voluit esse nobis  
principia, & criteria electionis, & fuga, ea quæ ad vitam tuendam, ac conser-  
vandam faciunt, atque ad declinanda contraria agnoscerent, sed rationis splen-  
dore illustrati, atque mirabili arguendarum rerum facultate valentes, quidquid  
in perfectissima hac rerum congerie occurrit contemplarentur, quæ in re qual-  
libet optima sunt, & a sensibus aliena feligerent, sic persæpe labefactatur, ut  
non modo sensus interni, externique, motusque a voluntate pendentes aboleantur  
( quod quidem miserationem hominum movet ) sed ipsum rationis lumen  
extinguatur, atque homines brutis omni ratione parentibus simillimi evadant.  
Jam etiam me tacente facile omnes intelligunt de delirio sermonem esse, quod  
inter capitum affectiones, quibus principes animæ operationes alterantur, prima-  
tum obtinet.

Quod latinis delirium, græcis παράνησις audit, nihil aliud esse, quam aber-  
rationem a recta ratione omnes fere Philosophi uno ore consentiunt. De modo  
autem quo Animal a recta ratione aberret, lis orta maxime illustris. Plerique in  
eam opinionem venerunt, ut crederent, tunc oriri delirium cum imaginatio,  
& ratiocinatio depravantur. Aliquando solam imaginationem depravari, illæsa  
ratiocinatione. Sic Theophilus Medicus ( ex Galen. lib. de sympt. differ. cap.  
3.) putans tibicines quosdam angulum domus ubi decumbebat occupare, tam-  
quam sibi molestos ejiciendos exclamabat. Quandoque ratiocinationem lædi illæsa  
imaginatione, ut ei contigit, qui singula vasa rectissime nominans, illa tamen  
projectit. Erorem illorum, qui voluerunt imaginationem lædi posse, illæsa  
ratiocinatione, sustulisse egregie nonnullis visus est Eustachius Rudius, aliisque  
post illum judicantes Theophilo Medico non solum imaginationem, sed etiam  
ratiocinationem læsam fuisse. Putabat enim tibicines adesse ( qui error imagi-  
nationis est ) eosque ejiciendos curabat, qui error est ratiocinationis, errorem  
imaginationis sequutus.

Ratiocinationem lædi quotiescumque ad imaginationem purissima afferuntur  
phantasmata, nec aliquo modo falsitatis vitio coquinata, fieri nullo modo  
posse pugnacissime sustinent alii. Atque id quidem exemplo præclare illustrant.  
Si enim furens aliquis recte apprehendat, & cognoscat hominem prout est v.  
gr. ambulantem, sedentem, vestitum, loquentem &c. & deinde eum sine cau-  
sa interimat, sane facinus hoc non perpetraret, ni per delirium, odium in  
eum concitatum fuisset, idest imaginatio repræsentasset illum aliquo pacto odio-  
sum, vel libi non convenientem, vel voluptatem aliquam consequiturum, si  
eundem gladio confoderet. Quod pariter dicendum de illo qui omnia vasa re-  
ctissime nominans illa tamen projectit. Id enim minime effecisset, nisi imaginatio  
re-

72 DE COGNOSCENDIS, ET CURANDIS MORBIS

repræsentasset inutilia, atque idcirco projicienda. Quæ sane ostendunt ratiocinationem lœdi non posse, illæsa imaginatione. Hæc fere communis & trita plerorumque sententia. Quam tamen profligare penitus conantur, qui omnem a recta ratione aberrationem non ad imaginationis, & ratiocinationis depravationem, sed ad falsa judicia referendam esse arbitrantur. Ab his non sumus. Cum enim Theophilus Medicus putet tibicines angulum domus occupare, rem quidem falsam apprehendit, cum tamen apprehendat, judicat rem esse, uti apprehendit, ideo tamquam sibi molestos ejiciendos exclamat. Ita qui hominem sine causa occidit, apprehendit quidem eum vel odiosum, vel sibi non convenientem, cum tamen illum apprehendat, judicat esse uti apprehendit, ideoque gladio confudit. Ergo error non imaginationis est, sed judicii. Qui ad errorem ratiocinationis eumdem referunt, caveant ne falsa opinione adducti plus ei tribuant quam par est. Quem enim errorem vocant ratiocinationis, judicii error est. Quid enim est aliud ratiocinari, quam aliud de re aliqua affirmare, aut negare? Affirmare autem, aut negare judicium fere est. Apparet ergo errorem ratiocinationis ad falsum judicium referendum esse. Quapropter illud citra ullius erroris suspicionem affirmari posse videtur, tunc a recta ratione aberrare homines, ac delirare, cum illorum judicium depravatur. Quod tamen sic accipias velim, ut non quodcumque falsum judicium, delirium dicas, sed illud tantum, quo a communi consuetudine, & officiorum mediocritate homines desciscunt. Apte cadit in hunc locum ingeniosa celeberrimi P. Mallebranchii animadversio, insanos communiter appellari non qui dicunt, efficiuntque, quæ veritati, ac rationi repugnant, sed illos tantum, qui aut dicunt, aut efficiunt, quæ communiter falsa reputantur. Quod exemplo illustrat idiotæ cujusdam, cui Deus Opt. Max. dedit oculos intuendis rebus longissime a nobis diffitis aptos ea prorsus ratione, qua Astronomi oculis perfectissimo Telescopio armatis Cælorum phænomena clare perspiciunt. Si enim idem Lunæ faciem inspiciens & Montes, & Valles, & Maria, & Lacus, audientibus aliis, qui harum rerum apparatu minime instruti, nihil tale jurati credunt, fortasse sylvas in eadem apparere haud dubie affirmaret, quamvis verissima sint, quæ diceret, cum tamen falsa communis aliorum consensu reputentur, insani, ac desipientis reprehensionem effugere nullo modo posset.

II. *Quod tunc contingit, cum nervæ cerebri fibræ varie, inordinateque conciuntur &c.*] Cum delirium in genere in judicii depravatione consistat, perspicuum est, quidquid judicium depravare valet, id delirio proxime procreando opportunissimum existere. Quo loco animadvertisendum est necessarium non esse percipere, quæ sit animi, & corporis natura, quæ proprietates, quæ affectiones, quæ ratio consensus affectionum earumdem. De his enim, & similibus querere non Medicorum, immo ne Philosophorum quidem provincia est: ad magistros pertinet primæ Philosophiæ, quorum officium est, quæ ab omni sensu, & imaginatione disjuncta, & remota sunt, aut scientia comprehendere, aut conjecturis persequi. Constat enim certis mentis cogitationibus certos in corpore motus esse conjunctos, & certis motibus corporis certas mentis cogitationes. *Certis inquam mentis cogitationibus certos in corpore motus esse conjunctos;* neque enim omnes mentis cogitationes occasione aliquæ motus in corpore suscitantur, neque omnes corporis motus a cogitatione aliqua mentis dependent, sed quædam animæ cogitationes ex sola cogitatione pura, quædam ex mutata corporis conditione sequuntur: atque è contra motus quidam in corpore non advertente, non imperante anima, alii vero cum attentione, & imperio animæ, alii occasione utriusque excitantur. Quomodo autem res mere spiritualis in corpus agere possit, aut ab ea quodammodo pati, nemo

L I B . I . C A P . IV.

73

nemo adhuc satis explicavit. An propter facultates illas Veterum medias quasi inter mentem, & corpus? Verum quis medium hanc naturam, quæ neque spiritualis sit, neque corporea, seu materialis, assignavit? An propter causas occasionales, quas P. Mallebranchius cum Cartesianis excogitavit, seu sanctam a Deo Omnipotenti legem, ut anima occasio sit, ob quam Deus ipse moveat corpus, corpus causam esse ob quam Deus perpetuo, & constanter moveat animam? An propter harmoniam præstabilitam, quam Leibnitius Physicus magnus, & doctus invexit, seu successivam illam motuum seriem Dei Omnipotentis virtute humano corpori communicatorum, ut unus certis temporibus oriatur vivissim ex altero, ejusque animæ inter infinitas, quæ esse poterant, eidem corpori unionem, quæ cum præstabilitis motibus conveniret? Subtilius ne an verius dicitur hæc sint a Philosophis magnis, & doctis non facile dixerim (a). Ignota enimvero est nobis adhuc, & erit fortasse ratio, qua mens, & corpus substantiaz inter se diversissimæ in se mutuo agant, aut a se mutuo patientur. Si quis ergo querat quam ob causam principes animæ operationes lœdantur, depravantur, ad hæc respondebit luculentissime, si afferat virtutia cerebri, nervorumque filamentorum, quibus contextum idem est. Secus finibus artis prætergressis, quæstionem obscurissimam, & quod magis est ad primam philosophiam pertinentem pertractabit, atque in ipso quasi limine hærere cogetur. Interea certum est nostræ mentis cogitationibus certos in fibris cerebri motus, certasque ipsarum flexiones respondere, & vicissim certis motibus, & flexionibus fibrarum cerebri certas quoque in mente cogitationes excitari, unde apparet causam proximam, & continentem, seu occasionem cogitationum, aliarumque animæ operationum esse motus fibrarum cerebri. Quod quidem aperte docuit Plato in Timæo, quo loco: *Excogitaverunt, inquit, Dii caput motuum omnium compos id fore.* Si enim caput motuum omnium compos est, in compote radices, & principia motuum esse debuerunt, a quibus specificis motibus singulæ, & specificæ animæ operationes exerceri quasi potuissent. Quid aliud significare voluit Hippocrates lib. 6. de morb. pop. cum dixit *animam deambulare*, quam organa animæ functionibus obeundis destinata perpetuo, & constanter specificis cieri motibus, ac varie concuti pro munéribus ejusdem animæ imperio exequendis? Quid plura? A Recentioribus Medicis stabilitum est res sensibiles nulla alia ratione sensibles esse, & Cerebrum afficere, quam motu. Colores, odores, sapores, sonos esse motus, qui impressi organis sensibus externis dicatis per nervos usque in cerebrum transmittuntur; licet hi motus nullam habeant similitudinem cum iis rebus, quæ motus efficiunt. Quemadmodum enim voces, & characteres instituti sunt ad significandas res, quæ per voces, & characteres significantur, licet nullam hi similitudinem habeant cum rebus quas exprimunt, ita verosimile videtur legem a Deo sanctam esse, ut certis motibus fibrarum cerebri certæ ideae conjugantur; licet motus nullam habeant similitudinem cum rebus, quas motus iidem representat. Neque illud quærendum est, an hujusmodi motus tremuli sint, an undulosi, an alterius naturæ; Satis superque est haud ignorare, ubi ii motus concinni sint, ordinati, si ad ea quæ nobis objiciuntur accommodati, eosque anima ipsa ad arbitrium moderari, ac regere possit, congruas quoque, & rationi contentaneas mentis cogitationes, ac recta judicia exoriri. Si vero inconcinni sint, inordinati, si ad ea quæ nobis objiciuntur non accommodati, & animæ imperio non sublînt, confusas, irregulares cogitationes, ac falsa judicia. Cum ergo delirium in falso judicio consistere ex dictis manifestum sit, proximam, & continentem causam delirii esse inordinatos, atque inconcinnos motus fibrarum cerebri, manifestius quidem est, quam ut ultimum.

*Tom. I.*

(a) *Vid. P. Tournemin. Memoir. de Trev. Mart. 1704. pag. 231.*

lis rationibus possit comprobari. Ex quibus liquet quanti facienda sit Veterum opinio, qui causam delirii proximam, & continentem voluerunt esse imagines, & simulacra quedam in cerebro tamquam sigillo falso cufa, & impressa. Huc accedit, Cerebrum ex duplici substantia corticali, & medullari constare. Si ergo in corticali hæc simulacraくだる, quoniam hæc minutissimis, & microscopio vix, ac ne vix quidem conspicuis glandulis constat, sive eæ glandulæ Malpighianæ sint, sive Ruyschianæ, per quas spiritus animales secernuntur, quomodo ab hac impressione earumdem structura non pervertatur, atque ministeribus suis obeundis impares minime evadant, omnino non video. Quid si in medullari, quoniam hæc contextus est ductuum tenuissimorum, per quos continuo flumine secreti spiritus in nervos depluant, continuum spirituum fluxum impedi- re, quominus cuse, & impressæ imagines permanere possint, luce clarissimæ apparet. An spirituum animalium incendium pro causa delirii proxima habendum, ut Willisi arbitratus est? Hæc quidem sententia iis maxime arredit, qui spiritus animales aereo-aethereæ, lucidae atque igneaæ naturæ esse statuunt. Verum qui ignis proprietates perspectas habet, is facile judicabit ejusmodi fluidum a sanguine per canales tenuissimos neque separari, neque contineri posse, ut præ cæteris testatus est Fr. Hoffmannus.

III. Hisce porro perturbatus spirituum animalium motus occasionem prebet. ] Ad veritatem proprius accessisse visus est Cl. Etmullerus, qui perturbatum motum spirituum animalium delirii causam prætendit, in hoc tamen falso, quod proximam, & continentem causam constituit, cum pro remota tantum haberi possit, ac debeat.

Nempe spiritus animales cæco impetu hac illac irruentes nerveorum filamentorum inconcinnos, atque inordinatos motus ciere valent, qui motus delirio producendo proxime operantur. Quemadmodum proxime tremores, motusque chordarum citharae, remote vero digitos citharam pulsantes ad sonum gratum, & jucundum, vel ingratum, & injucundum agere perspicuum est.

IV. Causæ remotius operantes vel externæ sunt, vel internæ. Externæ sunt opium, crocus, hyosciamus. ] Plures delirii, & insanias differentiæ a Medicis statuuntur. Et primo celebris est divisio in deliria a caulis extrinsecus advenientibus, vel intrinsecus, atque aliquibus intra corpus latentibus. Inter causas, quæ extrinsecus advenientes deliria suscitant, primum obtinent locum narcotica ple- raque. Sic ab opio deliria suscitari a Scriptoribus magnis, & doctis traditum est. Helmontius lib. de lithiasi: Errant, inquit, insignerit, qui maniam opiatum compescere satagunt, cum omne opiatum sit in se amens. & alibi: Narcotica vix somnum conciliant amentibus quadruplica dosi, sed amentiam insuper augent. Plures historias eorum, qui in insaniam lapsi sunt propter opiate, vide in Willisio, Etmullero, præ cæteris vero Alexandro Thompson Anglo dis. de Opio.

Huc quoque spectat Crocus, quem perturbare mentem asserit Galenus 2. top. 1. & 5. simpli. 19. Quod aliis observationibus confirmarunt plerique: inter hos Joan. Michael Amatus Lusitanus, Emmanuel König Medicinæ professor Basiliensis, aliisque.

Memorabilis est de hyosciamo locus apud Scribonium Largum cap. 18. ubi ait: *Hyosciamum qui bibetur caput grave, venisque distentum habent, mente alienantur cum verborum altercatione.* Perbellas, atque elegantes observationes vid. in Uveffero tract. de cicuta aquatica, de hyosciami radicibus comeditis, & abhinc deliri curiosissimis, & plane ridiculis obortis, & in Simo. Schultzio, in Eph. N. C. an. 4., & 5. decur. 1. obs. 124. Verum, quod mirari magis subit, hyosciamo, vel exterius applicato, homines dementare, ut ex Rondeletii fide Platerus prax. T. 1. c. 3. testatur. Delirii ex hyosciami decocto Clystere exce-

pto

pto oborti mentio fit in eph. N. C. Dec. 2. obs. 73., nec non Decur. 3. an. 9. & 10. in appendice. Delirium etiam ex decocti foliorum hyosciami vaporibus, quin immo ex solis effluviis ex hyosciami feminibus in hypocausto reconditis exhalantibus refert Christian. Frider. Garmannus in iisdem eph. G. an. 7., & 8. decur. 3. p. 106.

*Cicuta Belladonna.* ] Ex radicibus cicutaæ pro petroselini radicibus comeditis religiosum quemdam sic mente captum fuisse, ut in vicinum lacum se præcipaverit, in anatem se transmutatum fuisse existimantem refert Kircherus Tr. de peste. Simile quid socio accidisse memorat.

Quod homines dementent ex usu Belladonnaæ, solanum furiosum, solanum maniacum a multis fuit appellata. Cujus rei exemplum prostat apud Cl. Hoechstäderum Decad. obs. 7. qui refert Belladonna per noctem in vino malvatico infusa, atque infuso fratri cuidam mendicanti propinato, primo breve delirium, cachinnos, gesticulationes varias, dein insaniam, postea stuporem mentis, qualis est ebriorum vigilantium, supervenisse. In eamdem rem legi meretur observatio 161. M. N. C. Decur. 3. an. 7., qua compertum est sex liberos assumptos rob baccarum solani somniferi (Belladonna enim, & solanum somniferum appellatur) quod loco baccarum ebuli confectum fuit, somno expergesitos tantum in fuorem actos fuisse, ut dimissis vestimentis, ac solo induiso velati clara die hac illac per vias plateasque discurrente gesticulando, tripudianto, cachinnando, & delira multa dicendo, peragendoque. Non solum autem homines dementant, si assument solanum istud, sed plerunque morte capiuntur. Cujus rei locupletissimos testes habemus Simon. Paulli in quadr. Bot., Lobelium in adversariis, Fabrum in Strychnomania, Wepffera tract. de cicuta aquat., ut mittam Matthiolum com. in Dioscor. lib. 4., Vierum de præstigiis demon. l. 3. cap. 17., Mercuriale lib. 1. de venenis cap. 13. Quo loco animadversione digna sunt, quæ prostant in hist. Reg. S. A. P. an. 1731. Solanum furiosum, & brassicam capitatum per analysis principia dedisse adeo similia, ut pro ejusdem plantæ principiis sumi possent, cuius analysis repetita esset. Mirum illius naturam adeo malignam, & deleteriam esse, hanc vero cibum saluberrimum, ac medicinam plane singularem, qua Romanos per sexcentos annos ad omnes fere morbos usos fuisse, & cuius ope familiam suam a lue pestilenti Catonem immunem servasse, tradunt fere Veteres rerum Scriptores. Ex quibus illud colligi jure posse videtur, vix, ac ne vix quidem fidendum esse Chymicis experimentis, quibus hodie maxime illustres Medici utuntur ad remediorum vires indagandas. Nempe narcoticæ plantæ, ac cephalicæ calidores, deleteriæ, alexipharmacæ, febrifugæ, catharticæ in salia, atque olea æquo penetrantia, æquo acida, aut acria resolvuntur, & a Cerealibus, ac Stramentariis stirpibus eadem eruitur salium, ac sulphurum copia, ita ut analysis ostendat non quænam sint medicamentorum principia, sed quas mutationes subeant ipsarum virium subiecta, & in quid transmutentur. (V. Macrop. pro Empirica Secta.) Alias observationes, quæ ad rem faciunt vid. in Willisio lib. de an. brutor. Helmont. libr. Demens idea, aliosque.

*Morsus venenatorum Animalium, philtrea.* ] Nemo ignorat ex morsu Canis, vel Lupi, Asini, Felis, aliorumque Animalium in rabiem actorum deliria suscitari, quibus homines eorum animalium mores induunt, de quibus dicimus infra cap. de Hydrophob. Morsu Tarantula homines ad saltandum excitari manifesta res est. Qua de re animadversione digna extant in Kircherio, Boyle, ac præ cæteris Baglivo, qui de morsu Apuli Phalangii perbellam dissertationem conscripsit. Mirum autem una cum motibus corporis mentem perturbari.

Huc referri debent philtrea, quæ latinis amatoria venena, seu medicamenta

audiunt. Horum etiam mentio fit a Marco Tullio amatorii poculi nomine, & ab Horatio *Epid. odes* 17. nomine desiderii poculi. Varia afferuntur a Roderico a Castro in *Med. polit.* nec non a Syl. Rattrai *in adit. ad sympath. rer.*, inter quæ meliora Semen virile, Sanguis Menstruus, Cerebrum felis, item virga lupi, scincus marinus, aliaque hujusmodi. Valere autem ad mutuum amorem ita conciliandum inter marem, & fæminam, ut qui amantem non redamat, efficiat, ut redamet, cum Helmontio pugnacissime sustinet Etmularus *Colleg. pract. p. 2. cap. 16. de deliriis in genere*, *O Specie p. 502.* Si tamen rem paulo serius, ac diligentius ad examen revoces, nullus dubito, quin nullius plane momenti rationibus sufficiam esse ejusdem opinionem deprehendas, atque propterea in illam doctissimi Sennerti, priore relictâ, quasi pedibus iturus sis, qui instit. *Med. lib. 2. p. 3. sect. 2. cap. 4. O pract. lib. 1. p. 2.* *cap. 10.*, virtutem hancce naturalibus philtris ineffe negat, dicet quedam philtra dari posse concedat, quæ dum Veneris stimulos, furoremque inducunt, homines dementant. Quorum meminit Ovidius de arte amatoria *lib. 2. ver. 106.* ubi habet.

*Philtra nocent animis, vixque furoris habent.*

Et Juvenalis sat. 6. v. 609.

*Theffala vendit*

*Philtra, quibus valeant mentem vexare marii.*

Quæ de Lucio Lucullo Imperatore, qui hausto amatorio poculo in furorem suffisse, & obiisse creditur, refert Plutarchus, & de Lucretio Poeta Hieronymus *in chronic. Euseb.* nugas esse, ac pharmaci quidem, sed venenatis in furorem actos illos perisse extra omnem dubitationis aleam est positum. Quamquam vero si amorem conciliandi virtutem habeant, cum delirium in falso judicio consistat, amantes autem marem, aut fæminam quam depereunt summum, ac sibi convenientissimum bonum, ejus possessionem summam felicitatem, privationem e contra summum infortunium falso arbitrentur, a recta ratione aberrare, & insanire eosdem manifestissima res est: unde illud

*Che noh è in somma amor, se non infania.*

*A giudizio de Savj univeriale.*

V. *Inter deliria, quæ a causis intrinsecis sunt, atrox, ac vehemens illud, continuum. Et cetera.*] Cum dicimus phrenitidem delirium esse atrox, vehemens, continuum, eo sane dicimus, ut discrimen appareat, quod inter hoc, & illas delirii species intercedit, quæ nascuntur in progressu febrium continuarum, acutiarum, quas fortes vocat Hippocrates, vel in principio febrium intermittuum, quas Ludovicus Mercatus, aliquip pernicioſas vocant. Quæ enim in febribus acutis, & principio febrium intermittentium nascuntur deliria, neque continua sunt, neque vehementia; intermittentibus enim, vel remittentibus febribus cessant, ac desinunt.

*Febrium adjunctam babens.* Per febrim phrenitis ab aliis omnibus delirii speciebus, quorum pulcherrima laus est febre carere, Mania scilicet, Melancholia, amore insano distinguitur.

*A meningum, & cerebri phlogosi, vel inflammatione.*] Ob id tandem quod phrenitis a Meningum, & Cerebri phlogosi, vel inflammatione ortum traducat tum ab aliis quibuscumque delirii speciebus discernitur, quæ a causis extrinsecis sunt, cujusmodi sunt Opium &c. tum ab aliis, quæ ab intrinsecis causis exoriuntur citra phlogosim, & inflammationem: quæ tunc oriri creduntur, cum sanguinis circa cerebrum nimius motus, fervorique peccat, & acres stimulantesque particulae in eodem exaltantur, atque una cum spiritibus animalibus in cerebri fibras illabuntur, ac tenuissima nervea filamenta pungunt, mordent, atque

atque varie, inordinateque concurunt, unde inconcinni tremores, falsa iudicia, ac delirium. Illud tantum animadvertisendum est sanguinis nimium motum, fervoremque, ac sulphurearum, subtiliorumque particularum exsolutionem, seu ut cum Bellino loquar, calorem, & siccitatem haberi quoque in Meningum, & Cerebri inflammatione, aut phlogosi, quæ propterea Veteribus fere omnibus cum Hippocrate, & Galeno, ac plerisque Recentiorum ita phrenitidis propria reputatur, ut solum delirium in quo adeat inflammatio phrenitidem nominent. Cl. Willifius (*a*) cum in ea esset opinione, ut crederet causam phrenitidis esse incendium spirituum animalium, hanc sententiam multis rationibus profigare conatus est. Atque ab anatomis quidem observationibus exordiens testatur sèpius vidisse Meninges, immo & Cerebri exteriorem ambitum tumore phlegmonode obseſſas, laborantes vero minime phrenesi: verum e contra torpore affectos, a Caro, aliisque soporosis affectionibus periisse. Huic favent quoque observations Cl. Sennerti, Heurnii, Waleſii, aliorumque, quibus compertum est cerebrum, ejusque membranas inflammatas fuisse absque delirio, & phrenitidem obortam absque earumdem inflammatione. Huc accedit inflammatis Meningibus, ac Cerebro, spirituum animalium vias angustiores fieri, & secretionem eorumdem, derivationemque in nervos imminui, unde soporosi affectus, ac virium collapsus. Cum igitur in phrenitide firmiores, fortioresque sint vires, ut ægri in furorem acti in adstantes impetant, luce clarius appetat phrenitidem ab inflammatione membranarum Cerebri, atque ejusdem substantiæ exoriri non posse. Verum præterquamquod Willifum dominant observationes multæ in M. N. C. *Dec. 2. an. 5. obs. 63.*, & Blancardi *in anat. pract. obs. 3.*, & Schenchi *lib. 1. fol. 64. O Petri Pavv. obs. 8. O Jo. Rhodii obs. 39. O 40. cent. 1.* qui sectionibus cadaverum phrenitide defunctorum institutis inflammatas Meninges, ac Cerebrum deprehenderunt, accedit præterea ad furorem phreneticorum non opus esse majore copia spirituum animalium in nervos irruentium, sed inordinatum eorumdem, ac perturbatum motum sufficere. Cum enim quedam nervea fibrillæ eorumdem influxu vigorentur, tendantur, quedam vero destitutæ flaccescant, ac collabantur, ecquis est qui non videat varias inordinatasque corporis concussions furoremque exoriri? Nonne etiam qui propter enormes sanguinis effusiones deficiunt, convelluntur? Quis tamen deficiente materia proxima spirituum, uberiorum eorumdem influxum in partes concedat? Vel si demus ab inflammatione cerebri, & meningum spirituum animalium secretionem, ac derivationem in organa sensuum, & motuum imminui, cum non æque atque in quacumque peculiari cerebri parte imminuat, quedam nervea filamenta inflari contingit, & tendi, quedam relaxari, & flaccescere, hinc inordinatae, variæque corporis concussions, hinc validæ membrorum concussions præsto sunt. Quid si secreti jam spiritus tenuijum, ac summe mobilium, acrum, ac stimulantium particularum admixtione coquincentur? Quotiescumque nimirum sanguis aut plus iusto rarefens, aut crassus, viscidusque non ea velocitate venularum capillarium extremitates cerebri ingreditur, qua per extremitates arteriolarum advehitur, sibi metiſpi liberum excusum præpedit, vel nimis adstrictis eorumdem vasculorum extremitatibus sanguis segnius, quam par est in vasis ejusdem movetur, oritur inflammatio imperfecta, quæ phlogosis appellatur. Si vero intra eadem vasa plaine subsistat, a sanguine continuo huc appellente globulosæ sanguinis particulae in lymphatica arteriosa coguntur, quæ proptera ob nimiam tenuitatem prænaturaliter distenduntur, atque insignem fibrillarum quibus contexta sunt distinctionem patiuntur, unde tumor, rubor, dolor, verbo dixerim, vera inflammatio. Facta inflammatione, partes sanguinis componentes sensim a se mutuo

(a) *De an. brut. p. 2. c. 10.*

cedent, subtiliores avolant, crassiores vero remanent, ac sensim sensimque corrumptuntur; hinc sulphureæ, volatiles, acres, stimulantesque particulae in sanguine exaltantur, in universam ejusdem massam diffunduntur, atque cum spiritibus animalibus in Cerebri fibras, hisque appenos nervos illabentes deliriū cum furore, audacia, febre, calore progignunt.

**VI. Hujuscæ cause antecedentes, & externæ sunt immoderatus vini, & spirituum ardantium, & rerum calidarum usus.**] Vinum atque ardentes spiritus valere plurimum ad sanguinem sulphureis quibus scatet particulis solvendum, ac rarefaciendum, hisce vero exhalantibus, crassis, ac terrestribus relictis, aciditate insigni qua pollent ad ipsum cogendum figendumque perspicuum est. Cum sanguis vel plus justo rarescens, vel crassus, viscidusque, ex superius allatis, inflammationi progignenda opportunissimus existat, jure merito inter causas phrenitidis externas recenserit nemo est, qui non videat. Quid quod sola ebrietate homines delirare coguntur? Apte cadit in hanc rem elegans Senecæ locus epis. 83. *Violentiam crudelitas sequitur, violatur enim exasperaturque exinde sanitas mentis.* Quod ipse Hollerius in com. sect. 5. aph. 5. confirmavit inquiens: *Sæpe accidit nostris, ut per ebrietatem fiant phreneticis similes, & delirent.* Hinc Platio in secundo de legibus pueris præcepisse fertur, ne usque ad duodevigescimum annum vinum gustarent, cum ob alias rationes, tum ob hanc potissimum, quod partem animi rationalem hebetem, turbidamque efficit, ut Galenus lib. I. de tenua sanitate ostendit. Unde olim Eoanus cecinat:

*Immodici sensus perturbat copia Bachi,*

*Inde quis enumeret, quot mala proveniant?*

*Corporis exhaustus succos, animique vigorem*

*Opprimit, ingenium strangulat, atque necat.*

Si de calidis rebus sermo sit, tenui, ac volatili sulphure, quo foetæ sunt, ubi ingeruntur, vasa, ac viscera stimulando in validiores, fortioresque contractiones agunt, unde sanguis attenuatur, exfolvit, atque ejusdem moleculis divisus, nimis tenuis, acrisque redditur, unde capillarium vasorum extremitatibus plus aequo constrictis, inflammatio.

**Aer nimis calidus, insolatus.**] Aerem nimis calidum sanguinem nimis fundere, rarefacere manifesta adeo res est, ut manifestior sit nulla. Illud tamen animadvertendum est, ubi calor aeris intensus, & diuturnus sit, humores incrasare, viscidos lentoisque reddere. Cum enim humidæ particulae, tenues, ac volatiles abscedant, crassiores vero relinquuntur, sanguinem infipissari, & cogi necessum est.

Hinc experientia compertum est post longam, & calidam astatem, morbos a nimia crassitate, & visciditate sanguinis exoriri. A melancholia dicebant Veteres: idque pluribus locis, præsertim vero sect. 3. aph. 22. docuit Hippocrates. Et Prosper Alpinus in Medicina Ægyptiorum refert; Ægyptios morbis ex crasso oriundis multo frequentius vexari, quam qui frigidas, & temperatas regiones incolunt. Alterutrum vero horum contingat, cum sanguis haud rapida per vasa Cerebri circulatione trajiciatur, inflammationem exoriri manifestius quidem est, quam ut ullis rationibus possit comprobari.

**Insolatus præterquamquod fibras præcipue capitis, quæ externis injuriis expositæ sunt, arefacit, duras, corneasque, & quod consequens est, ad oscillandum ineptas reddit, sanguinem præterea afflat, & congelat, hinc deficiente qua solidarum partium elatere, qua humorum fluiditate, facile obstrunctiones, stagnationesque contingunt, & inflammations.**

**Vehementes corporis, animique motus.**] Per vehementes corporis motus, seu magnos labores, atque exercitationes Musculi nimis frequenter, & fortiter con-

contrahuntur relaxanturque, hinc sanguinem majorem in modum exagitari, ac fundi manifestum est. Illud tamen etiam hoc loco animadvertendum est ab excitationibus, laboribusque corporis nimis magnis, ac diuturnis atteri plus aequo, ac solvi sanguinem, tenues ejus partes, sulphureas, ac volatiles abscedere, crassiores relinquiri, unde crassus, viscidus, ac lentus tandem evadit: hinc quotidiana experientia compertum est, sanguinem illorum, qui magnis, diuturnisque laboribus assueti sunt, viscidorem, lentiorumque esse sanguine eorum qui iisdem non exercentur. Sanguinem seu plus justo rarescentem, seu crassum viscidum, ac lentum inflammationibus occasionem præbere adeo manifestum est, ut nihil supra.

Si de motibus animi sermo sit, præsertim vero nimia lætitia, atque ira, cum cor, & arteriae cerebri, & fortius contrahantur, sanguis nimia velocitate mouetur, atteritur, funditur, & in bilem convertitur. Hinc vel plus justo rarescens, vel acrimonia sua extremitates capillarium vasorum cerebri convellens, atque angustans sibimet ipsi liberum excursum præpedit, unde inflammatio.

**Febres ardentes, acuta, Erysipelata &c.**] Symptoma febribus ardentibus frequentissime superveniens phrenitis est, seu inflammatio Meningum, ac Cerebri. Quamvis tamen hujusmodi febres cum inflammatione conjungantur, sic tamen conjunguntur, ut neque febres inflammationis causæ sint, neque inflammatio causa febris, sed ex accidenti nascatur. Cum enim in febribus ardentiibus Sanguis insigni peccet acredine (Hippocrates, Galenus, aliique dicebant a bile flava, vel sola, vel cum pituita permixta, Et mullerus item de nomine movens a sale volatili acri oleoso) irritare habet, & mordere cor, & arterias, unde validius, & fortius iisdem se contrahebitibus, sanguinem plus aequo atteri contingit, fundi, tenuem, atque acrem reddi, qui properea minima vasa capitis permeans, nerveasque eorumdem fibrillas convellens, atque extremitates angustans liberum cursum præpedit, unde inflammatio.

A febribus magnis, acutis, & fortibus solvi humores, solutos vero in pectus, pulmones, aut cerebrum decumbere, & inflammationem procreare notissima res est.

Idem plane dictum velim de tumoribus cuiusvis generis externis retropulsis, eorumque materia in cerebrum translata, a quibus frequentissime excitatas fuisse gravissimas capitis affectiones, ac phrenitides compertum est. Ex quibus liquido constare arbitror, quam caute topica medicamenta, retropellentia sint administranda in externis ejusmodi tumoribus, ut præ cæteris Cl. Aquapendens lib. de tumorib. testatus est.

Quælibet capitis contusiones, vulnera magni semper facienda sunt, licet levissima. Ex capitis enim percussionibus, accidente præsertim aliquo errore, perturbato aequabiliter, & ordinato per vasa cerebri sanguinis circuitu, Meningum inflammations obortas fuuisse legimus in Barthol. de angin. Epid. exerc. 3.

**VII. Signa imminentis phrenitidis sunt urinæ albæ, & lucidae in acutis morbis &c.**] Quotiescumque in morbis acutis urinæ crassæ apparent, & rubrae, plurimum crassæ, acrisque materiæ in sanguine contineri portendunt. Si ex crassis, & rubris in albas, & lucidas mutantur, ejusmodi materiem in aliquam corporis partem translatam esse, & decubuisse, significant. Vigilia autem indesinentes, ut vocat Hippocrates 2. progn. somni perturbati, inquieti, terrifica insomnia, aliæque mentis perturbationes in caput translatam esse, in eodem subsistere, atque ipsum lœdere protenso quasi dígito commonstrant, ut præ cæteris adnotavit Hippocrates ipse in coac. prænot. sect. 5. & 1. predictor. m. 10., & Prosper Martianus in adnotat. & Laurentius Bellinus de urinis part. 4. Et sane velli-catis ab acri materia nerveis filamentis, quibus Cerebrum, ac Meninges con-flate

flatæ sunt, sensuum exteriorum, internorumque organa, motuumque a voluntate pendentium ita permanere disposita, ut ab objectis facile affici, facile item consuetos motus exercere possint, nemo non videt. En vigiliis. Illud fatidem sequitur, omnes medullares Cerebri fibras hisque appensos nervos debito spirituum fluxu nunquam omnino defitit, atque omnia exilissima vascula collabuntur, sed quædam tantum, reliquis in eodem tensionis statu remanentibus, unde somni perturbati; excitata vero exemplo phantasia variis imaginibus terretur, hinc terifica insomia.

*Ad iram proclivitas, insolita garrulitas &c.]* Eadem de causa medullares cerebri fibræ cum varie inordinateque concutiantur, confusæ mentis cogitationes, ac falsa judicia ortum traducunt, species quædam excitantur, quæ ad minas, ad indignationem movent, insolita quædam garrulitas, morum, actionumque mutatione, qua æger si mitis alias, aut taciturnus aut modestus fuerit, ferocius, aut prompte, ac temere interrogantibus respondeat, aut indecora loquatur, & faciat: cum vero anima comparare non possit motus fibrarum cerebri cum motibus, quos alias conceperunt, nihil recordatur eorum, quæ sibi acciderunt.

*Dolor capitis vehementis.* ] Dolor præ cæteris ille vehementis, qui a materia in vasis Cerebri, ac Meningum congesta, ac nerveas fibrillas acriter pungentes, vel contactum particularum, ex quibus eadem componuntur, auferente, seu quod eodem recidit continuum solvēte exoritur, animadversionem meretur, quippe quo ægrum dire exercente, & urinis albis, ac mentis perturbationibus apparentibus, adduci possumus non solum ad suspicandum, sed ad vehementer credendum phrenitidem facile subsequi.

*VIII. Si eo usque increverit, ut pre atrocitate agri perpetuo fere manus capiti admoveant &c.]* Inflammationis rationem in eo sitam esse, ut partes rubræ sanguinis in lymphatica arteriosa cogantur supra ostendimus: hinc pars inflammatum tumet, rubet. Id ubi contigerit Meningibus, quæ exquisitissimo sensu sunt præditæ, oriri debere immanissimum capitatis dolorem manifesta res est. Hinc anima confusa, doloris tamen atrocitatem persentiens, spiritus dirigit ad eas partes, quibus spinam quasi capiti infixam avelli posse putat. En cur ægri manus continuo capiti admoveant, capillos avellant. Permanente porro eadem doloris causa, & varie inordinateque concussis medullaribus cerebri fibris, indignationis, odii imagines excitantur, unde ægri profilentes e lecto in adstantes impetuunt, furunt.

*Carotidum adsit, & temporalium arteriarum pulsatio, & turgentia, oculorum rubor.* ] Intercepto sanguinis per vasa cerebri circuitu necesse est, ut vasa sanguinem ad cerebrum deferentia, cujusmodi sunt Carotides, & temporales arteriae, nimia sanguinis copia distenta turgeant, vi autem, atque impetu in eorum latera irruente sanguine, atque obicem offendente præter modum pulsent. Ab eodem fonte emanare oculorum ruborem adeo manifestum est, ut probatione nullatenus indigere existimem.

*Objectorum geminatio, lucis aversatio, lacrymatio, stillæ sanguinis e naribus.* ] Nemo ignorat partes universas oculi plurimis vasis sanguiferis, arteriis scilicet a Carotidis internis, & externis, venis a jugularibus, vasis lymphaticis a Valsalva detectis, nervis plurimis, quorum princeps opticus est, donari; Carotidum majores trunco oculorum nervis allabi manifesta res est. Cum igitur sanguis carotidis occurrat impetu, ac vi summa ob inflammationis obicem, & quod magis est inæquali, utrumque opticum ab axe optico dimoveri, & objecta videri gemina necessum est. Cum vero in tunice adnatæ vasa tenuissima, atque exilissima præter subtiliorem, & pellucidam sanguinis partem rubra crassiorque exprimatur, altiusque penetret, oculi rubri, ac cruenti apparebunt.

Quæ

Quæ dum sunt, vasa eadem ob nimiam distensionem, ac tenuissimorum filamentorum, quibus contexta sunt, distractionem, a re qualibet, præsertim vero a radiis luminosis moleste afficiuntur, hinc lucis averatio exoritur. Stagnante autem ibidem sanguine, ex glandulis lacrymalibus major lymphæ copia exprimitur, hinc lacrymatio, disruptis vero extremitibus capillarium vasculorum, stillæ sanguinis e naribus.

*Pulsus durus, celer, frequens &c.]* Illud inflammationibus fere omnibus, atque iis præsertim, quæ membranosa occupant partes communæ est, ut pulsus duritatem conjunctam habeant. Cujus phænomeni ratio alia esse videtur, quam quod membranæ sensu exquisitissimo sunt prædictæ, a stagnante autem in eorumdem vasis sanguine in validiores, vehementioresque contractiones aguntur, majorem in modum tenduntur, ac tensionem per mirabilem nervorum consensum cordi, & arteriis communicant, unde pulsus durities; ex concitato vero, ac celeri spirituum motu, celeritas, ac frequentia; ex magna sanguinis copia ad inflamatam partem detenti, parvitas exoritur.

*Respiratio magna, ac rara.* ] Affluente magna spirituum copia ad sedem stimuli, diffusisque vi, atque impetu per nervos a cerebro prodeentes in partes sensibus externis, motibusque a voluntate pendentibus dicatas; reliquum est, ut parciores in Cerebelli fibras, indeque in nervos, & Musculos naturalibus motibus destinatos influant, ac Musculi præsertim pectoris respirationi inseruentes otientur fere, ac rarius moveantur, unde respiratio rara: Cumulata vero in nervis copia spirituum animalium majore, atque intra musculos tandem delata, magna.

*Lingua arida, nigra, flava.* ] Exagitata majorem in modum universa sanguinis massa, tenuibus, subtilibusque particulis exhalantibus, humidis absumpsis, lymphæ secretio in ore, fauibusque inhibetur; hinc arida sit lingua, erectisque, atque obrigescientibus pilis, qui per ipsam distribuantur, aspera evadit, superficie quidem nigri coloris obducta, si sanguis solus assatus subsistit, flavi vero, si sero ejusdem flavo, bilioso, ut ajunt, permixtus.

*Sitis fere nulla.* ] Quotiescumque Animalis mentis compos est, cum ariditas illa lingua, membranarumque oris, & fauicum haberi nequeat sine corrugatione, & contractione majore, quam naturæ ordo postulat, hæc autem sine mutatione contactu particularum, ex quibus nervus componitur, ideoque sine molesta sensatione cum incommodo, ac displicentia summa eamdem percipiens ad potum assumendum excitatur. Ubi arida, atque aspera sit lingua, sitis vero urgeat nulla, quid aliud tandem arguendum, si delirium excipias? Cum nimis varie, inordinateque concutiantur, vellicenturque nerveæ cerebri fibræ, atque Animal deliret, a molesta illa sensatione minime excitatur, hinc ad potum assumendum nulla proclivitas, cum intensissima sitis præ lingua ariditate esse deberet.

*Stridor dentium, phlocorum, & festucarum collectio cum tremore manuum &c.]* Spiritibus animalibus hac illac cæco impetu irruentibus maxilla inferioris musculos nunc relaxari, nunc vi summa contrahi contingit, hinc dentium stridor, quosdam alios sic moveri, ut ægri phlocos, & festucas colligere videantur, verbo dixerim universi corporis partes, ac viscera secretoriis humoribus, excretionibusque dicata varie inordinateque moveri, agitari, convelli, unde tremores, urinæ suppressiones, aliaque ejusmodi præsto sunt.

*IX. Ægrum a garrulitate in silentium, a vigiliis in somnum &c.]* Phrenitis, de qua hactenus sermo est habitus, mitior phrenitis, seu ut ajunt in dispositio ne nominatur. Est porro alia cujus meminit Hippocrates in coac. præ. sect. i. n. 81., quæ phrenitis in habitu, & hecita nominatur, ejusdemque causa insens, & confirmata inflamatio Cerebri, ac Meningum esse creditur, qua sit,

Tom. I.

L

ut

ut valde tumentibus Meningibus, vel plus æquo contractis glandulæ cerebri spiritibus secernendis, nimium compressæ, impares redduntur. Quæ dum sunt, sensuum omnium, motuumque a voluntate pendentium interceptio contingit, atque ægri actiones omnes moresque mutant. Hic autem status minus peritis somni naturalis specie facile imponit: ac propterea ad credendum vehementer adducuntur morbum certo, feliciterque profligatum iri. Vim animis addidit Hippocratis aphorismus 2. sett. 2. *Ubi somnus delirium sedat, bonum.* Et vero somnus in omnibus delirantibus optimum significat. Ad febrem tamen, quæ phrenitidem certo certius comittatur, si respicias, vix ac ne vix quidem simulata hac mansuetudine falli poteris. Ut enim delirium ab inflammatione Cerebri, ac Meningum sedari dicatur, necesse est, ut cum somno cesset febris; siquidem cessante febre, delirii causam, inflammationem scilicet cerebri, vel membranarum ejus removeri ambigendum non est. Si vero transitus improviso fiat a summa sensuum, & motuum perturbatione in eorumdem interceptio- nem, eadem permanente febre, de inflammatione jam confirmata si non certo statuendum, at vehementer suspicandum.

X. *Dolor capitis acutissimus in gravarium mutatus, sopor improviso invadens, pulsus &c.*] Acutissimus morbus phrenitis est, & 3. 4. aut 7. die plerunque hominem occidit, ut testatur Hippocrates lib. 3. de morb. n. 9. Mortis causa sæpe inflammationis vehementia tanta est, ut substantia cerebri corrumperetur, & corrupta diffundat. Quod ubi contingat, sensatio tristis, ac dolor cessat, ac sopor invadit, quæ duo si solum spectentur, bonum significare videntur.

At si ad pulsum attendatur, vires nempe cordis atque abhinc prodeentes actiones corporis non solum languescentes, sed fere sublatas, unde ægri foecum, urinæ involuntaria excretione tenentur, cuinam quæso non veniat in mentem suspicari inflammationem cerebri in sphacelum transisse, argumentum mortis prope certissimum? Enimvero quamvis non desint exempla eorum, qui per os, & aures excreto pure sunt sanati, rarissimum tamen est, inflammationem hanc si ad suppurationem devenerit, in salutem terminari. Cui quidem rei plurimum tribuit flacciditas Cerebri, ac mollis nimis, ac tenera ejusdem substantia, unde loco boni, ac laudabilis puris, partis corruptio, mortificatio, ac sphacelus exoritur.

XI. *Satius est febrem prius desinere quam delirium.*] Sunt quædam deliria, quæ in accessionibus febrium intermittentium exoriuntur, hæc autem soluto paroxysmo statim sedantur: sunt quædam quæ in principiis febrium acutarum apparent sine coctionis signis, & pessima censentur, vel coctionis signis apparentibus, & salutaria creduntur, nonnulla tandem sunt, quæ etiam post febrilem solutionem durant. Isthæc porro nihil facienda sunt. Vel enim accessiones febrium intermittentium occasionem dederint, vel febris acuta, illa materia in cerebrum translata, ubi febris cessat, non aliud ominari fas est, quam varias adhuc fibrarum cerebri concussions, motusque inordinatos a prægressa irritatio- ne in easdem inducta, quæ tandem sensim, sensimque, ac sponte desinere solent.

XII. *Copiosam, & largam narum hemorrhagiam, alvi fluxum &c.*] Quamvis omnes evacuationes post vigorem supervenientes significant materiam secretioni jam aptam per emissaria naturalia amandari, unde sperandum sit morbum debellatum iri, illud tamen observationibus cum Veterum, tum Recentiorum Medicorum compertum est, in plerisque morbis capititis, narum, aut largam hemorrhagiam, aut alvi fluxum levamen afferte plane mirabile. Si de hemorrhagia sermo sit, manifesta res est. Depletis enim sanguiferis vasis præterquam- quod validius, & fortius iisdem se se contrahentibus, quod hærens est dimove- tur,

tur, quod crassum attenuatur, effusis præterea in lymphatica vasa particulis locus datur, unde circulo restitutæ cerebrum, ac Meninges ab inflammatione liberant. Paulo obscurior res videtur de alvi fluxu. Si tamen consideremus canalem intestinorum longissimum esse, omnisque generis vasculis, glandulis, emissariis donari, unde humores diversissimæ naturæ separantur, quidni liceat conjectare, magnam fieri a capite revulsionem humorum, qui Cerebrum, ac Meninges vellicando, vel vasa earumdem sanguifera obstruendo inflammationem efficiunt?

XIII. *Simul ac phrenitis se prodit, viresque robustæ sint, vena sectionem in brachio &c.*] Phrenitidem curaturo nihil aliud præstandum esse, quam ut ha- rentem sanguinem, vel in insolitas vias effusum circulo reddat, ejusdem afflu- xum ad caput impedit, calorem, fervoremque temperet, inconcinnos motus fibrarum Cerebri compescat, adeo manifesta res est, ut manifestior sit nulla. Quæ singulis satisfacient indicationibus videamus. In fonte Chirurgico Veterum, & Recentiorum consensi principem obtinet locum venæ sectio. Depletis enim, atque extinxitis vasis sanguiferis, præterquamquod subsistens sanguis, vel extra vala sanguifera effusus circulo restituitur, accedit præterea mutuas partium sanguinis allisiones, atque abhinc prodeuentem sulphurearum, volatilium, subtiliorumque particularum exsolutionem tolli, fervorem temperari, tandem prohiberi, ne præ valorum turgentia acres, stimulantesque particulae in tenuissima filamenta cerebri se se insinuant, altiusque penetrant.

Quo ex loco detrahendus si sanguis lis orta. Nonnulli venæ sectionem re- vulsionis gratia instituunt in pede in eam spem facile adducti, ut credant quam minima sanguinis affluere ad locum affectum saltem per aliquod tempus, quod tempore fieri posse putant, ut fibræ affectæ partis non adeo irruentis sanguinis impetu distractæ se se validius, & fortius contrahant, stagnantesque humores propellant, atque discutant. Venam deinde brachii secandam curant, rati fore, ut succedens sanguis, qui per axillarem arteriam advehitur, minus a præcedente impediatur, & amplius in vasis spatium natus velocius per illa moveatur, quam per reliqua, hic a corde propulsus minorem resistentiam inveniens, quam ad inferiores, illuc velociter fluat, atque hærentem jam sanguinem dimovat, unde effusus in vala iterum se recipiat, ac circulo restituatur. Quo facto si adhuc urgeat morbus circa affectam partem venas incidentes; alii quidem cum Tralliano venas frontis, alii cum Freindio venas jugulares; alii venis narum, & aurium hirudines applicant. Non est cur diutius in hac quæstione immoremur, cum satis liquido constet ex dictis cap. i. de apop. com. in aph. 15. secta vena pedis nullam, vel fere insensibilem fieri ab affecta parte revulsionem, moderatam si secat vena brachii, maximam omnium si jugulares; ac tum solum ad sectionem sphænæ deveniendum esse, cum suppressis Mensibus, aut Hæmorrhoidibus motus est sanguinis a partibus inferioribus ad caput nimis velox, qui secta eadem vena præpediri, aut plurimum saltem imminui potest.

XIV. *Si vires imbecilles sint, vix Salvatella secunda. Cucurbitula vero &c.*] Animadvertisendum est repetitis vicibus, & liberaliter detrahendum esse sanguinem, ubi vires ægri firmæ, robustæque sint. Non desunt enim observationes Medicorum, Lindani præsertim, quibus compertum est plusquam octo libras sanguinis quatuor dierum spatio optimo successu phreneticis fuisse detractas.

Et si vel ob ætatem senilem, vel ob evacuationes prægressas, vel ob morbi diuturnitatem vires fractæ jam sint, licet in sanguine evanundo in vehemen- toribus affectibus timidum Medicum esse non decet, verendum tamen, ne cum ægri damno sit liberalis. Solum igitur Salvatella aperienda, cuius per bella

laus est sanguinem éducere, minori virium detimento. Si ex vasis majoribus, & insignibus detrahatur sanguis in virium debilitate, verendum est, ne experimeta per mortes agere videamur, atque Asclepiadis reprehensionem incurramus, qui ut refert Celsus lib. 3. cap. 18. scriptum reliquit periinde esse phreneticis sanguinem mitti, ac si trucidarentur. Cui porro prodesse non valeat curbitula magna scarificata occipi applicata, cum vasa majora secari minus tuto queant? Hoc remedii genus frequenter in usu fuit veteribus Medicis, præsertim Cornelio Celso, & Cœlio Aureliano, ac sanguinem in violentis capitum affectionibus exsugere magno cum fructu testatus est Zactus Lusitanus lib. 1. de medic. princip. hist. 31.

XV. Hirudines quoque, præsertim ubi suppressio sit hemorrhoidum &c.] Hirudines Animalcula quædam sunt in paludibus degentia minutissimis, & acutissimis dentibus prædicta, quibus cutim apprehendunt, scindunt, & sanguinem exsugunt in plerisque morbis magno cum fructu. Quamvis autem iis partibus quæ aut affectæ sunt, aut iisdem proximæ applicari possint, ut in capitum, & oculorum morbis post aures, in temporibus, sub naribus, & similibus, locus tamen omnium usitatisssimus, cui applicari solent, hæmorrhoides sunt, ubi præsertim eorum fluxus suppressus, aut imminutus est, unde plurima mala præsertim vero capitum cum delirio exoriuntur. In his autem affectionibus hirudines sedalibus venis applicitæ mira præstare observantur.

XVI. A purgantibus cujusvis generis prorsus abstineo, contentusque sum sero lacte Tamarindato &c.] Sunt qui in deliriis, atque iis præsertim, in quibus adest pravorum humorum primas vias occupantium copia, purgantia medicamenta præscribunt, verentes ne sanguinis massam subeuntes, & ad Cerebrum delati morbum augeant, aut confirmant. Ansam dedit Hippocrates, qui ut notat Martianus de viti. rat. in acut. n. 36., & lib. 3. de morb. n. 9. a purgatione non abstingit in omnibus inflammationibus, præsertim cum Cacochymia vigeat, & materia turget, id est ut ex Phœsi versione ait idem Hippocrates, impetu suo ad excretionem fertur. Raro autem id contingit si eidem Hippocrati fides habenda sit 1. aph. 24. quo loco inquit: *Concocta medicari oportet non crudia, neque per initia, nisi materia turget, raro autem turget.* Ex quibus liquet suspectam esse purgationem in ejusmodi morbis, nec citra noxæ periculum institui posse. Cum vero munus Medicorum sit turris remediis, quantum fas est, morbos aggredi, luce clarius apparet a purgantibus in phrenitide abstinendum esse. Quæ res sic a plerisque accipitur, ut omisssis purgantibus stricte dictis, ad lenientia confugiant. Nos ab his sumus. Non autem lenientia cujusvis generis adhibenda, sed ea tantum, quæ biliosis humoribus evacuandis, & ex massa sanguinea præcipitandis, ut ajunt, & nimia sanguinis effervescentia compescendæ opportunissima existunt. Inter hæc principem obtinere locum serum lactis, tammarindis blando, suavique acore prædictis alteratum, manifestius quidem est, quam ut ullis rationibus possit comprobari.

Nec non Clysteribus emollientibus.] Ea est inter nervosas partes connexio, ut una affecta, alia quoque licet longe distitæ afficiantur. Hinc non raro medentibus solemine est in quibuscum partibus carteroquin sanis remedia applicare, ut quæ infirmæ sint, licet longe distent, leventur. Cum enim aliqua sit istarum partium per nervos communicatio, fit ut unius fibris laxatis, aut constrictis alias tendantur, relaxenturque. Ex his liquet, cur in deliriis, aliaque capitum morbis Clysteres emollientes tantopere opitulentur. Non solum enim qui in crassis intestinis existunt humores evacuantur, unde tenuja etiam facile exonerantur, ac faculenti humores e sanguinis massa secreti ad intestinorum glandulas ablegantur, sed quod magis est, nervosæ capitum partes, quæ ni-

mis tensæ sunt, & spastmo constrictæ ob mutuam cum intestinis singularem plane, ac mirabilem consensum relaxantur, atque ea ratione, qua opus est, ad salutem afficiuntur. Quo loco minus mirari subit inter refrigerantia medicamenta Clysteres principem obtinere locum voluisse, ( quem quis non audiat? ) Sydenhamum.

XVII. Copiose potionis ex sero lactis destillato, aquæ fillat. portulac. malv. &c.] Aquæ stillatitiae Portulac. Malvar. non solum diluendi vim habent, quod aquis omnibus solemine est, sed acres, volatiles, sulphureas particulas in sanguine exaltatas, atque in universam sanguinis massam diffusas, rationes salis cuiusdam nitrosi, aut huic persimilis temperant, fervore inque nimium, atque effervescentiam compescunt. Quod eo magis evenire censendum est, si moderate acrida, cuiusmodi sunt acetosa, ribes, Berberis ura adhibeantur, quibus etiam ejus dissolutio facile præcaveri potest. Aqua anagallis flore phænico tamquam specificum phrenitidis remedium a Sennerto, Hartmanno, Willisio, Etmullero aliisque commendatur. Eamdem ipse non semel adhibui, verum vix ullo laudabili eventu. Quæ res efficit, ut deinceps non plus ei tribuerem, quam ceteris aquis nulla alia facultate magis præstantibus, quam diluente.

Decoction, earumdem plantarum &c. cum nitri puri &c.] Tantus fervor, atque effervescentia est in phrenitide, ut non uno remedii genere temperari queat. Quare præstat decoctiones plantarum refrigerantium mane exhibere, vespere autem emulsiones seminum oleolorum in aquis ex iisdem elicitis paratas, addendo nitrum purissimum, quod quidem blande attenuando, sed simul sanguinis motum compescendo, fervore inque temperando efficere potest, ut hærentes in vasis sanguiferis humores blande dimoveantur, effusi in ea iterum recipient, ac demum, ne præ impetu incongruae particulae in Cerebri filamenta exprimantur, aliusque penetrant. Mirum autem hac motus retardatione, sero latice a reliquis partibus secessum, ejusdemque ad renales porulos juxtam applicationem, atque abhinc prodeuntrem separationem promoveri. Cum in phreneticis urina sepe saepius supprimatur, quod constrictis nimium præ convulsione renalibus porulis, vel sanguis nimis rapida circulatione per vasa corporis trajectus, ita iisdem applicari nequeat, ut seri separatio habeatur, illud etiam commodi sequitur ex illius usu, ut suppressa urina revoetur. Quod tunc præsertim contingit, cum nitri particulae divisa, soluta, & sociatae oleosis aqueisque particulis, quibus constant emulsiones, venas lacteas facile subeuntes, in sanguinem evehuntur, atque ad renales porulos una cum sero latice promptissime appellunt. Celebre est experimentum Cl. Malpighii lib. de polypo cordis, quo ab infuso cani robusto per venam jugulari nitro ad drachmas sex, nullam observatam fuisse mutationem præter urinæ copiam majorem compertum est.

XVIII. Depletis vasis, & impuritatibus humorum educatis, ad camphoratam emulsionem devenio, quam &c.] Utrum opiate, & narcotica in phrenitide convenient, quæstio est inter Medicos longe gravissima. Alii cum Celso lib. 3. cap. 18. in ea sunt opinione ut credant, quotiescumque somnus aliis medicamentis conciliari minime potest, tum demum opiatis conciliandum esse. Atque hi quidem in deliriis, tamquam ad lacram anchoram, ad opiatæ, & narcotica, ea que fortissima confugunt. Alii e contra cum Cœlio Aureliano lib. 1. cap. 4. ab opiatis abstinendum esse sustinent, cum stricturam, & inflammationem augere valeant, aut confirmare. Alii demum medium tenent viam, atque in illorum usu cautissime procedendum esse arbitrantur. Cum enim in phrenitide præ vasorum turgentia incongruae particulae in cerebri filamenta exprimantur, verendum est, ne horum usu vel nimium figantur spiritus, vel magis adhuc perturbetur eorum motus, unde phrenitis in sponsum affectum mutetur, aut æ-

ger magis delirus fiat, ut cum Alexandro Tralliano, & Celsi, viri præstantissimi Willius, & Etmullerus animadverterunt. Illud præ cæteris cavendum est, ne ante universalia remedia opiatis utamur. Nisi enim morbifica materia aut penitus eiiciatur, aut plurimum saltem minuatur, vasaque depleantur, non solum incasum opiatis utemur, sed periculum est, ne materiam orgasmum suffitatem ad exitum paratam intra corpus cohibeamus. Sic in febribus cum cruda adhuc, & inconcocta est materia, dici vix potest quam infidus sit opiatorum usus. Si circa statum adhibeantur, in quo delirium plerunque supervenit, vel circa declinationem, propter crisim, quam supprimunt veneni ad instar agere, præclare ostendit Ballonius lib. I. consl. cap. 65. idque multis exemplis confirmat. Quemadmodum autem ante universalia remedia opiatis ut minus licet, ita ubi vires fractæ sunt, opata cane pejus, & angue fujienda sunt. Periculum enim est, ne quem obdormire volumus, excitare postea non possimus, ut perbelli Celsius ajebat loc. cit. Plures historias eorum, qui ex improviso opiatorum usu pessime habuerunt vid. in Sanctorio de method. vitandi errores lib. 7. c. 12., Willisio in pharmac. rat. p. 1. Sennerto Prax. lib. 6. cap. 1., & Foresto lib. 9. obs. 14. Multi infestam Opii vim corrigerem conati sunt. Alii quidem Castoreo, & Croco, alii salibus alchalicis tum fixis, tum volatilibus, alii spiritu vini, alii succo cydoniorum fermentelcente, alii acidis liquoribus, spiritu nempe vitrioli, sulphuris, in primis vero aceto. Quam mira res videtur, sic persæpe dissentire Medicos inter se, ut quæ gravissimorum morborum medicinam plane singularem nonnulli credunt, alit tamquam venena homini infestissima altiori voce damnent, cum interim quisque sua sine ullo discrimine ægris præscribant. Quid Castoreo, Croco, aliisque volatilibus cum spiritu vini, vitrioli, sulphuris, aliisque viscidis liquoribus commune? Si quid in re ardua, ac perdifficili sentio, quandoquidem Opium ad somnum conciliandum præscribitur, cum simplici aqua præparatum, cæteris omnibus præparationibus anteponendum esse cum doctissimo Wedelio traderem; si quidem hac ratione præparatum non solum a fordibus, terra, arena, aut aliis inquinamentis, quibus conspurcatum ad nos solet pervenire, expurgatur, sed sua illa resina reformatanda spoliatur, ut præ cæteris ostendit Cl. Geoffroii Mat. Med. p. 2. *De Op.* Et sane usu tincturæ opii cum spiritu vini parata hypochondriacum quendam insomniis affectum, phrenitide divexatum saepius vidisse testatus est, cum usu tincturæ Opii cum aqua parata somno placido corriperetur. Opii tincturam aceto paratam urinas nonnunquam supprimere Jacob. Le Mort Chymia peritissimum observasse refert. Quæ cum alchalinis, urinosis, ac volatilibus salibus præparatur, acrimonia sua membranas sollicitando, vellicandoque ad somnum conciliandum parum utillem esse lippis æque, ac tonsoribus notum est plus, quam ipsorum digitii atque unguis.

In delirantibus autem phrenitide divexatis Opii usum, quacumque tandem ratione præparatum, ac correctum fuerit, minus tutum censemus: multo minus Mandragoræ, Hyosciami, & alia hujusmodi, quæ a multis Herachidis præeunte exemplo usurpari solent. Cur enim id quod morbi alicuius causa sit, ejusdem remedium esse queat, omnino non video. Nonne Opium, Hyosciamus, aliaque id genus deliria suscitant? Ex dictis de delirio in genere propositio patet. Huc accedit, *Opiata nequaquam affectiones ipsas, in quibus dolores fuit curare, verum stuporem, & sensus hebetationem membris inducendo, quietem quendam doloribus obducere*, ut præclare ostendit Aetius noxas ab opiatis ferm. 12. describens: quod confirmat lib. 9. p. 102. dum ait: *Sedant cœlestis dolores, causam vero intus reservant, & aut paulo post animi deliquium inferunt, & mortem, aut diuturnos, & indissolubiles affectus reddunt*. Plures historias eorum, qui im-

pune

pune enecati fuerunt propter opiatæ vid. in Cl. Stahlio *diff. de impostura Opii*. Ea igitur nobis maxime probantur, commendanturque, quæ acres stimulantefque, ac nimium mobiles humorum particulas demulcendo, ac refrænando, ac motrices fibras laxando, atque emolliendo spiritus cæco impetu hac illac ruenentes ad placidum & æquabilem motum redigunt, ut moderate in fibras influendo moderatam etiam in iplis tensionem efficiant. Talia porro sunt, non quæ striete narcotica, idest soporem inducentia, appellantur, sed quæ anodyna, seu quod eodem recidit, demulcentia. Huc spectant semina frigida majora, ex quibus emulsiones parantur, huc aquæ ex plantis refrigerantibus elicite, cujusmodi sunt Endivia, Lactucca, Nymph. & similia. Nitrofa præ cæteris virtute hac anodyna præstant, ac camphora. Est camphora succus concretus, qui ex arbore quadam in Japoniæ sylvis absque cultura sponte crevit, ut liquet ex Cl. Breynio in *exot. plant. cent. 2. & Kleyro in annotat.*, qui succus vel naturaliter disrupto cortice stillat, vel inciso. De ejusdem vero succi natura quæstio est. Nonnullis persuasum est camphoram esse resinam similem omnino aliis resinis, quæ ex plantis resiniferis habentur. Verum hanc opinionem rejecit præclare Cl. Fridericus Hoffmannus, qui accuratissime hujuscem concreti naturam perscrutatus est. Ne diutius quam par est in hac re immoremur, paucis habeto. Postquam ostenderit præclarus Auctor differentias, quæ intercedunt inter resinas tum naturales, tum artificiales, & camphoram, hoc etiam fundamento evincit discriumen interesse sumnum. Observat nimurum camphoram egregie dissolvi spiritu vini, & partes spirituosas vini attrahi invicem a camphora, & arcte simul uniri. Cui addi posset non solum spiritu vini dissolvi camphoram, sed etiam vino, quod maximam partem aqueum est. Quæ de resinis affirmari non possunt. Reliquum est igitur, ut in oleorum censu veniat. Duplex autem est spirituum volatilem genus: oleoforum fluidorum, & alchalicorum, qui spiritus locum habere possunt in febribus acutis pro varietate caufarum, a quibus originem suam mutuantur. Ubi adeo humorum crassities, visciditas, & lento, adhiberi solent spiritus alchalicus, qui attenuandi, dissolvendi virtute donati creduntur, ita tamen ut interdum humores ipsos nimis exagitent, fervoremque nimium, atque effervescentiam progignant. Quæ virtus maxime eluet in volatilibus oleofosis corporibus, quæ diutius in actione perennant, cumque obicem offendant, eo magis vires suas exerunt, exagitant, commovent, caloremque summum, ac fervorem excitant. Nihil fere commune cum his habet camphora, quæ adeo tenibus, ac volatilibus, subtilibusque particulis constat, ut cito e corpore avolat, in omnes partes, ac recessus sece insinuat, poros omnes intime penetret, absque eo quod calorem, fervoremque intendat, sed potius sedet, ac compescat. Si alia aetherea olea exalari sinamus, crassam relinqu portionem, propter quam in actione perennant, deprehendimus, si camphoram, nihil crassi, nihil fixi remanere, summæ tenuitatis, ac volatilitatis argumento. Frigidam propterea facultatem tribuebant Veteres camphoræ. Quod tamen non ita accipias velim, ut intelligas camphoram actu frigidam esse, sed qua demulcendo, qua obstructiones referando, qua coagulationem humorum resolvendo, solutasque particulas per apertos cutis poros, aut excretoria compellendo, caloris causam removere, atque hac ratione calorem ipsum, ac nimium fervorem temperare. Cum tenuissimis, ac volatilissimis constet particulis, in medullares usque cerebri fibras, & appenos nervos sece insinuat, cumque spiritus offendat sibi homogeneos, viam iplis sternit, & in ordinem redigit: hinc fit ut laxatæ partes vigorentur, æquabiliter tendantur, interceptus in quasdam partes motus restituatur, æquabilis redatur sanguinis circuitus, spasmodici motus sedentur, somnus, quies concilietur. Veteres Medici parca dosi camphoram exhibere solebant. Quo loco notatu-

di-

dignum est Cratonem robore maxime valentibus subiectis vix tria grana praescribere ausum fuisse: Danielem vero Ludovici in Pharmacia affirmare non dubitate angustias insignes, solutiones virium funestas, ebullitiones, & id genus alia excitare. Qui tamen dici vix potest in quanta obscuritate versetur, cum multis, ac frequentibus, certis ac constantibus observationibus compertum sit camphoram etiam in magna dosi exhibitam non modo calorem augere, sed potius manifestum refrigerium efficere. Laudatus Hoffmannus experimento saepius facto ex camphorae usu ad scrupulum unum, & ad drachmam semis exhibitora nullam neque in urina, neque in pulsu, neque in calore mutationem vidisse testatus est. Grates habenda sunt Cl. Riverio, quod primus fere camphora uti cœperit magna dosi in plerisque morbis, praesertim vero febre maligna cum delirio, ac motibus convulsivis, eventu felicissimo, ut liquet ex ejus observationibus cent. 1. obs. 24. 29. cent. 2. obs. 18. 62. 64. 72. Quem postea Angli adeo sequuntur, ut in omnibus fere morbis, in quibus spiritibus placida exoptanda tranquillitas concilianda sit, eamdem magna dosi usurpare non dubitaverint. Mirum immania deliria, diras convulsiones eadem profligatas fuisse. V. transact. ph. Angl. Dici autem vix potest quam utiliter uniatu*r* aliis remedii, quæ causa morbum facient aduersantur: in primis nitro, quod ad nimiam humorum effervescentiam, fervoremque temperandum plurimum valet: tum stibio diaphoret. aliisque similibus, quæ acorem, quo succi praesertim primarum viarum, a quo sanguinis densitas exoritur, imbibendo, ad diaphoresim egregie disponunt. Eque felici connubio conjungitur camphora cum emulsionibus, & aquis refrigerantibus. Cum enim emulsiones ex oleosis partibus, & aqueis ope farinæ arte simul unitis constent, fit ut subtilissimæ camphoræ particulæ dissocientur, disgregenturque, hinc facilius venas lacteas subeentes in sanguinem propellantur. Mirum neminem adhuc delirantem, cui mature haec emulſio propinata fuerit, vidisse, qui in pristinum valetudinis statum restitutus non sit.

XIX. *Ubi vigilia intensissima urgeant, ac malignitas conjuncta sit, bolum ex camphor. cinnaber. &c.* ] Ea etiam est camphoræ praestantia, ut cum remedii aliis, quæ parem sedandi virtutem habent, commisceri queat. In horum censu venit Cinnabaris cum nativa, tum antimon. parata; vires enim æquales utramque habere crediderim, licet nonnulli antimonialem preferant, praestantiores, aut saltem mitiorem censentes. Hujuscce porro medicamenti vis anodynæ est, & in deliriis, ubi praesertim malignitas conjuncta est, eximii usus. Certe in phrenitide quæ febribus malignis supervenit quam maxime efficacem esse cinnaberim expertus sum, cum alia remedia minus commode responderint: neque efficacem tantummodo, sed & adeo tutam, ut valde mirer de ejusdem inutilitate, ac noxa Roerhaavii præente exemplo, varia vago Medicorum rumore circumferri. Præ ceteris omnibus papaverina remedia, sed quæ ex papavere cum sativo, tum erratico, ac sylvestri, quod rhæas dicitur, parantur, somno conciliando præstant. Hinc florum extractum, seu succus eorum inspissatus, si cum camphora, & cinnaberi exhibeat, ad vigilias in deliriis intensissimas moderandas aptissimum si quod aliud medicamen existit.

XX. *Opiata, ac narcotica raso capiti applicata, uti pariter repellentia &c.* ] Sunt qui remedia fronti, & raso capiti admovenda ex Opio, Croco, Sale Satureni, aliisque cum stuporem, tum frigus inducentibus parant. Sic Etmullerus ex Rulando epithema linteis duplicatis fronti applicandum describit ex aqua rofar. Opio, & Croco, atque aliud ad imitationem ejusdem ex aqua spermat, ranarum, succo cancerorum fluvialium contusorum expresso, Opio, Camphora, Croco certa ratione mixtis, & temperatis componit. Quidquid tamen aliis videatur, si quid sentio, vix, ac ne vix quidem ejusmodi medicamentis exter-

ne admovendis utendum traderem. Cum enim externas capitales partes vel plus æquo relaxent, vel constringant, efficiunt, ut segnus quam par est moveatur per easdem sanguis, ideoque velocius, & uberior fluat in internas. Constat enim ex hydrostaticis legibus stagnante, aut segniter motum in aliqua parte sanguinem ansam præbere, ut in aliis uberior, & velocius excurrat.

Aucto autem sanguinis motu per vasa Cerebri, & Meningum, verendum est ne si obstructioni tollendæ par sit, quod certo certius evénire censendum est; si sanguis in vias insolitas effusus iisdem tenaciter adhæreat, inflammationem augeat, aut corfirmet.

Quam apte de repellentibus frigidis Cælius Aurelianu*s* acut. morb. lib. 1. cap. 16. loquitus est, eorum usum condemnans, quod cum frigide, & constrictivæ virtutis sint, corporis densitatem, & adstrictionem efficiunt, inflammationem adaugent.

Quamquam si de illis etiam sermo sit, in quæ Crocus ipse recipitur, sciendum est periculosissimum esse eadem applicare, cum insignes mentis lassiones, nervorum affectiones subsequantur. Hinc recte monet Cl. Hoffmannus de emplastro Oxycroceo, ne in fracturis usurpetur, dum adhuc affluxus pertimescit, experientia enim docuit magna in ægrum detrimenta emanare.

Quod sua quoque experientia Simon Paulli quadr. Botan. confirmavit. Satius igitur est animalia viva, & praesertim columbos per medium distractos capiti raso applicare suppositis pannis, ne cito frigescant, quorum pulcherrima laus est naturali calore consistentem sanguinem dissolvere, perspirationem promovere, valorum systalticam vim confirmare, hærentis aliquibi sanguinis fluxilitatem, ac motum conciliare. Remedii sane genus, quod a Veteribus Medicis tamquam efficacissimum adversus inflammationem Cerebri, ac Meningum miris laudibus prædicatur. Uno remoto, alterum substituendum esse Lindani monitum est. Sic enim & dolorem, & delirium mitescere testatur, additque Animal horulæ spatio relictum fædissimum odorem contrahere, ut proinde in aqua sit immergendum.

XXI. *Vesicantia perquam raro bene cedunt in phrenitide.* ] Commoda quæ ex usu Vesicantium in plerisque morbis exoriuntur supra recensuimus cap. 3. de Leth. com. in aph. 29. Non raro tamen vigilias contumaciores, deliria, convulsiones, viscerumque inflammations producerè ostendimus. An est igitur, cur corpora eorum, qui phrenitide detineruntur, iis pertractemus, quæ deliria saepius excitant, vigilias, convulsiones? Non semel vidi, quod sancta fide testor, in acutis febribus cum delirio, ac convulsivis motibus conjunctis, admotis per imprudentiam vesicatoriis tristissimos sequutos esse eventus; ita quidem, ut alii in mortis discrimine prope certissimo versati fuerint, alii minus sex horis convulsi mortem obierint. Id quod confirmant etiam observationes Cl. Thoneri lib. obs. 20. & Baglivii de incom. ab usu vesicantium, ut mittam observationem 13. Decur. 2. An. 9. M. N. C. ubi Cl. Konig, exempla afferit febre maligna laborantium, quos deliria, vigilæ, & inquietudo dire exercebant, quibus admota vesicatoria, intensissimos dolores, ardores summos, ac si pars ætnæ igne torreretur, & capitis incendium cum convulsionibus funestis concitarunt. Quid si jam urgeat inflammatione membranarum cerebri, spiritusque animales hac illac irruentes cæco impetu, inordinatos, atque effraenes motus excitent?

Cum nimis vesicantia operentur acerrimo sale cantaridum nervosum genus mirum in modum percellente, vasa proritante, ac convellente, periculum est, ne dum inflammationem Cerebri, ac Meningum discutere volumus, vel rarefaciente plus æquo sanguine, vel extremitatibus capillarium vasorum plus æquo

constrictis eamdem augeamus, aut confirmemus. Qui ab aetate senili, a temperamento praehumido, & phlegmatico, ab hiemali, vernalique tempore certum capi posse argumentum putant crassæ, ac difficilis materia, lente sanguinis vasa Cerebri obstruentis, atque in eam spem adducuntur, ut credant particulas cantaridum acres, mordacisque solvere eadem posse, ac vasa sanguifera stimulando, eademque in validiores, vehementioreque contractiones agendo obstructionem, atque abhinc prodeuntem inflammationem tollere. vereor ne falsa opinione adducti plus vesicantibus tribuant, quam par est. Pronum enim est credere a frigidis, ut ajunt, humoribus non phrenitidem, sed soporosos affectus exoriri, qui spirituum animalium penuria existente, delirium conjunctum habent. Tunc vero vesicantia qua attenuando, & incidendo, qua extimulando, & systalticam vasorum vim augendo ad obstructionem, atque abhinc prodeuntem mentis perturbationem auferendam efficacissima sunt, si quæ alia. Si inflammatio vera sit phlegmonodes, ut ajunt, quoniam acres, volatiles, sulphureæ particulae exaltantur, atque in universam sanguinis massam diffusæ agitationem, ejusque furorem augent, atque nervos insigniter vellicando, motendo, deliria, convulsiones, vigilias enormes excitant, si urentes cantharidum particulae in sanguinem introducantur, an sperandum sit fore ut agitatio, furor temperetur, effrænes motus, convulsiones fedentur, viderint alii.

Quidquid aliis videatur, qui cum Freindio *com. de feb. com. 9. 289.* vesicantibus in nervorum affectionibus convulsivis, in deliriis, nullo habito discrimine, in quocumque subiecto utuntur, nisi alia me rationes, observationibus, atque experimentis ductæ in posterum moveriat, testor corpora eorum, qui febribus acutis cum delirio, ac convulsione premuntur, hoc remedii genere cum Baglivo nunquam esse pertractatur. Si unius alicujus audaciæ robur addat Laurentius Bellinus, qui vesicantia in iis morbis convenire affirmat, *præ quorum vi salus in anicipi, ac fere conclamata est:* (Vid. *de miss. Sang. titulo de stimulis*) moveat illum alterum illud: *Si non pro sis, saltem ne ladas: nisi forte eos pessimo consilio imitari velit, qui discunt ægrorum periculis, & experimenta per mortes agunt, quod indignabundus ajebat perbelles Plinius.* Quem turpissimum morem miror cur Medicinæ proceres uno fædere inito, atque altiori voce non damnent, & e medio quantum illis fas est aliquando non tollant.

XXII. *Vetus sit tenuissimus &c. Potus præ ceteris aquæ hordeacæ tepida liberalis sit.*] Celsus in victimis ratione moderationem commendat: nam neque impletus est, inquit, æger, ne insaniat, neque jejunio vexandus est, ne imbecillitate in cardiacum incidat affectum. Quod sic accipiendum est, ut potulenta potius larga manu exhibeantur, a quibus phrenetici vim stimuli minime percipientes abhorre solent. Num autem potulenta frigida convenient quæstio est. Ne in hac diutius immoremur, animadvertendum est Trallianum ad veritatem proprius accessisse affirmantem a frigidis potionibus, licet febris ex genere biliarum sit, quæ phrenitidem conjunctam habet, abstinentur esse. Quamvis enim frigida potio mitigare videatur, tamen majores postea, & malignas febres excitat, ut etiam alienatio mentis augeatur; breviter omnia ad deterius malignius que convertuntur; quare *Tutius est tepida*, quam frigida aqua uti.

Hæc fere Trallianus, quibus nihil utilius Medentibus dictum. A vino abstinentur esse in phrenitide nemo inficiabitur, qui sedulo perpendeat sulphureis scatere particulis, quibus ergastum, atque effervescentiam humorum excitari, febrem atque inflammationem augeri perspicuum est. Id quidem præcepit Hippocrates *lib. de morb. n. 3.* quem omnes Medici sequuti sunt, Asclepiade excepto, qui ut notat Cælius Aurelianus *lib. 1. acut. morb. cap. 15.* phreneticos ineibriando curabat.

*XXII. Septi transversi inflammatio frequens paraphrenitidis causa, non autem sola &c.*] Veteres Medici Septi transversi tantum inflammationem paraphrenitidem, seu phrenitidem spuriam, & per consensum appellarunt. Quæ res sic a plerisque accepta est, ut omnem paraphrenitidem ad solam diaphragmatis inflammationem contrarerint, ac propterea quicunque paraphrenitide laboraverit, eum diaphragmatis inflammatione, & abhinc prodeunte delirio detineri haud dubie affirmaverint. His adversatus est Cl. Willius, qui cum ex dissectis cadaveribus compertum habuerit diaphragma inflammatum fuisse citra delirium, eo facile adductus est, ut crederet non ab inflammatione diaphragmatis, sed ab incendio spirituum animalium paraphrenitidem exoriri, quemadmodum de phrenitide opinatus est. Neutram tenent sententiam alii, quibus persuasum est non solum ob diaphragmatis, sed etiam aliorum viscerum inflammationem & febrem, & perpetuum delirium exoriri. Nos ab his sumus; ita tamen ut ab inflammatione diaphragmatis, aut alterius visceris non semper paraphrenitidem excitari intelligamus, sed tunc solum cum inflammatio vehemens est, & magnam visceris partem occupat, a sanguine proprio dicto, vel tenuiori ejus, subtiliori, ac mobiliori parte in vias insolitas effusis, æger juvenis sit, ac fibras habeat exquisitissimo sensu pollentes, unde spasmi per nervorum ductum facile Cerebro communicari possint, fibras varie, inordinateque concutere, ex quibus confusa mentis cogitationes, ac falsa judicia profiscuntur. Diaphragma nervis plurimi donari, ideoque summum eidem esse cum Cerebro consensum manifestum est. En quid sit cur inflammatio diaphragma occupans frequentius delirium procreet, quam cætera viscera. Si inflammatio levis sit, & non vera sanguinis, aut bilis, sed phlegmatis potius, ajebant Veteres, seu sanguinis crassa, viscida, ac difficulti lymphæ onusti, si æger senex sit, atque nervosum genus atonia laboret, fieri posse inflammations diaphragmatis, aut alterius visceris citra delirium tam certum est, quam quod certissimum.

Quidni liceat conjectare Willium, qui ob id potissimum, quod sectione cadaverum deprehendit inflammatum esse diaphragma, citra delirium paraphrenitidem oriri non posse arbitratu est, deceptum fuisse?

*Signa sunt extremarum costarum, sterni, &c. dolor.*] Nemo ignorat Septum transversum abdomen transverse a thorace distinguere, unde orta ejus denominatio. Cum Sterno, costis spuris, pericardio, mediastino, & vertebris lumborum connecti manifesta res est. Hinc nil mirum eodem inflammatu dolorem percipi debere ad eam ventris partem, ad quam circum extensum est, quæ propteræ jugulo quasi quodam videtur constringi molestissimo. Spasmodicæ contractionis nervearum, quibus conflatum est, fibrarum, argumento prope certissimo.

*Præcordiorum pulsatio, sursum, & deorsum revulso.* Quæ spasmodica contractionis, quoniam per membranam, qua cingitur superne a Pleura, inferne a peritonæo, per septum transversum communicatur Musculis præsertim transversis Abdominis, eadem peritonæi tunica succinctis, trahuntur, & ipsi, qua parte per hypochondria Diaphragmati proxima ducuntur, hinc præcordiorum pulsatio exoritur. Eadem de causa cum non possit diaphragma ex toto contrahi, & deorsum moveri in inspiratione, Musculos Abdominis introrsum contrahi libere posse, & viscera contenta sursum agi contingit, hinc hypocondria introrsum, & sursum revulsa apparent.

*Respiratio ut plurimum parva, frequens, inæqualis &c.*] Quamquam cum liberæ deorsum moveri nequeat diaphragma in inspiratione, necesse est, ut crebrius, & frequentius sursum moveatur in cavum thoracis in expiratione, ac parum aeris unaquaque vice emittatur, unde respiratio frequens, ac parva. Quoniam vero diaphragmatis contractio plus minus valida, ac frequens est,

pro majore minoreque stimulo ita nerveas fibras inducto, hinc etiam inaequalem quandoque oriri respirationem necessum est. Vox ob laesam respirationem acuta apparet; ob spasmum Tracheæ, & Bronchiis communicatum, tussim, Musculis faciei ob communem originem nervorum sexti paris, qui Diaphragma, & Musculos faciei tendunt, risum supervenire perspicuum est. Risum affecto Diaphragmate contingere liquet præ cæteris ex Hippocrate, qui 5. *Epid. agr.* 94. Tichonem, Septo transverso vulnerato, & relicta intra vulnus hastilis parte risisse affirmat.

XXV. Vid. aph. 13.

## C A P U T V.

### *De Mania.*

I. **M**ania est delirium cum audacia, & furore a causa intrinseca productum plerunque sine febre homines affligens.

II. Perversa solidarum partium structura in hoc morbo potissimum partem agit.

III. Tum spiritus animales, qui vel nimia quantitate peccant, vel nimis subtilibus, atque acuminatis particulis constant, vel fortibus, duris, solidisque.

IV. Remote tandem sanguinis optime, & naturaliter constituti cerebrum appellentis copia, dummodo obstructionem non faciat; fluxilis, & fixi, vel acribus alchalescentibus acidis, austeri, acerbis, ponticis, ac similibus particulis coinquinati.

V. Signa sunt delirium sine febre, cum audacia, & furore, virium immenso robo, vigiliis contumacissimis, frigoris intensissimi tolerantia, diuturna a cibo, potuque abstinentia.

VI. Intensione tantum differt altera Mania species, in qua placidi, & mites, hilaresque sunt ægri, acutiem quamdam, & sanguitatem ostendunt in deliriis, ridicula & jocosa loquuntur, efficiuntque, amicorum consuetudine fruuntur. Mitior porro censetur.

VII. Cæterum Mania incurabilis plerunque morbus est, ad extremum usque vitæ saltem per intervalla homines affligens. Eo magis si hereditarius sit.

VIII. Insanis si varices, & hemorrhoides superveniant, bonum. Hipp.

IX. A Mania Dysenteria, Hydrops, vel Ecstasis bonum. Hipp. Quandisque tamen morbo deterius.

X. Si æger sanguine abundet, ejus facies, & oculi intense rubeant, juvenis sit, adustus, sæviat, furat, sanguinem liberali manu ex brachio detrahendum impero, tum si suppressio hemorrhoidum, vel Mensium ex pede, tandem ex jugularibus vel arteria temporali.

XI. Quod invaluit in temperamentis biliosis non esse detrahendum sanguinem, nihil moveret me, quominus sanguinem detrahiam Maniacis.

XII. Si vero res mihi sit cum ægro, qui languidus, ad debilis sit, pallidum faciei colorem habeat, moestus, ac metticolosus sit, hirudines tantum fedalibus venis, cucurbitulam magnam scarificatam Occipiti applicari jubeo, nuchæ, aut brachii cauteria.

XIII. Huic pariter radicem Hellebori nigri acido aliquo succo correspondam a 3 i. ad 3 ii. cum conserva violar., vel ejus extractum aqua simplici cum sale tartari paratum a gr. x. ad xx. præscribo.

XIV. In illo e contra solo sero lactis tamarindato contentus sum, vel solis Clysteribus emollientibus, quibus alyum lubricam servem.

XV. Cæterum Serum lactis destillatum cum fol. Cichor. Fumar. Borag. Endiv. Lactuc. Violar. ad lib. i. quotidie assumendum in quocumque subiecto mira præstat. Detur primo vere per xx. circiter dies.

XVI. Aestuosa tempestate ægrum in aqua tepida demitti, ibique per horam integrum detineri, ac dein in lectorum, quo levis abstergatur sudor, transferri jubeo per xxx. circiter dies.

XVII. Autumno tandem ad Lac asinimum devenio, primum quidem ex asina herbis temperantibus pasta expressum ad 3 iii. successive dosim augendo usque ad 3 vi. aut viii. ægro propinandum per mensem, & ultra; somni quietem imperando, ac post leve tantum corporis exercitium, post que sex horarum spatium, ut minimum, prandium concedens.

XVIII. Si austeri, acidi peccent humores, & viscerum imi ventris infarctus, præmittere expedit per xxx. circiter dies tintetur. Mart. suc. pomor., aut aurantior. extract. a 3 i. ad 3 ii. ex sero lactis opt. depurato.

XIX. Somnus suavi cantillatione, Musicorumque instrumentorum concentu, leniter fluentis aquæ murmure concilietur.

XX. In hunc finem pediluvia ex Malva, Parietar. Lactuc. fl. Sambuc. Chamomil. & capitibus Papaveris albi visa sunt convenire.

XIX. Emulsiones pariter sem. quat. frigid. maj. in aq. lactuc. nymph. violar. cum nitr. puris gr. x. Camphor. gr. iii. Syrup. de suc. violar. vel papaver. rhæad. 3. i. quotidie cubitum eunti propinanda eximia virtus sunt. Interdum eadem emulsione cum camphor. 3 ii. viginti quatuor horarum spatio uti expedit.

XXII. Carnium vitulorum, pullorum, & similiū elixarum usus moderatus concedatur, pulmenta ex hordeo, avena cum paucis amygdalis contusis, ex cucurbita, Endivia, Lactucca, & similibus præstantissima sunt. Vinum omnino prohibendum.

## C A P U T V.

## De Mania.

I. **M**ania est delirium cum audacia, & furore &c.] Undenam Mania grecce dicatur quæstio fuit a Medieis aliiisque plurimum agitata. Apud Cælium Aurelianum morb. chronic. lib. 1. cap. 5. plures etymologiae rationes extant, quæ omnes si non verae sunt, verosimilitudinis speciem quamdam præférunt. Quænam harum tamen accipienda magis, ac probanda sit, ancipites plerique hærent cum Cicerone 3. Tusc. c. 5. ubi ait: *Greci pavidav unde appellerent non facile dixerim.* Ut ut res est (neque enim licet itas subtilitates persequi) satis, superque judicaverim Maniam per certos quosdam, ac maxime proprios characteres describere, ut ab affectionibus, quæ insignem cum eadem affinitatem habent, apte diagnoscatur. Maniam ergo delirium cum dicimus, morbum statim assequimur, in quo homines a recta ratione aberrare, atque insanire solent. Quandoquidem delirio, quod loco generis est, *audaciam*, & *furem* adjicimus, eumdem a Melancholia essentiali differre facimus, cuius laus est audacia, & furore carere, a *causa intrinseca productum*, ut a furore, qui divinus est, seu a Deo immensus, quem in Vaticinium, Mysterium, Poësim, & Amorem divisit Plato in Phæd. nec non a causis extrinsecus advenientibus supra recensitis de delirio in genere, Opio scilicet, Croco, Hyoscyamo, & similibus narcoticis: *Sine febre*, ut a deliriis quæ in principiis febrium intermittentium, quæ pernicioſa vocantur, superveniunt, vel in vigore acutarum & fortium, vel a phrenitide, qui morbus acutissimus est, & febrem vehementem adjunctam habet, distinguueretur.

II. *Perversa solidarum partium structura in hoc morbo potissimum partem agit.*] De causis miserrimi hujuscemorbi dici vix potest quot, quam varia a Scriptoribus magnis, & doctis sint dicta. Alii quidem ad vitia sanguinis confugerunt. In his autem assignandis orta litigia. Veteres Medici uno ore atram bilēm accusant, a qua cerebrum, & spiritus animales vehementer concutiantur, exagittentur, & in turbas agantur: cui opinioni accensenda est illa Plateri, qui atram bilēm occulta, & maligna qualitate peccantem prætendit. Si Paracelsus audimus, Maniæ causam humorem acerriūm similem Mercurio calcinato, & reverberato, & in aqua fortissima soluto, si Etmullerum acidum valde volatile, ac summe acre, quo spiritus animales inficiantur, in scenam dicit. Quæ omnes sententiae si paulo diligentius ad trutinam, ut ajunt, revocentur, nomine tantum differre inter se, re tamen ipsa convenire ut cum maxime, tam certum est, quam quod certissimum. Cum enim Veteres Medici Maniam oriri dicant atra bilē, idem plane sentiunt, ac Paracelsus, atque Etmullerus, cum ille ab humore acerriūm simili Mercurio calcinato &c. hic ab acido valde volatili summe acri repetendam esse tradiderit. Quid, amabo te, aliud est humor hic acerriūs, seu quod eodem omnino recidit, & Grammatici fere solent, summe acri, quam atra bilis Veterum? Atra bili nimis igneas, ac urentes proprietates tribuisse Veteres Medicos notum est, quas Recentiores novitatis amore illecti humoribus illis suis specioso magis titulo insignitis tribuerunt. Quam sepe quæstiones sic a Medicis pertractari solent, ut lis sit potius de nomine, quam de re. Hęc tandem in Scholis floruerunt quamdiu alii altius, ac subtilius rem perscrutantes, ad credendum vehementer adducti fuerunt, vitia hęc a solis spiritibus animalibus, a quibus omnes fere functiones humani corporis peraguntur, esse repetenda. Orta hinc Cl. Willisi sententia cap. de Man. qui spiritus

an-

## LIB. I. CAP. V.

95

animales ab indole propria, & genuina, seu ut ipse ait, a *spirituoso-salina*, in *sulphureo-salinam aquæ stygiæ simulam* desciscentes accusat. Quod quidem exemplo præclare illustrat ejusdem aquæ stygiæ, cuius particulae quemadmodum summe agiles, & irquietæ sunt, ita spiritus animales a sanguine uberiori, & quasi nitro-sulphureo secretos tali mobilitate præditos esse haud dubie affirmat. Sententiam porro suam validis rationum momentis confirmat, atque juxta eamdem, singula, ac præcipua Maniæ symptomata adeo ingeniose, ac perbellè explicat, ut nullus hac de re superesse videatur dubitandi locus. Non defuere tamen, qui probare se, ac commendare nulla ratione posse fatentur, quæ de spirituum animalium vi, atque in totum corpus imperio Willisi commentus est, aliquie eumdem sequuti. Atque hi quidem ad solidarum partium vitia confluunt, ita ut Maniam, quemadmodum & omnes fere affectiones capitis a perturbata solidarum partium structura, elatere, aut resistentia pendere pugnacissime sustineant. Hęc fere Baglivii opinio est *tract. de fib. motric.*

Quo loco animadvertisendum est solidas partes male affectas cum dicit, Meninges præfertim intelligere, quarum pro vario statu, varium in visceribus, aliisque partibus etiam quoad secreciones, progressionesque liquidorum, statum oriri existimat. Hinc se continere, non potuit quin Anatomicum diligentissimum Willisium carperet, qui se plura fatuorum, stultorumque cerebra secuisse testatur, nec diversitatem ullam invenisse inter fatuorum, atque sanorum cerebrum, ratus fore, ut si statum Meningum examinasset, differentiam invenisset aliquam; quemadmodum sectione duorum Maniacorum instituta duram Matrem ad instar tabulae duram, ac pane exsiccata detexisse testatus est. Ultraquamquod aduersus Willisium faciunt observationes a viris præstantissimis insitutæ, præ ceteris Henrico ab Heer. vñ. 3. p. 45. qui Cerebrum cujusdam Maniaci siccissimum, durum vidisse, & in summa parte digitis friabile, circa ventriculos mollius, humidius, nervorum origines siccas testatus est: A Boerhaavia aph. de co. & cur. morb. cap. de Man. qui Cerebrum Maniacorum siccum, durum, friabile, in suo cortice flavidum, vasa autem turgentia, varicosa, atro tenaci cruce distenta observavit, ut mittam quæ in M. N. C. Dec. 2. an. 5. obs. 162. & an. 6. p. 234. habentur, quæ a Gulielmo Ballonio lib. paradigmatum histor. 184. Platero prax. lib. 1. cap. 3. Friderico Hoffmanno M. S. T. 4. p. 4. cap. 8. adnotata fuerunt. Quæ sane omnia protenso quasi digito commonstrant perversam solidarum Cerebri partium structuram in hoc morbo potissimum partem agere, quod erat nobis probandum.

III. *Tum spiritus animales, qui vel nimia quantitate peccant, vel nimis subtilibus &c.*] Quoniam humanum corpus machina est ex solidis, & fluidis partibus constituta, rationi consentaneum videtur, easdem in se mutuo agere, partes videlicet fluidas per solidarum partium fibras, & tubulos excurrentes eas ad certos motus impellere, & vicissim a solidis impelli; hinc non solum perversam solidarum partium structuram, sed spiritus quoque animales ad Maniam operari. Si enim copia peccent spiritus animales, manifestum est tumultuario in medullares, hisque appenos nervos illabentes, easdem varie, atque inordinate concutere, vehementerque, unde inconcinhi, enormes, & violenti illi motus, quibus Maniaci impetuunt, furunt, atque obvia quæque indiscriminatum aggrediuntur, corpora vel solidissima diffringunt, conterunt, & immania pondera attollunt. Quod si spiritus animales nimis subtilibus, atque acuminatis consistent particulis, cum medullares Cerebri fibras, immo & nervorum his appositorum filamenta mordere, vellicare habeant, varie quoque, inordinateque concutere, immania illa deliria, enormes illos Maniacorum impetus profici manifestius quidem est, quam ut ullis rationibus possit comprobari.

Quod

Quod si fortibus, duris, solidisque constent, ad enormes motus procreandos, & motuum determinationem, quam semel suscepereunt conservandam opportunissimos existere facit potissimum ea ratio; quod solida corpora plus materiae continent, seu majorem habent massam, quo magis solida, ac compacta sunt. Cum vero impetus juxta accuratiores Philosophos proportionalis sit massæ, & velocitati, sit ut fluida, quæ solidioribus constant particulis, licet eadem velocitate moveantur, majori tamen impetu in solidas, seu continentis partes propellantur, hinc enormes, & violenti motus exoriantur, iisque diutius conserventur.

Animadvertisendum est hoc loco vitia in soliditate minime distingui a plerisque a vitiis in duritate, quæ est vis, qua corporum partes a se invicem disgregari non possunt. Contrarium tamen sustinent alii afferentes soliditatem esse, per quam corpus, quod sub parva mole est, plurimum materiae continet, seu quod eodem recidit, per quam densum est corpus. Vitium duritiae ad rigiditatem referunt. Sic aurum omnium solidissimum corpus dicitur, & tamen durum non est, sed ductile, quam maxime esse potest. Aurum sequitur Mercurius, & tamen duritiae contrariam affectionem fortitus est, nempe fluiditatem. Particulae acres eæ sunt, quæ vellicare, mordere, pungere, abradere habent. Philosophi autem mechanici acuminatam iis figuram tribuunt, quandoquidem vident artifices ad pungendum, ad abradendum instrumentis uti, quæ acuminata sunt. Ex observatione etiam crystallorum salium, quæ figura donantur angulosa, acuminata, dèducunt, funguntque sibi minimas quoque humorum particulas simili præditas esse, ideoque ad erodendum aptissimas. Ubi pervenerint ad figuram arbitratu suo humoribus attribuendam, ad magna inventa se perveniente gloriantur, systemata hisce jactis fundamentis construunt, quæ tanta cum pompa, ac rumore circumferri solent, quæ tamen si sedulo ad examen revocentur, ut Senecæ verbis utar, *multum habent inanitatis, & vari: plus sonant, quam valent.* Cavendum est igitur, ne perverse iisdem utamur, illosque pessimo consilio imitemur, qui philosophiam plane omnem, omnemque medicinam anilibus fabulis hac ratione refererunt. Formæ nimirum, ac figuræ insensibilium corporiculorum, ac molecularum effictæ magis, quam demonstratae sunt. Eorum magnitudo ad libidinem mentis determinata, eorum motus, vireisque inconspicuae nullo geometrico calculo dimetri possunt. Si quis unquam Mechanicus subtilliæ micrographia, atque insigni mentis acumine valuit, is certe Bellinus fuit, & tamen primas compositions, sicuti ipsarum figuræ, & figuræ primorum componentium neque scire se, neque se unquam scire posse confidere haud dubie affirmavit *lib. de con. nat. p. 271.* Speciatim, & singillatim in quovis præcise, & infalibiliter assignare velle, qualis in hoc, aut illo corpore sit particularum insensibilium figura, quanta rigiditas, elasticitas, asperitas, idem esse, ac Æthiopem lavare perbellè ostendit Cl. Rhoaltius. Cæterum patet quacunque ex dictis qualitatibus prædictæ fuerint particulae, quæ cum spiritibus admiscerentur, vel nimis subtile, & acuminatae, vel nimis solidæ, & duræ eosdem mite perturbaturas esse. Chymicus unus aliquis exempla horum quamplurima adduceret, præ cæteris pulveris pyrii compositionem. Sulphureas enim particulas nitri admixtione in vehementissimum motum agi, & concitari notum est. Verum, ut ingenue dicam quod sentio, quis vel tenuioris ingenii suaderi poterit a tormentariis machinis sulphuris, ac nitri explosivas accensiones deductas consonas esse sanguinis, & spirituum æstui, alternisque fibrarum motricium vibrationibus? An sulphurco-salinæ aquæ stygiæ ernalas velimus esse particulas, quæ spiritibus admixtae eorumdem motum pervertunt, atque universum nervorum genus mire percellunt, ut placuit Willistio supra laudato? Si Pitcarnium audi-

audimus, spiritus animales in homine vivo ita in sua natura mutari, ut aquæ stygiæ similes evadant, plane negat; quin exinde sequi oportere non mobilitatem ullam spirituum, & motuum in corpore vehementiam, sed coagulato universo sanguine sensuum, & motuum cum voluntati inservientium, tum natura- lium privationem contendit. An spirituum animalium ataxia, quam Sydenhamus (dissert. epist. ad Gul. Cole de affect. hyster. & hypoch. & hystor. feb. intermit.) in medium invexit, ad Maniacæ effrænes impetus sufficiat? Tametsi justis laudibus æquare non valeam, quæ hac de re diligenter tradidit vir magnus, & doctus, parcat tamen si in suam non eo sententiam, cum docet spirituum ataxiam, seu inordinatum, & confusum motum a debiliore eorumdem crassi pendere. Possunt quidem spiritus rarioris, & debilioris compagis, eo quod tales sint, in inordinatos motus agi, at non in vehementes turbas abire, quæ ad maniacorum effrænes impetus aptæ sint. V. Nic. Cyrus Tom. 3. conf. med. 35.

IV. *Remote tandem sanguinis optime, & naturaliter constituti cerebrum appellantis copia &c.*] Quandoquidem spiritus animales nihil aliud sunt, quam subtilissima, tenuissima, purissima, agilissima lympha a sanguine beneficio artificiosissimæ cerebri structæ separata, nemo non videt, quo major quantitas sanguinis cæteroquin optime, & naturaliter constituti cerebrum appellat, eo majorem quoque materiae proximæ spirituum animalium ex ejus glandulis separari, & in universum corpus per nervos diffundi, hinc Maniam ex copia spirituum oriri.

*Dummodo obstructionem non faciat.*] Hisce verbis difficultatem declinamus, quæ nobis plurimum officeret, quandoquidem ostendimus (cap. de Apoplex.) vasorum sanguiferorum cerebri obstructionem spirituum animalium secretionem impedit, atque apoplexiæ progignere, eamque potissimum ex nimia plenitudine sanguinis vasa præter modum distendente, qua ipsorum tonus labefactetur, exoriri. Novi quemdam virum consistentis ætatis, plenioris habitus, qui singulis fere Mensibus, uti fæminæ solent Menstrua pati, precedente insigni faciei, & oculorum rubore, vasorumque sanguiferorum maxime frontalium turgentia immanissimo delirio corripiebatur, quod vix ac ne vix quidem sedari poterat, quam venæ sectio liberalis institueretur, cuius ope incantamenti ad instar in pristinum valetudinis statum restituebatur. Ecquis vel rudioris ingenii a copia sanguinis Cerebrum appellantis repetendum esse tale delirium non credat juratus?

*Fluxilis, & fixi.*] Laudatus supra Bellinus, qui præ cæteris morborum physiologiam mechanice, & subtiliter admodum tradidit, in eam venit opinionem, ut crederet Maniacorum sanguinem esse fluxilem simul, & fixum. Cum enim febre non corripiantur Maniaci, talem oportet obtinere sanguinis structuram, ut neque in fermentationem fundi possit, neque lentore capillaria vasa obstruere, unde febris succedat. Non potest autem esse simul fluxilis, & fixus, ni componatur ex particulis duris, & siccis, minimis tamen & arcte inter se cohærentibus, ut vix ullo modo divelli possint, ita tamen ut duo tantummodo, aut tres ipsarum minimarum particularum inter se arcte uniantur. Si enim sanguis talem obtineat constitutionem, erit fixus, quia particulæ unitæ se jungi non poterunt, & erit simul fluxilis, cum dictæ particulæ inter se non adhærent; ex tali autem sanguine cerebrum appellente spiritus secernentur maxime mobiles, tenuissimi, volatiliissimi, ex puro calore, ut ait, cum ex partibus duris simul cohærentibus difficulter extricari valeant, qui in medullares Cerebri fibras, & hisce appensos nervos irruentes, omnia, quæ in maniacis observantur, symptomata progignant. Hæc fere Bellinus, quibus nihil ingeniosius, aut subtilius di-

stum. Qui Bellini doctrinis utuntur in phænomenis morborum explicandis ca-  
veant, ne incaute utantur. Ingeniosissimus enim cum sit, atque incomparabili  
mentis perspicuitate prædictus, ad eas ambages facile perducit, quibus postea illa-  
gueantur. Hac acutie, & subtilitate non egemus in quibusdam casibus. Tametsi  
iustis laudibus æquari non valeant, quæ Bellinus de sanguine fluxili simul, &  
fixo tradidit ad Maniaæ effrænes impetus, quis tamen credat ob id potissimum  
Maniacos febre carere? Sed hac de re infra dicemus.

*Acibus, alchalescentibus, acidis, austoris &c.]* Quod si sanguinis massa a na-  
tura sua miti, ac benigna ad salinam, acrem, solidis partibus infestam deflectat,  
sæpius acibus propriæ dictis, alchalescentibus particulis, vel acidis, austoris, pon-  
ticisque, vel quovis alio sapore prædictis coquinatur, manifestum est spiritus  
animales eisdem naturæ facile separari, & in appenos nervos derivari; vel  
etiam infarto Cerebro incongruas particulas in nervea filamenta exprimi, atque  
altius penetrare, unde vehementes, inordinatique motus subsequantur Maniam  
procreatui. Atque hoc modo intellectam veram esse nemo non videt tum Veteri  
sententiam, qui atram bilem Maniaæ causam volebant; & Paracelsi, qui  
humorem acerrimum (an similem Mercurio calcinato, & reverberato, & in  
aqua fortissima soluto non facile dixerim; siquidem duriorum corporum fuliones  
aquis stygiis in vitreis organis peractas mollioribus substantiis intra tenuissimos  
canales blando latice eliquatis comparare ridiculum videtur) & Etmulleri, qui  
acidum valde volatile, summe acre accusare non dubitarunt.

*V. Signa sunt delirium sine febre cum audacia, & furore &c.]* Cur Maniaci  
delirio illo vehementissimo, quo impetunt, furunt, & obvia quæque aggrediu-  
ntur, corripiantur, eorumque vires ita augeantur, ut corpora vel solidissima diffri-  
gant, conterant, atque immania pondera attollant, febre autem non corri-  
piantur, arduum, atque insolens explicatu est. Illa quidem copiam, agilitatem,  
mobilitatem, tumultuarium cæcumque impetum in medullares Cerebri fibras,  
hisque appenos nervos, & organa motuum voluntariorum, spirituum arguunt. Mi-  
rum autem cordis, & arteriarum motum vix, ac ne vix quidem augeri, ac  
perturbari, atque nullam sequi febrem. Quod sane Medicorum ingenia pluri-  
mum torfit. Nonnulli cum animadvertisserint posse spiritus animales incon-  
gruas particulis, atque pravis inquinamentis conspurcari propter vitiatam  
glandularum Cerebri structuram, ne vel minimum quidem alterata sanguini-  
cis crassi, in eam opinionem venerunt, ut crederent, ita vitiari posse spi-  
ritus, ut inde Mania excitetur, sanguine optime, & naturaliter constitu-  
to, ita ut febris accendi nequeat. Quod illis arridere non potest, qui non  
perversam tantum solidarum cerebri partium structuram perpetuo, & con-  
stanter potissimum in Mania partem agere arbitrantur, sed vitiatam quo-  
que sanguinis crassim, atque acrum alchalescentium, acidarum, aliarumque  
particularum admixtione coquinatam. Atque hi quidem sanguinem incongruas  
particulis saturari, inquinarique posse censem, non inde tamen se-  
qui oportere, ut febris excitetur, sive quod perturbationem illam, quæ ad fe-  
brem necessaria est, efficere nequeat (id quod Bellinus de sanguine fluxili sim-  
ul, & fixo commentus est) vel quod subinde per Cerebri glandulas, aliasque  
vias expurgentur. Quæ tamen sententia quomodo probari, commendarique iis  
queat, qui causam febris a spiritibus animalibus altius, ac subtilius commenti  
sunt, quod multi cum Mortono pugnacissime sustinent, viderint alii. Si quid  
in re ardua, ac perdifficili sentio, non alia ratione enormes Maniaæ impetus,  
violentisque motus contingere crediderim, quam quod cerebrum tantum, con-  
nexæque partes afficiantur in Mania, Cerebellum autem illæsum relinquatur.  
Ad cuius rei statum melius intelligendum ea sunt in memoriam revocanda,

quæ

quæ de apoplexia, & soporosis affectib[us] agentes juxta Cl. Willisi, aliorumque  
præstantissimorum Anatomicorum observationes tradidimus; nervos scilicet in  
musculos, & partes naturalibus motibus dicatas tendentes a Cerebello, nervos  
autem, qui in Musculos, & partes motibus voluntariis famulantes diffundun-  
tur, a Cerebro originem mutvari. Huc accedit Cerebellum solidum esse, com-  
paetum, omni cavo destitutum, nullo sinu venoso vel cinctum, prelum, non  
expansile, non compressile; Cerebrum vero molle, cavitatibus præditum, expan-  
sile, compressile, ut egregie notat Cl. Boerhaavius, quæ structuræ diversitas ef-  
ficit, ut in somno laxatis Cerebri fibris, spirituunque animalium a Cerebro in  
organis sensibus externis, motibusque a voluntate pendentibus dicata, ab his  
ad Cerebrum excursu præpedito, iidem externi sensus obrundantur primum,  
deinde cessent, voluntarii item motus retardentur primum, deinde omnino de-  
finant, organa ipsis destinata flaccescant, & paralytica fiant, ac demum inter-  
ni sensus non adeo vivide exerceantur, cum interim perpetuo, & majori copia  
fluentibus spiritibus per cerebelli fibras, indeque in nervos, & musculos naturali-  
bus motibus destinatos, cordis scilicet, vasorumque, & viscerum fere omnium  
eorumdem motus validior fiat, respiratio item profundior, & robustior. Quæ  
tane omnia protenso quasi digito commonstrant in Mania Cerebrum, connexa-  
que partes affici ea ratione posse, qua vehementissimi illi motus, effrænes im-  
petus nascantur, illæso autem Cerebello nulla febris excitetur. En ardui problema-  
tis solutionem per simplicissima principia, & observationibus Anatomicis suffulta-

*Vigiliis contumacissimis, frigoris intensissimi tolerantia &c.]* Adnotazione dignum  
est, quod refert Fernelius de Maniaco quodam, qui totos quatuordecim Men-  
ses insomnos duxit. Cujus rei causa non alia esse videtur, quam quod spiritus  
maxime liberi, mobiles, acresque sunt, nervea filamenta Cerebrum constituen-  
tia perpetuo, ac constanter sollicitant, in appenos nervos, & musculos moti-  
bus voluntariis, in organis sensibus externis, internisque dicata perenniter flu-  
unt, unde eadem sic disposita manent, ut ab objectis facile affici, facile item  
consuetos motus exercere possint, hinc vigiliæ contumacissimæ.

Cur intensissimum frigus non noceat Maniacis explicare conatus est Senner-  
tus ipse. Putavit nimurum non solum Cerebrum affici in Mania, sed et-  
iam cor in consentium trahi, ejusque calorem sic augeri in Maniacis, ut  
externi frigoris injuriis resistere valeat. Aliiquid rerum obscuritati, in qua  
versabantur Veteres Medici, dandum esse nemo non videt. Deinde verum qui-  
dem est Maniacos frigus intensissimum tolerare, eodem tamen lædi censendum  
est.

Id quod etiam de fame dictum velim. Hujuscem autem rei causam in eo po-  
tissimum sitam crediderim, quod anima in Mania circa diversorum objectorum  
contemplationem vehementer distrahit, ideoque quorundam objectorum  
impressionibus recipiendis minus apta redditur: hinc licet frigore, & fame læ-  
dantur Maniaci, nec frigoris tamen, nec famis impressiones recipiunt. Ut enim  
sensatio frigoris, & famis habeatur non sufficit, ut a succis in ventriculum af-  
fluentibus ejusdem tunicae exquisitissimo sensu pollentes vellicentur, aut a parti-  
culis frigoris, vitriolicis, & nitrofis nervosæ cutis fibræ mordeantur, sed ut ani-  
ma istis impressionibus recipiendis apta sit, summopere necessarium est.

Nisi problematis solutio isthæc arrideat, quidni liceat conjectare ab uberiori  
spirituum animalium, & sanguinis ad extrebas partes appulsu, calorem cutis,  
qui in Maniacis deprehenditur, exoriri? Quandoquidem Cl. Sanctoriis observatio-  
nibus, atque experimentis compertum est multo majorem esse transpirationem  
in somno, quam in vigilia: cum continuo fere vigilent Maniaci, parum trans-  
pirare perspicuum est. Quidam nimurum sic blaterare solent, ab hoc eodem

fonte diuturnam etiam ciborum abstinentiam repetentes. Sed perperam. Potest quidem aucta plus minus perspiratio aliquam efficere alterationem, non eam tamen, quæ in Maniacis deprehenditur.

VII. *Intentione tantum differt altera Mania species, in qua placidi, & mites hilaresque sunt ægi, acutiem &c.*] Ut apoplexia, aliisque morbi, sic Mania quoque in vehementem, & fortē, in mitem, & levem dividi commodissime potest. Illam nimirum furor, audacia, periculorum contemptus, aliaque hujusmodi comitantur; hanc placidas, hilaritas, acuties, aliaque id genus. Cujus discriminis ratio ea esse videtur, quod in levi vitiōsi humores multo sanguine diluti, ac temperati sunt, propterea nervea filaments ad vividos guidem, & irregulares, non effrānes tamen motus sollicitant, quemadmodum in altera contingit. Hanc porro mitiorem esse manifesto docuit Hippocrates aph. 53. seet. 6. quo loco Maniam quæ cum hilaritate, & risu conjungitur minus periculosam, quam quæ serio, & cum ira, & furore, pronuntiavit. Et Celsus ipse lib. 3. cap. 18. ubi ait: *Neque ignorare oportet leviorē esse morbum cum rīsu, quam serio insaniētūm.* Rationem supra attigimus, cum diximus humores peccantes multo sanguine dilutos, ac temperatos esse. Ecquis enim est qui non videat, parum eoldem Cerebro hētere, facile etiam corrigi, & qua data porta extra corporis confinia educi posse?

VIII. *Caterum Mania incurabilis plerunque morbus est.*] Quamvis Mania lethalis morbus non sit, diuturnus tamen est, atque ægrum per virium resolutiōnem, & vigilias contumacissimas interdum occidit. Perversam nēmpe solidarum cerebri partium strūturam, quæ in hoc morbo potissimam partem agit, restitui nullo modo posse cum Aretæo facile dixerim; siquidem oporteret totum hominem renovare, quod per Jovem nec Diis ipsis, ut ipse ait, possibile fuerit. Si quod spei lumen affulget, id a provectioni atate, qua solidæ partes mutationem in corpore subire solent, affulgere video.

Nonne dubia spes, certa semper desperatione potior? Illud autem cum multis, ac frequentibus, tum certis, ac constantibus observationibus compertum est, eam esse hujuscemorbi indolem, ut intermittat per aliquod tempus, certis tamen statisque temporibus, præfertim vero circa solstitia, & aequinoctia, sub quibus exortus fuit, maxime si error in sex rebus non naturalibus committatur, recrudescat, ut præstantissimus Aretæus lib. 3. testatus est. Quidni liqueat conjectare acres alchalescentes, acidas, austeras, vel similes particulas in cerebro ob vitiatam, lœsamve strūtraram congestas, ubi eo pervenerint ut contineri eodem amplius nequeant, in nervea filaments exprimi, atque universum nervorum genus mire perturbare, atque in violentos motus adigere? Quod si hēreditarius sit morbus, seu a parentibus simili malo obnoxii ortum traducat, eam in primordiis vite cum solidæ cerebri partes, tum spiritus animales fortiti sunt texturam, ut illæ perpetuo incongruis separandis particulis, atque in nervea filaments trajiciendis, hi vero cæco impetu hac illaç irruendo opportunitissimi existant.

VIII. *Infanis si varices, & hemorrhoides superveniant, bonum.*] Quod remedia plerunque non valent in curandis, sanandisque morbis, folius naturæ opus felicissime præstat. Id potissimum molitur per criticas sanguinis evacuationes, sive per nares, sive uterum, sive sedales venas. Rectissime id observavit Hippocrates 6. aphor. 21. de infantibus, quos varicibus, aut hemorrhoidibus supervenientibus melius habere pronuntiavit. Non aliunde autem repetendum esse, quod hujusmodi evacuationes supervenientes sanguinantes sint, quam ex eo quod peccantes humores Cerebro tenaciter adhaerentes, ejusque fibras varie, inordinateque concutientes in coxas, & cru-

ra, & venas hæmorrhoidales transmittuntur, multi cum Galeno cpm. in aph. arbitratī sunt.

IX. *A Mania, Dysenteria, Hydrops, vel Ecstasis bonum.* Hipp. ] Quamvis Dysenteria Mania superveniens humores pravos Maniam efficiētes ad inferiora esse transmissos significet, unde ominari licet, eamdem solutum iri, animadverterendū tamen est cum Cl. Etmullero non semper morbum hunc in salutem terminari; saepius enim acerrimus ille humor intestina erodens graviōres affectiōnes progignit, quibus ægri periclitantur.

Ad Ecstasim quod attinet, silentio prætereundum non est multipliciter exponi ab Auctoribus. Quidam enim taciturnam, & silentem desipientiam intelligunt, in quam si Mania cum audacia, & furore coniuncta a spirituum animalium perturbato, atque effrāni motu dependens vertatur, indicio est morbosam materiem mitescere, ac propterea morbum sedari. Ita fere Martianus in annot. 7. aph. 5. Quæ tamen interpretatio multis minus probatur, commendaturque. Nam si Ecstasis taciturna, & silens desipientia est, ac spirituum effrānes impetus compescit, non inde tamen sequitur omnem a recta ratione aberrationem, ac delirium minui, sed augeri potius, & confirmari. Indicio enim est morbosam materiem firmius, ac tenacius fibris Cerebri adhærere, ac difficillime educi posse.

Alii vero vehementem furorem Ecstasis nomine hoc loco sumunt, ajuntque violento illo conatu morbosam materiem eliminari, non secus ac in morbis acutis vehementissimi casus solent interdum bonas crises operari, unde homines a levi furore liberentur. Hæc fere Galenus in com. ejusd. aph. Quod quidem experientia confirmat, ajens se novisse quendam, qui per vehementem, ac continuum furorem a levi fuit liberatus. Atque profecto nihil adhuc verosimilius dictum. Parcat tamen, si in aliam eo sententiam, cum docet Ecstasis furorem esse vehementem. Nulla enim alia de causa Ecstasi homines corripuntur, nisi quod in alicujus rei contemplatione magna, & diuturna detinentur, qua fit, ut fibræ illius partis Cerebri, qua utitur anima ad cogitandum, & sentiendum, tam valido cieantur motu, ut motum debiliorem a rebus sensibilibus profectum suscipere eodem tempore nequeant, hinc velut ex ære confectæ statuæ, apertis oculis rigidi manent. Id quod accidisse Socrati habemus apud Aulum Gellium not. Atticar. cap. 1., qui stare solitus dicitur pertinari statu perdīs, ac pernox, a summo lucis ortu ad solem alterum orientem, inconnivens, immobilis, iisdem vestigiis, ore, & oculis in eundem locum directis, cogitabundus, tamquam quodam excessu mentis, & animi factō a corpore: Et Carneadi apud Valerium Maximum lib. 8. cap. 7. qui ita defixus studio fuisse dicitur, ut ubi cibandi causa recubuerit, cogitationibus inhærens manum ad mensam porrigitur oblivisceretur: Melissa, quam uxor loco habebat, dexteram suis necessariis usibus aptabat. Sacerdotis quoque cuiusdam meminit Divus Augustinus lib. 4. de Civitate Dei cap. 24. qui ad imitatas lamentantis hominis voces ita fe a sensibus auferebat, ut simillimus mortuo jaceret, ac non solum vellicantes, & pungentes minime sentiret, sed igne admoto sine ullo doloris sensu ureretur. Quapropter satius duxerim statuere non a vehementi furore, sed a valido motu fibrarum Cerebri morbosam materiam discurti, atque per insignes excretionum vias foras eliminari, indeque Maniam solvi. Quamquam si Mania a Membranarum Cerebri siccitate exoriatur, ab acribus, alchalescentibus particulis easdem in vehementiores contractions agentibus, verendum est, ne pars illa Cerebri, qua utitur anima ad cogitandum, & sentiendum, non solum motum a rebus sensibilibus impressum suscipere nequeat ob imaginationem rei, quam homines contemplantur, & motum validiorem eo, qui extrinsecus imprimitur, sed ita arescat, ut motum omnem ea-

eadem amittat, atque omnium impos fiat, unde Maniaci Cataleptici evadant, quorum Mens, ut ait Fernelius, una cum sensibus consopita est. Cujus quidem rei locupletissimos testes habemus, praesertim Henricum ab Heer, qui narrat Ci-vem Londinensem in carcerem missum ob tristitiam acutissima febre correptum fuisse, postea furore, deinde Catalepticum factum obiisse. Seco cultro Anatomico cadavere. Cerebrum siccissimum, velut friabile, nec non flavo colore tinctum apparuisse. Juvenem febre diurna laborantem, deinde furore percitum tandem Catalepticum evasisse memorat Ballonius lib. 3. obseruat. Mirum secundum cadavere in cerebro repertas fuisse venas varicosas tabo, & sanguine nigrum turantes, medullam Cerebri sicciorum, membranas siccissimas, quasi per syringam, & deflagrationem arescetas, & rigentes &c. acutie secantis resistentes, immo seelas trespares more membranarum arietinarum igni adnotarum. Quae quidem omnia manifestissime evincunt fieri hasce mutationes in iis praesertim, qui Maniaci sunt a causis cerebri fibras siccantibus. Unde a Mania Ecstasi non semper tum est, quod erat nobis demonstrandum.

X. Si ager sanguine abundet, ejus facies, & oculi intense rubent &c. sanguinem liberali manu ex brachio &c.] Maniam curaturis nihil aliud praestandum esse, quam ut acres, vellicantesque particulas, sive biliosas ea fuerint, sive acidæ, austerae, ponticæ, temperant, educant, fibras Cerebri abstergant, emolliant, inordinatum, atque effrænem spirituum motum compescant, tam notum est, quam quod notissimum. In fonte Chirurgico Veterum fere omnium, & Recentiorum Medicorum consensu principem obtinet locum venæ sectio larga, qua depletis vasis sanguiferis, mutuas particularum sanguinearum allisiones, attritus, atque abhinc prodeuntem fervorem temperari, pressionem glandularum Cerebri, vasorum turgentiam tolli contingit, incongruas particulas in Cerebri filamento minus exprimi, copiam spirituum animalium imminui, laxitatem solidis partibus conciliari, tandem dulcibus, humidis, atque attemperantibus particulis in sanguinem viam sterni. Ad quantitatem mittendi sanguinis quod spectat, nemo non videt, eam pro varia ægrorum constitutione, viribus, ac morbi vehementia variandam esse. Liberale certe esse Medicum decet in iis, qui sanguine abundant, qui robusti sunt, qui seviant, surunt, que omnia protenso quasi digito commonstrant copiam spirituum animalium tumultuaria in Cerebri fibras, hisque appenos nervos irruentum adesse, vasorum turgentiam, qua incongruae particulari in Cerebri filamento exprimuntur, altiusque penetrant. De loco vix illa suppetunt, quæ dicam, cum in violentis capitis affectionibus ex brachio primum, tum si suppressio sit naturalium sanguinis evacuationum, ex pede, tandem ex partibus affectæ proximis, jugulo videlicet, arteria temporali felicissime cedere alibi ostenderimus. (V. Cap. 1. de apopl. com. in aph. 15. Cap. 2. de delirio &c. com. in aph. 13.) Arteriotomiam in temporibus institutam valde efficacem esse adversus Maniam non semel deprehendi, cum detrac-tio sanguinis ex aliis partibus a Cerebro magis difficit, minus commode responderit: neque efficacem tantummodo, sed & adeo tutam, ut valde miret de ejusdem periculo a nonnullis blaterari, periunde ac si aneurysma sequi necessario oporteat. Verum quidem est arteriæ tunicas a lanceola vulneratas distrahi nimium, ac dilatari, ideoque Aneurysmatis periculum subesse. Si tamen de seipsis arteriis temporalibus sermo sit, cum intus ossibus temporum superincumbant, extra fasciis comprimentur, facillime omnium, ac perfectissime sanescunt.

XI. Quod invaluit in temperamentis biliosis non esse detrahendum sanguinem &c.] Sunt qui in Mania ab acribus alchælescentibus particulis (quæ plerunque contingit in iis, qui temperamento servidiori, bilioso, ut ajunt, ac paucu sanguine,

guine sunt prædicti) a venæ sectione abstinent, verentes, ne tenuissimæ sulphureæ, subtilioresque particulae sanguinis iusta copia non coercita facile sint avoluta, unde morbi causa augeatur. Hippocrates auctor est, ut notat Martianus in expositione lib. 2. de morb. muli. n. 9. & in coac. prænot. sect. 3. n. 79. Et sane quamvis detraicto sanguine ob auctam celeritatem iulus ejus particularum rariores, & debiliores sint, fortiores tamen, & crebrios esse in latera vaorum, & si sanguis tenuibus sulphureis particulis foetus sit, frequentiores tum inter se, tum inter latera vaorum a Mechanicis demonstratum est, unde in Maniacis temperamenti biliosi, sanguine tenuissimo existente, & sulphureis, ac subtilioribus particulis prædicto si detrahatur sanguis, fervorem, effervescentiam augeri contingit, & morbum simul. Ego tamen ubi enormes, atque effrænes impetus compescendi fuerunt, etiam temperamento admodum bilioso existente, vel ira furentibus hominibus venam fecari jussi, nec quidquam inveni, quo ab opinione mittendi sanguinem similibus in casibus desiderarem. Quamvis enim simul ac venam fecui, calorem, fervoremque auctum vidi, post breve tamen tempus effrænes impetus egregie sedari deprehendi. Nempe aucta per venæ sectionem sanguinis velocitate, calorem, fervoremque oriri contingit, imminuta vero copia spirituum animalium, languescente cordis, & arteriarum motu, effrænes ac violentos motus compesci.

XII. Si vero res mihi sit cum agro, qui languidus, ac debilis fit &c. hirudines tantum sedalibus venis, cucurbitulam &c.] Quandoque in detrahendo sanguine timidum, ac parcum esse Medicum oportet, ne cum ægrorum damnum nimis sit liberalis. Ubi vires Maniacorum languidae sint, ac debiles, ubi cochymia adsit, & mæror potius, ac timor, quam furor ægrum exerceat, ecquis ad vehementer credendum non adducatur laxitatem solidarum partium, humores acidos, austeros, viscida, ac difficili materia involutos Cerebrum infarcientes peccare? Quod ubi contigerit, tantum abest, ut venæ sectio Maniacis proficit, ut potius obesse plurimum valeat. Flaccescere enim, ac collabi magis, magisque solidas partes perspicuum est, acidos, austeros, vel similes humores lenta, ac difficili materia involutos congeri, fibris Cerebri tenacius adhærente, & morbum augeri, aut confirmari. Verumtamen quamvis hæc vere dicantur de sesta vena brachii, vel similibus magnis vasis, affirmari tamen non licet de hirudinibus sedalibus venis appositis. Nam præterquam quod hirudines in morbis capitum cum phantasie laetione, & generatim in Melancholica temperie sedalibus venis appositus mira præstare compertum est, præterea pulcherrima caruindem laus est tu-to, ac citra virium discriminem, vel in infantibus, in quibus venæ sectio vel vasorum sanguiferorum exilitatem, vel virium languorem celebrari nequit, applicari posse. Nonne morbus iste per hemorrhoidum fluxum solius naturæ ope resolvitur? Cur ergo Medicus, qui solius naturæ observator diligens esse debet, atque imitator hemorrhoidum aperitionem ope hirudinum pertineat? Idem plane dictum velim de cucurbitula magna scharificata. Occipitio applicata, quam in Apoplexia, Le-thargo, Phrenitide, aliisque violentis capitis affectionibus mira præstare cum Cl. Lusitano, Riverio, aliisque auctoribus magnis, & doctis adnotavimus.

Nucha, aut brachiis cauteria.] Ad Chirurgiam quoque pertinent cauteria, illud remediū genus e sanguine, diversum humorem evacuans in gravissimis, ac pertinacissimis capitis affectionibus admoyerit solitum nuchæ, aut brachiis magno cum fructu. Fonticulos excitandi antiquissimus mos est, ut liquet ex Carlio Aureliano, qui cauteria frequenti in usu fuisse Themisoni, Archigeni aliisque tradit, & ex Rhazis lib. de affect. junct. tit. 16., qui id etiam de Arabibus confirmat, quos Veteres fere omnes, & plerique Recentiorum sequuti sunt. In capitis morbis Scultetus (armament. chirurg. tab. 43.) maximum, & mirandum

præstare auxilium affirmare non dubitavit. Et de Mania quidem, Melancholia, Paralysi, Cephalalgia alisque similibus passionibus fonticulos aptissimos ad easdem certo, feliciterque debellandas esse, Viri in re Medica præstantissimi Rondeletius *meth. curand. morb.* Horstius *lib. 2. obs. 19.* Mercurialis *lib. 1. c. 27.* Crato *conf. 80.* Cælius Aurelianus *lib. 3. c. 1.* aliisque testanti sunt. Excitatis nempe fonticulis nova emunctoria naturæ parantur, quibus quedam excrementitiæ sanguinis particulae, ac noxi humores, si qui spiritus conspurcent, & in motus inordinatos agant, vel Cerebri tersam, perspicuamque substantiam obnubilare possint, qua data porta extra corporis confinia elabi possint. Natura ipsa optima morborum medicatrix efficassimum esse remedii genus aperte docuit; siquidem exsiccatis vulneribus, aut fistulis insanire homines, nec prius infaniam solvi, quam illa aperiantur, observationibus virorum præstantissimorum compertum est. Ita puellam Maniacam per ulceræ in crure orta curatam refert Foreltus *lib. 10. obs. 24.* Ab occluso ulcere Maniam cæpisse testatus est Amatus Lusitanus *cent. 2. obs. 47.* Alias observations vid. in M. N. C. *Dec. 2. an. 3. obs. 213.* *An. 6. obs. 201.* nec non in Pechlino *lib. 2. obs. 30.* Quid ergo si eam imitemur arte vias incongruis particulis eliminandis aptas parando? Quæ si locum habent, locum habent maxime in iis, qui cacochyini sunt, qui sanguine donantur acidarum, austérarum, viscidarum, ac difficilium particularum admixtione coquinato. In adustis vero, strigofisque corporibus, in quibus acres, alchalefentes particulae dominantur, periculum est, ne scrofa rum, ac nutritiæ roris, quorum insigne fit per aperta ulceræ dispendium, justa copia non coercitæ, ac libertatem naæta cum fuerint, morbus vel exasperetur, vel tabes subsequatur.

XIII. *Huic pariter radicem Hellebore nigri acido aliquo succo correctam &c.* ] Utrum purgantia Medicamenta in Mania convenient dubitatur. Si Veteres Medicos consulamus, illi quidem non solum a purgantibus nullatenus abhorruerunt, sed vehementissima usurpare minime sunt veriti. Celebris est Helleborus, cuius duo sunt genera, Albus scilicet, & Niger. Albus a Veteribus cautissime usurpabatur, atque ejus virulentiam teste Albino *lib. de meth. cum oleo, vel etiam oxymelite decoquendo cicurabant, atque ad ipsum ferendum ægros balneatione, victuque humido, & copioso parabant, ut lethales convulsiones præcaverentur.* Niger frequentius adhibebatur, atque adversus capitis morbos cum phantasæ lœsione tamquam specificum medicamentum valere plurimum reputabatur: hinc in proverbiis consuetudinem venit Helleboro opus esse ei, qui demens vocaretur, atque egere illum in Anticiram navigare; in hac enim insula multum Hellebore nigri, quem etiam D. Tournefort legitimum Helleborum nigrum Hippocratis, & Antiquorum esse tradit, reperitur. Quamquam nasci quoque in Oris Ponti Euxini, & ad radices Montis Olympi in Asia circa Prusam notum est. (V. Cor. inst. R. H.) Violentus tamen & ipse creditur, ac naturæ hominum infestus. Memorabile est, quod refert Valæus in method. medend. helleboro fonticulis ad mundificationem imposito per vomitum, & secessum subinde purgasse, atque alterum illud, quod tradit Plinius *hist. nat. lib. 25. c. 5.* Melampodem observasse capras hellebore pastas purgari, & lac earum adhibuisse ad Prætidas furore percitas perfanandas, quod tenuissimi in eodem, & summae activitatis principii argumentum est. Quæ res efficit, ut cum certis, ac constantibus, tum multis, ac frequentibus Veterum Medicorum observationibus proficuum ad curandos Maniacos compertum fuerit, in suspicionem venerint, vel peculiari modo corpus præparare solitos fuisse, priusquam exhiberent Helleborum, vel ad ejus lenitatem, aut vehementiam plurimum facere regionum diversitatem. Et vero teste Dioscoride *lib. 4.* litteris tradita fuit a Philonide Siculo Ennensi peculiaris corporis ante usum Hellebore præparatio,

paratio, & victus ratio, quæ tamen ad nostram usque memoriam non pervenit. Hac de re etiam videatur Schulzii dissertatio de helleborismis Veterum. Regionum diversitatem facere ad ejusdem vim immutandam facit potissimum, quod qui ad nos crescit validius, & vehemens est, qui vero Helvetiis montibus adfertur validior, atque efficacior est, ut præ cæteris testatus est Boulducius egregius Chymicus, & Academicus Parisiensis, cum illum qui ex Anglia in Galliam adsportatur infirmissimum esse in sua operatione, ut nihil fere, aut parum quacumque tandem forma exhibeat, purgare deprehenderit.

Radix in usu est, in qua sales præcipue dominantur, resinamque copia longe excedunt, ex quorum congrua portione optima purgatio sequitur. In ea autem corrigenda non defuit Medicorum accuratio. Alii lotione, maceratione, vel in aqua, vel in vino, alii torrefactione, alii succo rosarum infestam ejus vim emendant; quorum tamen omnium illa potior esse videtur præparatio, quæ acidis succis peragitur, cujusmodi sunt suc. cydonior. vel acet. vel simili liquore. Acidis enim omnium acrium vim majorem in modum infringi compertum est.

*Vel ejus extractum aq. simplic. cum sale tartar. paratum.* ] Resina, quæ per vi ni spiritum extrahitur irritare potius, quam purgare habet. Si materia, quæ a resinæ extractione remanet, aqua affundatur, tinctura & inde extractum obtinetur, quod urinæ potius ciendæ, quam purgando par est. His omnibus præstat extractum per solam aquam pluviale radicibus Hellebore tenuissime concisis affusum, salem medium aliquem addendo, cujusmodi sunt sal tartar. tartar. vitriolat. vel similis, eamque fervando in cinerario calido per 24 horas. Collatur postea, & leviter exprimitur liquor, permittiturque, ut quiescendo clarescat. Sic parata est tinctura, cuius humiditate leni igne exhalante habetur extractum solidum, quod leniter simul, atque utiliter purgat. Hac nimurum ratione sales, quos planta continet, resinæ copiam secum trahunt, penetrant, ac dissolvunt, hinc blandum simul, & efficax purgans constituunt. Grates habendæ sunt laudato Boulducio, qui plurimis experimentis edocitus statuit satius esse leni calore ex purgantibus medicamentis tincturas elici, quam magno; bulliendo enim maximam partem eorum virtus dissipatur.

XIV. *In illo e contra solo sero lactis tamarindato contentus sum &c.* ] Quamvis radix Hellebore alterutro ex dictis modo præparata leniter simul, atque utiliter purget Maniacos, ut hactenus demonstratum est, non omnibus tamen Maniacis sine præmeditatione exhibenda. Leniter atque utiliter purgat, si iis præscribatur, qui laxiori habitu donantur, & in Maniam inciderunt ob humorum acrium viscido involutorum cerebrum infarcientium copiam: Si vero adustis, strigofisque corporibus. Mania ab acrimonia alchalica, & biliosa interperie vexatis tantum abest, ut emolumento sit, ut eosdem in discriminem viræ adducere valeat. Humidiiores enim, mitioresque sanguinis particulas educendo, cæteras acuendo, nervosas partes in validiores, vehementioresque contractiones, ac corrugationes sollicitando efficere potest, ut Maniaci furant magis, ac delirant, atque interdum convulsi moriantur; unde rectissime ab Hippocrate dictum *1. aph. 5. Convulsio ex hellebore lethalis.* An Antimonalia medicamenta, cujusmodi sunt Antimon. hycinth. hepar antimon. & ex eo paratus crocus metallorum, aqua benedicta Rhulandi, quæ paſſim ab Auctoribus miris laudibus extolluntur, in usum revocem? Næ isthæc ejusmodi sunt, ut cum acerimis, ac fere corrodentibus particulis facta sint, non solum adustis, sed quibuscumque Maniacis sint infestissima. Satius porro crediderim alvum blandis lenientibus laxare, inter quæ Serum lactis Tamarindatum præstat, quod cum humoribus alchalicis, biliosis evacuandis, & ex massa sanguinea præcipitandis,

tum nimio ejusdem fervori compescendo, ac temperando existit aptissimum: Mirum irrideri Veteres Medicos distinguentes medicamenta purgantia in cholagogia, phlegmagoga &c. cum experientia compertum sit certos humores peculiaribus pharmacis facilis, commodiusque educi, ut dictum est de Helleboro, & Tamarindis, quorum ille acidis, austeri, viscido involutis humoribus in Mania peccantibus, hi vero biliolis, alchalicis eliminandis opportunissimi deprehenduntur.

XV. *Ceterum Serum lactis destillatum cum foliis Cichor. Fumar. &c.*] Sive acidi austeri, sive acres alchalefcentes peccent humores, ea quae diluendi, temperandi, cicurandi, emolliendi facultate donantur, in Mania locum habere manifestissima res est. In horum sensu venit Serum lactis destillatum cum Fumar. Cichor. aliisque plantis, quae nitroso sale, aut nitro persimili per experimenta Cl. Boerhaavii (*Chym. tom. 2.*) foeta sunt, unde illud emergit remedii genus, quod qua nimium fervorem, atque effervescentiam compescendo, qua blande attenuando, & incongruas particulas per insignes excretionum vias extra corporis confinia educendo, qua demulcendo, ac relaxando ad hunc morbum proligandum aptissimum existit.

XVI. *Aestuosa tempestate ægrum in aqua tepida &c.*] Balnea solent etiam sani in deliciis habere, Romanorum præente exemplo, præsertim M. Agrippæ, eius liberalitate, anno ædilitatis suæ, centum & sexaginta loca ædificata fuerant, quibus Cives gratis aqua calida, & frigida lavari poterant. Hunc æmuli sunt Nero, Vespasianus, Titus, Domitianus, Severus, Gordianus, Aurelianus, Diocletianus, Maximianus, atque omnes fere Imperatores, quorum luxus, ut liquet ex Vitruvio (*de archi.*) Seneca (*in epist.*) Statio (*in sylvis*) Plinius (*in hist. natur.*) nulla in re clarius eniuit, quam in magnificis balneorum fabricis. Cæterum magno in honore habita semper fuerunt balnea a vetustissimis Medicis, maxime vero a Methodicis, qui uti in omnibus fere morbis ad solidarum partium vitia diligenter respiciebant, ita iisdem earumdem tonum modo augendo, modo imminuendo prompte succurrebant. Ac speciatim loquendo de Mania equis inficiabitur totius corporis fibras, quæ nimio robore, atque elatere sunt præditæ, quæ nimium aridæ plerunque, atque exsiccæ sunt, balneo aquæ dulcis tepidæ relaxari, atque emolliri? Ea re fit ut sanguinis minore impetu propellatur in caput, neve incongrue particulae in Cerebri filamenta exprimantur, altiusque penetrent, unde nerveorum filamentorum varias, inordinatasque concussions sedari contingit, atque abhinc prodeunt Maniacorum impetus coerceri. Illorum consuetudinem, qui ægros in mare, & flumina mergunt, diuque immersos tenent, Veteres plerosque Medicos imitantes, qui, ut docent Hippocrates (*de humidorum usu*) Plinius (*in histor. natur. lib. 29. cap. 1.*) Strabo (*in Geographia lib. 65.*) Oribasius (*lib. 7. cap. 27.*) balnea frigida in adversa valedudine plurimum commendabant, laudare nescio. Quamvis enim Melancholicorum, & Maniacorum balneo frigido curatorum exempla non desint, quale de Mania curata refert Michellottus in M. N. C. vol. 1. obs. 102. p. 10. tepida tamen multo tutiora crediderim, ubi partes nimis firmæ, atque adlæctæ relaxanda sint. Tepore enim vix dixi potest quantum mollescant fibræ universi corporis, cum interim apertis cutis foraminibus, & levi sudore subsequente, quidquid sanguinem, cæterosque succos conspurcaverit, extra corporis confinia educatur; quæ de balneo frigido affirmari non possunt. Quam apte Trallianus lib. 7. *Egri* (*melancholici nempe*) *in balno morentur diutius, ac in calidam descendere cogantur, omnino etiam, si astas fuerit, in eo diutius desideant.* Quibus addenda, quæ in hanc sententiam tulit Aretæus lib. 7. *Melancholici in aqua fonte calidis sepe connoventur; raro enim, & molles carnes ad ægritudinis re-*

*L I B. I. C A P. V.*  
107  
*mitionem maxime faciunt, verum sicce, & tensa Melancholia laborantibus carnes sunt.*

XVII. *Autumno tandem ad Lac asinum &c.*] Balnea sequitur lactis asinini usus, quod aduersus Maniam præstantissimum medicamen est, si quod aliud. Cum enim ad acres, stimulantesque particulas invertendas caseofa ipsius parte plurimum valet, serosa autem ad diluendum, tum ad laeves, politasque, humidas, atque temperantes in sanguinem invehendas, ad demulcendum, ad laxandum existit opportunissimum. Ob majorem tenuitatem & Caprino, & Vaccino Asinum lac longe efficacius, & pro agrorum opportunitate valentius creditur. Remediis genus quod aduersus morbos ex acri oriundos, ac solidarum partium adstrictione nimia, siccitateque, Hippocrates usque, aliqui in re Medica præstantissimi viri præ ceteris nostra hac ætate florentissimi Boerhaavius, Hoffmannus, Cyillus tanti faciunt, ut si quid in summa rerum angustia sperari possit, ab uno lacte sperari posse confidant.

XVIII. *Si austeri, acidi peccent humores, & viscerum imi ventris infarctus &c. tinturam Mart. suc. pomorum, aut aurantior. extr. &c.*] Pruisquam Lac exhibeat, illud enixe curandum est, ut ea vicia tollantur, quæ impedimento esse queunt, quominus a Stomacho rite subigi, & in sanguinis massam per venas lacteas invehi commode possit, unde acescens in stomacho gravissima mala hypochondriaca progignat. Id præsertim contingit, ubi primæ viæ acidi, aliisque pravis humoribus onusæ sint, ac viscerum imi ventris infarctus adsint. Hinc salubre practicorum consilium ea in usum vocare, quæ cum acidos, aliquæ peccantes humores absorbendi, tum laxatas solidas partes corroborandi, obstrunctiones, infarctus referandi facultate donantur. Martalia Medicamenta id maxime præstant. Terrea enim parte absorbent potentissime, & corrugant aciditatem omnem humorum, fibras Ventriculi, intestinorum, & adjacentium viscerum membranas constituentes confirmant, ad assueta munia aptas reddunt, unde mucosas quisquilia atteri contingit, infarctus viscerum referari, & liberum per venas lacteas in sanguinis massam lacti aditum patefieri. Usurpatur Mars vel in forma solida, ut ajunt, vel in liquorem redactus. Si in forma solida exhibeat, vel in tenuissimum pollinem teritur, vel in rubiginem, seu crocuar redigitur. Uterque eximiæ virtutis est. Inter Martis præparationes magno in pretio, & honore habentur tinturæ, atque illæ præsertim, quæ cum liquore non admodum acido parantur. Cum acido limonum, pomorum, & similiūm fructuum blandissima tintura elicuntur, quæ ex conveniente vehiculo propinata mira præstant; eo quod leniter operentur, in istiusmodi affectionibus, in quibus verendum est, ne plus æquo solidæ partes obrigescant, ac turbæ excitentur, cæteris Martis præparationibus anteponuntur tinturæ.

XIX. *Somnus suavi cantillatione, Musicorumque instrumentorum concentu &c.*] Scite admodum prudenterque somnus ab antiquis Poetis appellatur pax, & tranquillitas omnium rerum, nec non quies spirituum. Ita Ovidius:

*Somne quies rerum, placidissime somne Deorum,  
Pax animi, quem cura fugit, & peccora duris.  
Fessa ministeriis mulces, reparasque labori.*

Et Seneca in Hercule furente

*Tu o domitor  
Somne malorum, requies animi,  
Pars humana vita melior.*

Cum igitur quiete spirituum, ac placida tranquillitate opus sit in Mania, nemo non videt omni studio esse procurandum. Huic autem operi apprime faciunt suaves cantillationes, musicorumque instrumentorum concentus. Hisce

porro multis gravissimisque morbos & animi, & corporis profligatos fuisse. Veterum, & Recentiorum Medicorum observationibus compertum est. Qua de re vid. histor. in act. Reg. Scient. Acad. Paris. an. 1702. 1707. 1709. ut mittam testimonium Sacrarum litterarum, ex quibus habemus Saulem furore, & infania percitum modulamine citharae non semel a Davide fuisse placatum; Alexandri ab Alexandr. qui refert Asclepiadem nulla remagis, quam symphonia, & vocis concentu phreneticos curare solitum fuisse; Celsi, qui phreneticorum tristes cogitationes symphonia & vocis concentu discutiendas esse tradit; Roberti Boylei, qui refert quemdam ut inimicitiam ab alio acceptam reponeret æreum cornu canere jussisse; cum hic federet cum amicis in convivio, auditu sono adeo turbatum animo, & corpore fuisse, ut risum in conviviis, & admirationem commoveret, & Homeri, & Plutarchi, qui pestem ex multis Græciæ civitatibus musicis instrumentis fuisse depulsam testantur. Sed quod magis mirari subit certis duntaxat Musicis sonis quoddam morbos profligari. Cujus quidem rei locupletissimum testem habemus Cælium Aurelianum morbor. chronic. lib. 1. cap. 3. ubi ait: *Alii Medici utuntur etiam cantionibus in Mania curacione, tibiarum varia modulatione, quarum alteram Phrygiam vocant, quæ sit juuanda, & futuræ iis, qui ex magnitudine furere noscuntur, aliam gravem, quam Dorianam appellant in iis, qui risu, & fuerilibus cachinnis afficiuntur.*

Mitto demorsos a Tarantula, dum motu sensuque privati in terram concidunt, certis modulationibus tibicinum, & aulcedorum digitos primum movere leniter, mox pedes, deinde universum corpus, donec exergesci assurgunt, & choreæ inertes, atque inexpertes, tamquam peritissimi saltatores ad numeros tripidant, ut si forte soni deficiant a rhythmo, aut dissonent, non sine magna ægritudine, & moerore a chorea desistant. Qua de re V. Kircherus, Boyle, Geofroy hist. d. A. Vol. 6. Mead, Baglivus, aliique. Quod sine admiratione haud accipi solet ab iis, qui morbos omnes a sanguinis vitiis repetunt, vix ac ne vix quidem ad solidas partes, maxime nervosum genus respicientes. Cum enim humanum corpus, ut Automa divino artificio constructum sit, nervosæque partes magnam vim habeant ad partes corporis movendas, elaterium, robur ipsarum variandum, nec non ad canalium diametros constringendos, aut relaxandos, summam quoque illis inesse efficaciam ad humorum motus, actionesque ab ipsis pendentes multipliciter variandas censem est. Hinc orti infiniti propemodum morbi, qui a nervis, tamquam a præcipua causa dependent; imo paucissimi sunt morbi, in quibus nervi tandem non afficiantur, aut quorum optima remedia non sint, quæ nervorum tensionem, & elaterem congrue moderantur. His ita statutis haud difficile, atque insolens explicatu est, cur soni, ac cantillationes ad plurimos, eosque gravissimos morbos curandos plurimum valeant. Cum enim magnam vim habeant Musica instrumenta ad fibras nostri corporis commovendas, nil mirum videri debet perturbatum earum motum ad naturalem rythrum reduci, languescentem excitari, ac pro variis sonis nunc Dorio, nunc Phrygio, nunc Lydio, modo furorem & iram, modo gravitatem, lenitatemque animi, modo moerorem, & tristitiam conciliari.

XX. In hunc finem pediluvia ex Malva, Parietar. Lætuc. &c.] Ea est inter nervosas partes connexio, ut una affecta, alia quoque licet longe distante afficiantur. Hinc liquido constat quare a Medicis non raro quibusdam partibus minime infirmis remedia applicentur, ut alia distante male affecta leventur. Ita pediluvia in deliriis instituantur ex emollientibus, & hypnoticis parata, ut fibris cerebri placida exoptanda tranquillitas, ac somnus concilietur. Laxatis enim harum partium fibris per summum, atque admirabilem consensum, cerebri quoque affici ea ratione contingit, qua opus est ad placidam exoptandam tranquillitatem,

ad

ad somnum. Qua de re vid. Bagliv. (de fib. motr.) Vieusseen. (in nervolog.) Hoffman. (differt. de consen. part.) Stahlius, aliique. Sunt qui hyosciamum in ejusmodi pediluvia recipiunt; verum cum non desint observationes præsertim in Eph. N. C. delirii, furorisque oborti, solius decocti foliorum hyosciami vaporibus satius duxerim abstinere, ne dum delirium sedare volumus, eidem occasionem præbeamus.

XXI. Emulsiōes pariter sem. quat. frigid. major. &c. cum nitr. puriss. gr. x. camphor. gr. iii. &c.] Ad effraenes nervorum, ac spirituum motus compescendos præ ceteris omnibus opiate præstant. Hinc Etmüllerus statim in principio exhibenda esse docet: morbo enim magis protracto minus adjumenti ab opiatibus haberet, additque Lindanum affirmare, quoties somnus conciliari potuerit, feliciter a se Maniacos fuisse curatos, secus propter morositatem parum, aut nihil juvare. Imo cum spiritus sint alio avocati, cum in opiatibus, tum in aliis remediis administrandis necessarium esse consuetum modum exceedere, ne eorum vires eludantur. Qua in re si quid sentio, ab opiatibus onnino abstinentem traherem. Quies enim, quæ ex narcoticorum actione spiritibus accedit, torpor est potius in efferoiremotumabiturus, quam placida exoptanda tranquillitas. V. Cyril. t. 3. cap. 35. Ne autem in principio opiate sint administrastra facit potissimum ea ratio, quod ante universalia remedia, quæ morbificam materiem corrigan, & per insignes excretionuri vias extra corporis confinia educant, infida sunt, cum interim neque expectandum sit, ne fractæ sint vires, neque consuetus modus in eorum administratione excedendus, ne quem obdormire volumus, ut cum Celso loquar, excitare postea non possimus. Qua de re plura vid. cap. 4. com. in aph. 18. Si igitur nimii motus compescendi sint, & somnus procurandus, iis maxime uti expedit, quæ demulcere habent, emollire solidas partes, humidas, atque temperantes particulas in sanguinem invehere, spiritus ramosis partibus irretire potius, quam penitus obtruere. In horum censu venient femina frigida majora, aquæ plantarum quæ lacteo, mitique succo, aut nitroso sale abundant, & ex his paratae emulsiōes; in quas si nitrum purissimum, & paullum camphoræ excipias, dici vix potest, quam apte effraenes Maniacorum imperus coercantur. Ea nimurum est hujuscē salis pulcherrima laus, ut cum nimia sanguinis, humorumque effervescentiae compescendæ, ac temperandæ, tum blanda, mitique vi anodyna nervosis partibus placidam tranquillitatem conciliando opportunissimum existat. Miror cur Medicinae proceres præeunte Sennerti, ac Riverii exemplo hoc simplicissimo medicamento, ceteris posthabitis, ejusmodi morborum curationem non aggrediantur. Si de camphora sermo sit, ejus anodynā virtutem qui non cognoscit ad effraenes Maniacorum impetus coercendos, medicamentum apertissimum cognoscit plane nullum. Vel in magna dosi illam exhibeas, vel parca, & per epicrasim, mirum nunquam non bono, & emolumento esse posse. Expertus loquitur. Feminam quamdam enormibus convulsionibus obnoxiam, vigilis contumacissimam, ac sepius furore percitam sola emulsione descripta cum camphoræ gr. iii. quotidie exhibita in pristinum valetudinis statum restitutam deprehendi, cum alia propemodum infinita minus commode responderint. Maniacum etiam quendam eadem emulsione cum camphoræ gr. ii. viginti quatuor horarum spatio exhibita post largam sanguinis missionem, ac purgationem helleboro, felicissime sanatum vidisse bona fide testor.

XXII. Carnium vitulorum, pullorum, & similiūm elixarū usus moderatus. &c.] Carnium deliciorum, & Animalium temperatorum elixarum usum Maniacis interdicendum non esse facit potissimum ea ratio, quod inediā ferre minus possunt, ac delirio, vigilis, ceterisque gravioribus pathematis exer-

ccu-

centur cum tenui vietu utantur, licet animo in variarum rerum contemplatione occupato famis stimulum minime persentiant. Quod quidem non aliunde repetendum est, quam ex eo, quod acres, vellicantesque sanguinis, humorumque particulæ chyli iusta copia non coercitæ facile avolant, nerveas fibrillas pungunt, in vehementiores contractiones agunt, atque propterea agitationem, ac furorem augent. Illud tamen curandum est omni studio, ne debitum modum excedamus, ne sanguini, ac spiritibus nimiam vim addendo efferationibus postea motibus ansam præbeamus. Quapropter satius est, ut pulmenta potius ex avena, hordeo, cucurbita &c. cum amygdalis liberalius concedantur, qua vel blando acore, quo donantur, vel oleo miti ac lacteo succo, quo abundant, nimiae humorum effervescentia, ac fervori temperando, demulcendo, relaxando, emolliendo opportunissima existunt.

## C A P U T VI.

*De Melancholia generatim, ac speciatim de Melancholia ab Amore.*

I. **M**elancholia est contentio animi in una cogitatione defixi, interdum cum cognitione, & conscientia, interdum sine cognitione, & conscientia homines dire exercens.

II. Certa quædam, & constans fibrarum Cerebri inflexio, a qua nequeunt dimoveri, potissimum in hoc morbo partem agit.

III. Tali porro inflexioni earumdem fibrarum siccitas, atque ariditas ansam præberet.

IV. Siccitati, atque ariditatibz fibrarum Cerebri adde sanguinem a balsamica, oleosa, tenui, mobili natura in terrestrem, atrum, crassum, intertem ad motum degenerantem.

V. Antecedentes, & procatharticæ causæ sunt temperamentum Melancholicum, consuetarum evacuationum, mensium, hæmorrhoidum suppressione, viscerum imi ventris, uteri præsertim in fæminis affectiones, febres tertianæ, quartanæ diurnæ, affidua, atque immodica studia, graves animi curæ, terror improvisus maxime in pueris, amor ingens.

VI. Si quis in firma, & constanti in aliqua re fixatione detineatur, quam perdius, ac pernox secum volvat, & ab eadem removeri nequeat, hinc sensim, sensimque languescente corpore, mentis aberratione primum leviore tentari incipiat, solitudinem consulto quærens, & abhorrens ab amicis, & hominum consuetudine, sermones quosdam quasi cum altero habere videatur, qui non cohærent, & nunc tristes, nunc hilares appareant, quandoque rideat, alias lugeat, interdum cantet, non nunquam irascatur, & aliquando perpetuo silentio detineatur, noctu vagetur per sepulchre, per solitudines nesciens quid fugiat, quid velit, Luporum, & Canum more ululet, latret, carnes Animalium laceret, voret, atque ita se habens, quamquam ex intervallis videatur ad sanitatem mentis redire, brevi tamen eliciatur ab hoc statu, & in delirio ite.

iterum constituatur, judica tales esse Melancholicum.

VII. Primus quasi ad Maniam gradus est Melancholia.

VIII. Hinc curatio iisdem fere remediis peragitur.

IX. Aquæ acidulæ, nisi morbus a depravato viscerum imi Ventris munere nascatur, aut foveatur, vix, ac ne vix quidem adhibendè.

X. Nunquam solus relinquendus èger, conandumque, ut facitorum hominum colloquii interficit.

XI. Ubi ex pulsu obscuro, contrasto, & inconstanti, ad præsentiam, aut nomen amasæ celeri, frequenti, humili, inæquali, tremore corporis, pallore simul, & rubore genarum noveris Melancholiæ ex amore proficisci, conjunctio procuranda; sepissime tamen difficillima est, interdum impossibilis, quandoque morbo deterior.

XII. Novus quæsus amor discriminis plenus.

XIII. Peregrinatio minus tuta; nostalgiam enim plerunque gignit.

XIV. Afflictio corporis ob illata verbera, carcerem, diætam ex pane, & aqua sæpe desperatos reddit.

XV. Camphorata medicamenta nullius plane virtutis.

XVI. Præcaveri quidem potest insanus amor, curari autem non potest.

XVII. Præstat ergo Mares præsertim a fæminarum, quæ excellenti pulcritudine sunt, consuetudine, familiaritate, colloquiis amatoriis, lenociniis, atque amatoriis artificiis abstinere, ne in hunc truculentissimum morbum labantur.

XVIII. Ubi a vitio hypochondriorum dependeat Melancholia, curatio eadem; quæ in affectione hypocondriaca instituenda.

## C A P U T VI.

*De Melancholia generatim, ac speciatim de Melancholia ab amore.*

I. **M**elancholia est contentio animi in una cogitatione defixi &c.] Uti Mania delirium cum furore, & audacia, sic Melancholia cum timore, & mœstia communiter solet definiri. Ita Hippocrates 6. aph. 23. *Si timor, & mœstia longo tempore perseverent, judica tales esse Melancholicum.* Quam quidem definitionem, cum aliis ea primo cognita est, non parum fatentur placuisse, siue quod revera habeat cur placere debeat, siue quod idem ipsi olim conjectent. Rem insigni perspicuitate, ac subtilitate pro more ad trutinam revocans Bellinus cum animadvertisset multos dari Melancholicos, vel certa tempora in Melancholia, in quibus per ejusdem morbi vim excitatur risus, lætitia, cantus, securitas, mirum, ait, est quantum se torqueant, ut positam definitionem retineant, & cum ipsa has contrarias affectiones concilient. Hæc potissimum efficerunt, ut Areatai definitionem libentius amplectentur, qui Melancholiæ dicit Angorem animi in una cogitatione defixi, atque inharentis, absque febre, & furore a phantasmate Melancholico ortum. Quod enim invaluit hujuscem morbi maxime proprium esse, ut æger falsa alicujus opinionis specie illudatur, quam tam men

men suo malo veram credit, apte in definitione Aretæi exponi putat per verba, *in una cogitatione defixi, atque inherentis*; verum illud reprehendendum ipsi videtur, quod Melancholia dicatur *Angor animi*. Cum enim angor sit quid triste, & graviter, seu quodam veluti dolore afficiens animum, id omnibus Melancholicorum affectionibus minime convenire existimat, qui non semel rident, cantant, & alia edunt lœtitiae, & hilaritatis signa. Aliam igitur ipse excogitavit, quæ cum omnibus Melancholicorum affectionibus conveniat, cæteris anteponendam esse sibi in animum jure induxit. Bellini definitio fere est, quam tradit: *Delirium sine febre, quo delirans imaginatur de re aliqua singulari, vel paucis aliquot, tamquam verum id, quod est falsum, & tristis est, aut latus, timens, aut securus, prout imaginatio illa conjuncta est cum speciebus tristitia, lœtitia, timoris, securitatis*. Quæ quidem est cum per se satis clara, tum propter illorum famam, qui eamdem defendunt. Non is sum, qui multum laudis Bellino detrahendum esse contendam, qui Melancholia definitionem plus æquo longam tradidit cum paucioribus ea comprehendendi potuisset; haud enim ignoro, quam varius illorum sermo futurus sit, qui ubi vera, aut quæ ad veritatem propius accedunt attigerint, brevitatis studiosos summopere damnant, atque in scribendo minime servandum esse illorum morem, quos in Paradoxis irridet Helmontius, nempe *ut sit, in quo singulis placeant, pugnacissime sustinent*. Cum tamen Bellinus fateatur Aretæi definitionem per verba, *in una cogitatione defixi, atque inherentis*, quadrare egregie in communem Medicorum opinionem, quibus vehementer persuasum est Melancholiæ in eo præcipue sitam esse, quod æger falsa alicuius opinionis specie illuditur, quam tamen suo malo veram credit, si per *Angorem animi*, quod loco generis est in tradita Aretæi definitione, intelligamus animi contentionem ad aliquam rem, in cuius propterea cogitatione defixus sit, non vero quid triste, & graviter, seu quodam veluti dolore afficiens animum, nihil sane est, cur Aretæi definitio placere omnino non debeat. Quamvis nimirum pulchre concinnata sint, quæ a plerisque magnis, & doctis auctoribus sunt edita, nihilominus tamen nonnulla interdum adjungere licet, nonnulla interdum mutare. Hinc sane studio multorum voluntas non desuit, in eoque maxime quorundam interpretum solertia eluxit.

*Interdum cum cognitione, & conscientia &c.*] Celebris est divisio inter Melancholiæ, quæ communiter cum delirio, seu delirium Melancholicum dicitur, & Melancholiæ sine delirio, quæ alias perturbatio mentis vocatur. Qui Melancholia sine delirio tenentur, in fixa quidem, & constanti cogitatione sunt defixi, ejus tamen consciæ sunt, eique quoad vires resistunt. Novi Mulierem quandam, quæ sæpiissime excitabatur ad sese trajiciendum in puteum angulum suæ domus occupantem, mentis tamen recte compos huic cogitationi valde reluctabatur, cavebatque diligentissime, ne angulum domus adiret, valde timens, ne periculo facta cogitationi reluctari amplius non posset, atque experimentum per mortem ageret. Talis erat Mulier illa apud Platerum, quæ ad infantem interficiendum impellebatur, quamquam mens adhuc, & ratio integra eamdem redarguebat, quo propterea factum, ut infants neci reluctaretur. Qui delirio Melancholico, seu Melancholiæ cum delirio corripiuntur, non solum in una cogitatione sunt defixi, sed ejus præterea inscii sunt, atque modo ad merorem, timoremque, modo ad lœtitiam, ac securitatem excitantur. Hinc alii Deum se esse judicaverunt, alii stipula ferentes se Mundi centrum sustinere sunt arbitrati, alii vagientes ut infantes sustentantis manum sunt deprecati, quidam se in vitrea vasa conversos crediderunt, aliorumque viciniam, & contactum timuerunt, alii in anatem, & sine aquis vivere non posse, alii desperati vitam sibi

C. L I B. I. C A P. VI. 113

sibi eripuerunt. Quarum rerum historias vid. in Kircheri tract. de peste in Wepf-fero tract. de cicut. aquat. in eph. N. C. an. 4. & 5. decur. 1. obf. 124. nec non an. 9. & 10. decur. 3. & ejusdem decur. an. 7. & 8. aliisque Auctoriis practicis. Ex quibus liquet ægros firmam, & constantem fixationem torqueare, cuius consciæ haudquaquam sunt, ac propterea eidem blandiuntur. Vel autem cognitio, & conscientia adsit in Melancholicis, vel non, animum in fixa, & constanti cogitatione defixum esse tam certum est, quam quod certissimum.

II. *Certa quadam, & constans fibrarum Cerebri inflexio; a qua nequeunt dimoveri, potissimum &c.*] Quæ fixæ hujuscæ cogitationis causa, ac fomes sunt, ea Melancholiæ causæ erunt censenda. Quod attinet ad causam proximam, & conjunctionem hæc statim innoscet, modo ea in memoriam revocemus, quæ alibi dicta sunt, nostræ videlicet mentis cogitationibus, certas in fibris cerebri motiones, certasque ipsarum flexiones respondere, & vicissim certis motibus, & flexionibus fibrarum Cerebri certas quoque in mente cogitationes excitari. Si ii motus inordinati sint, si ad ea, quæ objiciuntur non sint accommodati, ac demum anima regere pro sui voluntate, & moderari non valeat, inordinatas, confusas, & sine ulla lege cogitationum species animæ obversari, ac delirare Animal. (Vid. Cap. 4. com. in Aph. 2.) Quid ergo si talis sit fibrarum Cerebri inflexio, ut suscipere nequeat alios motus a rebus sensibilibus organis impressos? Firmam nimurum in ea idea, ac cogitatione fixationem oriri debeare; quæ animæ obversabatur eo ipso momento, quo occasione inflexionis jam dictæ fibrarum Cerebri excitata est, tandiu duratura, quandiu fibræ in suscepta inflexione persistant, manifestius quidem est, quam ut ullis rationibus possit comprobari.

III. *Tali porro inflexioni, earumdem fibrarum siccitas, atque ariditas &c.*] Ut a spiritibus per nervos fluentibus varie fluctuantur, tendanturque nerveæ cerebri fibrillæ, variaque, ordinatae tamen cogitationum species animæ obversentur, necesse est ut in perfectissimo toni statu, quem Eutoniam appellant, medium inter laxitatem, & adstrictionem, sint constituta; hinc fit ut vel occasione exteriorum motionum ab exterioribus objectis inductarum, vel aliarum causarum in corpore nostro latentum, modo nervos, spiritus, & Cerebrum eodem modo afficiant, quo ab exterioribus objectis afficiuntur, certæ motiones excitentur, quas certæ in anima ideaæ, ac perceptiones quedam peculiares sequuntur pro motionum illarum diversitate diversæ. Ad varias autem motiones impares sunt fibræ, quæ aridæ, & siccæ sunt, unde spiritus a quibus illæ in alios motus, tremoreque concitari, adeoque inflecti deberent, minus agiles sunt, & expediti; hinc priorem retinent inflexionem, in eoque statu tandiu perennant, quandiu molles evadant. En mentis ad certas, easdemque semper ideas proclivitatem.

IV. *Siccitati, atque ariditati fibrarum Cerebri addit sanguinem a balsamica, oleosa &c.*] Cum Veteres Medici in ea essent opinione, ut crederent sanguinem ex quatuor humoribus coalescere, sanguine videlicet proprio dioto, bile, melancholia, & pituita, atque unicuique suum esse temperamentum, sanguini videlicet, quæ juxta eosdem est rubicundior sanguinis pars, calidum, & humidum; bili, quæ tenuior, calidum, & siccum; melanholia, quæ nigricantior, & terrestrior, frigidum, & siccum; pituitæ tandem, quæ albidiior, crudiorque sanguinis portio est, frigidum, & humidum, existimarent alterutro ex his cæteris præpollente multos, eosque gravissimos morbos exoriri. Ita Veteres Medici una cum Galeno 3. de loc. affect. 7. & 2. de symptom. caus. melancholiæ ad humorem melancholicum Cerebri substantiam occupantem referabant, qui sua nigredine, & obscuritate (non secus ac externæ tenebræ) pavorem si-

mul, & mæsticiam incuteret. Hos alios deinceps Medici præ cæteris Sennertus inst. medic. lib. 2. p. 3. sect. 2. cap. 4. & lib. 1. pract. p. 2. c. 8. adeo sequatus est, ut qui aliter cum Averroe sentirent, garrire, & somnia narrare videarentur. Quæ sententia postea per se omnino corruit, cum præstantissimorum in re medica virorum observationibus, atque experimentis compertum est inanem esse prorsus, ac nullius plane momenti rationem, qua ex colorum varietatibus, quæ in sanguine e vasis extracto, quatuor in eodem humores contineri Veteres deducebant, siquidem pro diversa earumdem sanguinis partium dispositione, & situ diversos illos colores oriri, quorum alterum sanguinem, aliud bilem, aliud Melancholiæ &c. indicare existimabant, manifestum est. Non hic singulas numerando percenseam, aut dicendo explicem causas, quæ rejecto quaternario humorum numero, Melancholiæ assignataæ fuerunt a magnis, doctisque Auctoriibus. Illud solum animadvertisendum est plerosque, qui proximam, veram, ac genuinam Melancholiæ causam assignare sunt opinati, vix ac ne vix quidem eamdem attigisse. In hunc errorem incidisse ambigendum non est Willistum, qui causam Melancholiæ a spiritibus Animalibus reperit, atque existimat eosdem acidam conditionem nactos ita se habere, sicuti effluvia e liquoribus stillatitiis acidis, nempe aceti, vitrioli, & similibus incidentia, quorum est perpetuo moveri, haud longe pergere, & novos poros in corporibus producere, sequentes in illos insinuare; non fecus ac Melancholicis contingit, qui semper cogitabundi sunt, res tamen paucissimis comprehendunt, atque de ipsis rationes perperam deponunt. Præterquam enim quod spiritus animales proxime vix, ac ne vix quidem agere ad firmam, & constantem in aliqua re fixationem ex superius dictis manifestum est, accedit præterea spiritus animales nostri corporis cum spirituosis liquoribus arte chymica paratis comparari nulla ratione posse, cum eorumdem proprietates ea sint, ut in homine vivo in nervorum tubulis contineri nequeant, vel si contineantur, sensuum omnium, motuumque privationem oriri necessum sit, ut præclare ostendit Cl. Pitcarnius elem. ph. math. lib. 2. Cap. 6. Si de remotis causis sermo sit, ad veritatem proprius accedere visi sunt Veteres Medici, qui humorem melancholicum accusarunt. Quamvis enim distinctio sanguinis in sanguinem proprie dictum, in bilem, melancholiæ juxta Veterum sententiam recipienda non sit, nihil est tamen, cur omnino rejiciatur: siquidem docemur experientia non raro in toto sanguine mobilioribus, oleofisis, ac balsamicis partibus dissipatis, terrestres, salinas, fixiores particulas, & ad motum minus aptas relinquunt arcta simul unitas, unde sanguis ater, crassus, terrestris evadit. Quid est cur succi melancholici, seu atrabilarii nomine non insigniatur? Quod si ita res habeat ecquis Veterum defensores continere poterit, quin altiori voce Recentiores redarguant, ceu qui novitatis amore illecti nominum potius quam rerum studiosi fuerunt? Oleofisis, balsamicis, subtilibus, tenuibusque dissipatis particulis, fieri minus vix potest, quin solidæ ipsæ partes obrigent, dentæ fiant, exsiccentur. Hinc est fibrarum Cerebri ariditati, ac siccitati sanguinem terrestrem, atrum, crassum, inertem ad motum, seu quod eodem recedit, melancholicum accedere.

V. Antecedentes, & procatartica cause sunt temperamentum Melancholicum. ] Temperamentum Melancholicum illis inesse censendum est juxta illorum opinionem, qui temperamenta in mutua solidorum, & fluidorum habitudine, exclusa quatuor Veterum Medicorum qualitatum extuperantia, consiliter arbitrati sunt, in quibus fibræ duræ, crassæ, ac densæ sunt, sanguinis, & humorum motus latus, & segnis, crassitudo autem insignis, terrestres, salines, atque fixiores particulae excedunt, spiritus tauritus agiles, & expediti, unde tarditatem in omnibus functionibus, & difficultatem oriri contingit, assidue in meditationem,

nem, & gravitatem. Ejusmodi porro temperamentum ad melancholiæ disponere perspicuum est. Fit enim ut fibræ Cerebri quacumque levi de causa adeo arescant, ut quam ferme suscepint inflexionem in eadem perennent, hinc Melancholia.

*Confuctarum evacuationum mensium, hemorrhoidum suppressio.* ] Cæterum quæcumque vel fibras Cerebri, vel sanguinem ea ratione afficere valent, ut illæ exsiccentur, hic terrestribus salinis, fixioribusque particulis oneretur, ad Melancholiæ agere perspicuum est. Huc spectat suppressio mensium, aut hemorrhoidum, quo fit, ut sanguinis motus majorem in modum retardetur, excretiones omnes, secretionesque humorum mire turbentur, universa sanguinis massa incongruarum particularum admittance coquinetur, unde a balsamica, blanda, mitique natura in atrum, crassum, terrestrem, melancholicum si libertum humorem degeneret.

*Viscerum imi ventris, uteri præsertim in faminis affectiones.* ] Veteres Medici principem in Melancholia locum habere existimabant Lienem, atros, tartareos, melancholicos, atque atrabilarios succos generantem. Quæ tamen sententia ex se corruit post inventam sanguinis circulationem, qua compertum est tali munere fungi nullo modo posse, licet verus, ac genuinus ejusdem usus nondum cognitus probe sit Medicis, atque perspectus, cum nullus adhuc excretorius ductus Anatomicorum solertia innotuerit. Lien igitur vel nullam, vel si aliquam partem agit, cætera quoque viscera imi ventris, Hepar scilicet, Pancreas, Mesenterium, Ventriculus, Intestina, aliaque viscera chyloſi perficienda dicata simul sunt accusanda. Ubi enim horum functiones pervertantur, chylificationis opus labefactari necessum est, chylum crudum, acidum generari, qui in sanguinis massam propulsus eamdem conspurcat, ad fluendum minus aptam reddit, unde ater, crassus, melancholicus evadit. Quid quod ab acrioribus succis in primis viis cumulatis, congestisque in nervorum extremitates si spasm inducuntur, qui ad Cerebrum per nervorum ductum propagati ejusdem fibras infirma, & constanti inflexione detineant? Quotiescumque Melancholia a tali causa originem mutuetur, Melancholia hypochondriaca appellatur, omnium frequentissima. Idem plane dictum velim de incongruis succis in utero secretis, qui nervæ ejusdem fibrillas certa quadam ratione vellicant, atque irritant: tremores enim abhinc prodeunt ad Cerebrum perduci, ejusdem fibras in peculiari quadam inflexione detinent, quæ rei cuiuspiam imaginem animo repræsentat. Si inflexio ea sit, ut impressio, sive idea venera animæ repræsentetur, oritur Melancholia cum insatiabili coecundi desiderio, quæ furoris uterini nomine venit. Ad hujusce rei statum melius intelligendum nonnulla de insomniorum natura explicanda sunt. Somnia igitur tunc fieri dicimus, cum nerve Cerebri fibrillæ in varios motus agantur, quorum motuum occasione animæ idea objecti alias percepti repræsentatur: talis enim motio fuscitatur, qualis fuscitata fuit cum tale objectum anima percepit, & talis, qualis fuscitaretur, si præsens esset objectum. Quoniam vero motus fibrarum Cerebri inordinati, & irregulares sunt, non solum fuscitantur falsæ objectorum ideae, verum etiam falsa iudicia. Si spiritus majori copia collecti viam sibi in nervos denuo sternant, & in organa sensibus externis, motibusque a voluntate pendentibus dicata libere excurrant, & in eos tremores nervi agantur, qui motiones fuscitatas jam somni tempore excedant, delectantque, insomnium solvi manifestum est. Si fibrillæ in iis motionibus, tremoribusque perennarent, nec ab impressione objectorum deleri possent, non insomni, sed veri delirii nomen sibi jure merito vindicaret: maniaci quidem, si effrænes essent, inconcinni, inordinati; melancholici autem, si quam inflexionem suscepissent fibræ, in ea diutius persisterent; unde firma, ac

constans fixatio. Modo haecce varias irregulares motiones, tremoresque, vel firmam, ac conflantem fibrillarum inflexionem excitari sponsum a causa, ut ajunt, materiali nervorum extremitates afficiente perbellie evincit egregia paritas, quam defumit Etmullerus a pollutione virorum nocturna involuntaria. Sicut enim in viris praे feminis turgentia, aut acrimonia talis in partibus genitalibus vellicatio, ac titillatio, ac talis nervearum fibrillarum motus exoritur, ut exinde excitetur insomnium exerciti actus venerei; pari modo cum insomnia dormientium sint deliria vigilantium, si a succis in utero existentibus, vel ab eodem separatis nervorum extremitates, qui genitalia, ac pudenda mulierum mire disseminantur, certa quadam ratione vellicantur, commoveanturque, tremoresque abhinc prodeentes ad Cerebrum per nervorum ductum propagantur, qui nerveas ejusdem fibrillas in peculiari quadam inflexione detineant, vel veneris, vel alterius rei imaginem animæ obversari tardi debere, quamdiu eamdem inflexionem conservent, manifestius quidem est, quam ut ullis rationibus possit comprobari. Quamquam ne uterus quidem diu affici potest, quin pravi, atque incongrui succi in sanguinem deriventur, ejusque motu, ac crasim perversant, unde Melancholia ex totius corporis intemperie exoriatur.

*Febres tertiana, quartana diurna, assida, atque immodica studia.*] Melancholicam hanc intemperiem, nec non fibrarum corporis siccitatatem, ariditatemque valent progignere febres diurnæ, præsertim vero tertianæ, ac quartanæ, quæ plerunque ab humoribus viscitatate, crassitate, & lentore peccantibus et primis viis in sanguinem invectis exoriantur, unde universam sanguinis massam mobilioribus dissipatis particulis figi, ac cogi contingit, & corpus exsiccari. Apte cadit in hunc locum Ballonii illa observatio, quam narrat *obs. lib. 3. de juvne*, qui post febrem diurnam in delirium incidit, & catalepsim. Aperio cadavere Cerebrum, ejusque membranas siccissimas, arefactas, ac rigentes se deprehendisse testatus est.

De assiduis, atque immodicis studiis hæc paucis habeto. Quotiescumque animus in alicujus rei vehementi contemplatione defixus est, objectorum variorum actione minime distracti, sed certis semper, iisque assiduis, & validis mentis cogitationibus addicti spiritus animales certas sibi vias sternunt, itaque, ac redditu adeo patulas efficiunt, ut non secus ac fera per silvam promptissime easdem remetiri valeant, facilioremque perpetuo, & expeditiorem sibi aditum patefaciant, quam ut alias moliantur. Fit propterea, ut nerveæ cerebri fibrillæ certa quadam ratione inflexæ in eadem inflexione diu persistant, ac facultatem sese restituendi, aliosque tremores a rebus sensibilibus organis impressos suscipiendo amittant. En mentis ad certas, easdemque semper ideas proclivitatem.

*Terror improvitus maxime in pueris.*] Quod si terrore improviso affiantur pueri, qui tenello cerebro donantur præ adultis, fibræ ejusdem eam inflexionem suscipiunt, a qua difficillimum est removeri posse, eo quod anima exhorrescens spiritus tanta vi, atque impetu dirigit ad eas partes, quæ ad fugam sunt opportunæ, ut tenuissimis nerveis filamentis Cerebri vitium imprimant, quæ propterea facultatem sese restituendi, aliosque tremores suscipiendo amittunt, unde perpetuo rei horrendæ species animæ representetur.

Quamquam animus in una cogitatione defixus diutius inhærente nequit, quin magna mobiliorum, subtiliorumque sanguinis partium jactura fiat, solidæ partes debito spirituum influxu desituantur, ac majorem in modum flaccescant, relaxanturque, unde liquidorum secretiones, excretionesque perturbari contingit, terrestres, fixioresque particulas exaltari, sanguinem atrum, crassum, terrestrem reddi, verbo dixerim Melancholiæ ex universi corporis intemperie exori.

*Amor ingens.*] Amor desiderium possessionis, & unionis rei amatæ communiter

ter solet definiri. Quomodo concilietur, & qua ratione Melancholiæ inducat paucis est ostendendum. Quotiescumque imago, aut forma maris, aut foeminae ope reflexi, refractique luminis in spectantis retina imprimitur, hæc in nerva filaments nervos opticos constituentia peculiarem tremorem inducit, qui cerebro propagatus, & ejusdem fibras certa quadam ratione concutiens efficit, ut percipiendi facultas formam eamdem, & imaginem exprimat, & intueatur. Quæ quoniā propter sympathiam quamdam, consensumque naturæ, ob quam deformitates ipsæ, & corporis vitia in deliciis sunt, grata, & jucunda est, intueri eamdem præsente archetypo amat, eo autem absente sibi representare, & contemplari. Quod tunc contingit, cum nerveæ Cerebri fibrillæ in tremorem aguntur illi persimilem, in quem eodem præsente archetypo agebantur. Illud enim a Sapientissimo Conditore sanctum est, ut non solum occasione exteriorum motionum ab exterioribus objectis inductarum incitari possint motiones peculiares in Cerebro, earumque comites ideaæ, sed etiam ab aliis causis in corpore nostro latentibus, modo nervos, ac cerebrum eodem modo afficiant, quo ab exterioribus objectis afficerentur. Immo idea sine exterioris objecti præsentia ita vivida quandoque est, & conjuncta simul cum memoria similis ideaæ occasione alicujus exterioris objecti alias excitataæ, ut ad credendum vehementer adducantur causam hujuscæ ideaæ a causa in corpore nostro latente extra nos sitam esse. Ex repetita contemplatione nerveæ cerebri fibrillæ eam inflexionem suscipiunt, per quam idea distincta, clara, vivida ejusdem imaginis diu menti præsens obversatur. Hanc sequitur opinio summi, ac sibi convenientissimi boni, hinc desiderium unionis, seu possessionis rei amatæ, hinc amor. Quam apte cadit in hunc locum, quod cecinit Ovidius! *Oculi sunt in amore duces.* Cui assentiri præclare visus est Cl. Bembus ( nelle stanze ) inquiens:

*Chi non sa come amor foglia predarne,  
O pur di non amar feco propone  
Fermi ne' bei vost'r occhi un solo sguardo,  
E fugga poi se può veloce, o tardo.*

Ex quibus liquet formam, & imaginem maris, aut foeminae ope reflexi, refractique luminis principem in amore obtinere locum. Qui quoniā sæpe sèpius adeo vehemens est, ut homines qui eodem capti sunt, nil nisi de re amata cogitare possint, atque ab eadem removeri nulla ratione queant ( quod tunc contingit, cum nerveæ Cerebri fibrillæ ea ratione inflexæ, qua idea clara, & distincta rei amatæ animæ obversatur, facultatem sese restituendi, aliosque tremores suscipiendo amiserint ) Melancholicum delirium exoritur. Id quod manifestum reddunt mœrores, tristitiaæ, lacrimationes, suspiria, taciturnitas, furor, desperatione, modo vero lætitiaæ, risus species, aliaque ejusmodi, quæ passim in iis, qui amore tenentur observari solent, prout modo timent, modo sperant de re amata, aut aliquid imaginantur, tamquam certum mutuæ benevolentiae argumentum. Harum rerum historiae legi possunt apud Forestum *lib. 10. obser. 20. &c. 30. Bartholinum cent. 2. hist. 69. Valeriolam lib. 2. obser. 7.* aliosque. Quamquam lætitiaæ, risus species raro menti obversari possunt, cum eam dire exerceat Zelotypia, de qua egregie Torquatus Tafius ( Gerusal. lib. )

*Oh di tema, oh d' amor figlia crudele!  
Et Terminius ( nelle rime sciolte )*

*In dubbio del mio stato or ardo, or tremo  
Tra fiamme, e gelo.*

Tristes affectiones, quæ ab hoc fonte proficiscuntur egregie descripsere poetæ clarissimi. Desperationem quidem Cl. Preti ( nelle rime )

Prendo a solcar un Pelago crudele,  
E senz' aura di speme apro le vele.  
Ch' omai tant' oltre il mio desir m' ha spinto  
Per questo Mar d' amor vasto, e fallace,  
Che più non credo di veder la riva.  
Ma poichè d' ogni speme amor mi priva,  
Deh il viver mio sia con la speme estinto.  
Delirium, furemque Virgilius de Didone loquens:  
Uritur infelix Dido, totaque vagatur  
Urbe furens.  
Quid non tulit in hanc sententiam Cl. Paluzzius? (nelle rime)  
Onde il mio Cuor con tal nemiche tempre  
Forma del proprio nido un vero inferno,  
Ove convien, ch' egli arda, e pianga sempre.  
Quid non Martinus? (Nella lira p. 2.)  
Un inferno son io.  
Ricetto sol delle tue furie, amore.  
Non ha strazio, o tormento.  
Ombra là giù nelle tartaree arene.  
Eguale a quelle pene,  
Ch' io nell' anima sento,  
Grave duol, grave ardore,  
E con tenebre eterne eterno orrore.  
Quid non tandem Plautus sub persona Acesimarchi Adolescentis?  
Jactor, crucior, agitor, stimulor, versor in amoris rota miser,  
Exanimor, feror, differor, distractabor, deripior; ita nullam mentem  
Animi habeo, ubi sum, ibi non sum, ibi est animus.  
Ita mihi omnia ingenia sunt. Quod lubet non lubet jam id continuo.  
Ita me amor lapsum animi ludificat, fugat, agit, appetit,  
Raptat, retinet, jactat, largitur: quod dat non dat, eludit:  
Modo quod suavit, diffusat: quod diffusat id ostentat &c.  
Quid plura? Scire sufficiat amorem homines aggredi  
Con arco in mano, e con saette a' fianchi  
ut perbellae Petrarcha.

Vix autem animus hisce affectionibus vexari diutius potest, quin magna fiat spirituorum partium jactura, solidarum partium tonus pervertatur, excretiones omnes, secretionesque humorum perturbentur, in sanguine inquinamenta, recrementaque congerantur; ac demum Melancholia a totius vitio, ut de immodicis studiis ceterisque animi curis dictum est, aliquie gravissimi morbi subsequantur. Cujuscce rei locupletissimos testes habemus D. Gregorium lib. 4. Moral. cap. 20. & lib. 3. Dialog. c. 24. Valerium Maximum lib. 5. cap. 7. & Plutarchum in Demet.

VI. Si quis in firma, & constanti in aliqua re fixatione detineatur, quam &c.] Illud maxime proprium esse deliriis omnibus Melancholicis, ut animus in aliqua certa, & constanti cogitatione sit defixus, supra ostendimus. Hinc est cur Melancholici certo modo ratiocinentur, certa judicia ferant, his, aut illis affectionibus moveantur, & certa quedam loquantur, & agant. Quod monere volui, ut adolescentibus perspicuum fieret, cur certa quedam Symptomata, quæ inter se non cohærent, in Melancholia observentur. Juxta enim rei speciem, quæ menti assidue observatur, Melancholici modo rem unam aspiciunt, modo aliam, nunc ad securitatem fugiunt, nunc ad ma-

stitudinem

stitudiam lugent, nunc ob ridiculam imaginationem rident, modo ad levandum animum cantant, modo ob fixam cogitationem perpetuo silentio detinentur &c.

VII. Noctu vagetur per sepulchreta, per solitudines &c. luporum, & canum more ululet &c.] Pro symptomatum diversitate, quæ Melancholiam solent comitari, diversis nominibus solet ea a Medicis insigniri. Est quædam species Melancholia, in qua homines nequeunt ne per horam quidem quiescere, sed huc illuc noctu præsertim, vagari coguntur per sepulchreta, per solitudines &c. Ob id potissimum errabunda latinis, Arabibus Kutubuth audit, quo nomine ipsis est Animal, quod per superficiem aquarum stagnantium huc illuc continue cursitat. Est alia etiam in qua homines in Canes, & Lupos se conversos putant, illorumque mores induunt, efficiuntque ea omnia, quæ Luporum, & Canum naturam referunt. Quotiescumque in Lupos se conversos putant Melancholici, Lycantropia laborare dicuntur, a verbo græco ΛΥΚΟΣ Lupus, & Τρόπη conversio, quam Melancholia speciem descriptam legimus apud Oribasium. Istorum autem Melancholicorum est foras noctu vagari, lupos quodammodo æmulari, circa defunctorum monumenta ad instar Dæmoniaci Evangelici plerunque verlari (V. Freind Hist. Medic. p. 18.) Cynantropia audit e contra, cum Melancholici canum mores induunt a verbo græco κυνός Canis, & pariter Τρόπη conversio. Illam per solam opinionem firmam, qua existimant homines factos esse Lupos, hanc etiam per morsum Canis rabidi fieri passim tradunt Scriptores. Plerique tamen opinionem, qua se factos esse canes putant rejiciunt. De horrendo hoc morbo cap. sequent. dicemus.

Primus quasi ad Maniam gradus est Melancholia. ] Melancholiam a Mania gradu differre docuere Veteres Medici. Sic Trallianus lib. 1. cap. 16. nihil aliud esse, quam Melancholiam ad majorem gradum redactam tradidit, unde ex uno in alterum facilissimus transitus. Aretæus ipse, qui accuratissime horum morborum historiam descripsit de caus. & not. diut. affect. lib. 1. cap. 5. p. 55. Melancholiam Maniæ initium, & originem esse ostendit. Et sane cum temporis progreßu, ætatis mutatione, erratis in sex rebus non naturalibus non paucæ accedant in universo corpore mutations, nil mirum, si spiritus animales, qui certas, easdemque semper vias remetentes, fibras Cerebri in certa quædam intexione detinentes Melancholicum delirium excitabant, mox cæco impetu hac illac ruentes varie, & inordinate Cerebri filamenta nervæ concutientes Maniacum, & cum furore conjunctum excitant.

VIII. Hinc curatio &c. (V. Cap. 5. aph. 10. 11. 12. 13. 14. 15. &c.)

IX. Aquæ acidulæ, nisi morbus a depravato viscerum imi ventris munere nascatur &c.] Utrum aquæ acidulæ in capitib. affectionibus convenient quæstio est. Alii quidem earumdem usum miris laudibus extollunt, ceu illud remedii genus, quod sales acidos, & fixos terfami, perspicuamque cerebri substantiam obrnubilantes corrigere, & per insignes excretionum vias educere foras valent, viscerum tonum roborare, ut suis apte inuneribus fungi queant. Alii e contra earumdem usum summopere damnant, certis observationibus edocti tristissimos eventus post assumptas acidulas subsequutos fuisse. Ne singulis quæstionibus diutius, quam par est, immoremur, illud sedulo perquirendum est, an capitib. affectiones a depravato viscerum imi ventris munere, atque pravis succis inde jugiter emanantibus ortum traducant, vel a perversa solidarum Cerebri partium structura, aut alio simili vitio. Si primum, tantum abest, ut lòcum non habeant acidulæ, ut nullum efficacius, aut pro ægrorum opportunitate valentius excoegeri possit medicamen. Sin alterum, nullum levamen, certum noxæ periculum sperandum. (V. Jo. Gratian. dissertat. de font. Recobar.)

X. Nunquam solus relinquendus ager, conandumque &c.] Si ullo in morto locum habet optimum illud remedium, quod ab Epicuro propositum est, & cuius mentionem facit Marcus Tullius Tuscul. disput. *Avocatio scilicet a cogitanda molestia, & revocatio ad contemplandas voluptates*, in Melancholia quidem maxime obtinet. Cum enim animæ potestas magna sit in nervos, ac spiritus, aut saltem magna sit inter illius affectiones, & istorum motus consensio, patet magnam vim habere posse animum ipsum, quatenus a fixa illa opinione, cui inhæret, avocatur ad corporis statum mutandum. Notum est Veteres philosophiam, quæ, si Tullio credimus, vera animi cultura, & medela est, non solum ad corrigenda animi vitia, sed etiam ad morbos humanum corpus exercentes, ceu medicinam tollendos commendasse. Hinc *Philosophia Medicina* soror a Tertulliano nuncupatur. Ac Tyrius Maximus Platonicus eum medicum magni faciebat, qui non tantum morbos corporis herbis debellare valet, sed etiam, qui per philosophia præcepta cupiditates animi, quæ a Stoicis pathemata dicuntur, curare didicit. Ea fuit in Æsculapio artis præstantia, referente Pindaro, ut quotquot ad ipsum accesserint ægri, omnes in pristinum suæ valetudinis statum restituti dimitterentur, alii quidem medicamentis per os assumptis, alii extrinsecus admotis, alii carminibus, & dictis. Unde illud Flacci.

*Sunt verba, & voces, quibus hunc lenire dolorem.*

*Possit, & magnam morbi deponere partem.*

Recte quidem hæc omnia. Sed Melancholicum a cogitanda molestia avocare, & ad contemplandas voluptates revocare velle per philosophia præcepta, per moralia præsidia, idem est, ac Æthiopem lavare. De his illi ne somniant quidem. Quid ergo præstandum? Narratum mihi fuit a Viro fide dignissimo Nevythonum in delirium melancholicum incidisse, qui quoniam in tradendis physices præceptis, editisque ingenii, & doctrinæ monumentis clarebat, quam qui maxime omnium fere urbanorum, ac litteratorum hominum benevolentiam sibi comparaverat. Ægre propterea ferebant præ morbi vi eum docentem audire, & consuetudine ejusdem suavissima frui non posse. Quare societas quædam instituta fuit facetorum hominum ea lege, ut nunquam deesset, qui certis, statisque diei horis eumdem inviseret, ac præsens præsentem de variis rebus maxime risum moventibus alloqueretur, ut animus tandem a firma illa, ac vehementi cogitatione, in qua defixus erat, avocaretur. Mirum dictu hoc callido artificio in pristinum suæ valetudinis statum restitutum fuisse. Ex quo apparet, nisi alia ratione subtrahere possimus ea, quæ animum dire exercent, quæque vires medicamentorum elidunt, stratagemate ægrum decipendum esse aliquo.

XI. *Ubi ex pulsu obscuro, contracto, & inconstanti ad præsentiam, aut nomen amaria celeri &c.*] Melancholiæ a vitiata sanguinis crasi, solidarumque partium vitiis oriundam ab illa Melancholiæ specie, quæ ab animi affectibus proficiscitur, ex pulsu satis distingui docet Lindanus referente Etmullero. Quotiescumque enim obscurus, contractus, inconstans fuerit, aliasque recensitas conditiones habuerit, certum animi affectionum capi posse argumentum testatus est. Et sane maximam esse vim animo ad spirituum, nervorumque motum, omnesque abhinc prodeuentes humani corporis functiones, præsertim vero placidum, & æquabilem sanguinis cursum immutandum manifesta res est. Cum vero pulsus nihil aliud sit, quam sanguinis a corde trajectio in arterias, atque ejusdem diffusio per universum corpus, nil mirum si laxato parumper animo, vel affectibus vehementioribus percito pulsus mutationes insignes contingent. Ita Erasistratum Medicum Antiochi summa tabe confecti ob amorem Stratonicæ novercae, quem verecundia tegebant, admota ad carpum manu, atque in faciem

ciem oculis conjectis cognovisse, & qua medicina sanandus esset Seleuco Patri demonstrasse testis est Valerius Maximus, & Plutarchus loc. cit. Cum enim Antiochum visitaret, & summa diligentia, ac sedulitate morbi symptomata perquireret, observare ei contigit, tunc cum Stratonicæ noverca eumdem in lecto jacentem inviseret, pulsus, faciei colorem, & vocem mutari; ea autem exente e cubili, in pristinum statum sensim restitui. Quibus factum est, ut hære reræ ei diutius non liceret. Narrat Tulpus lib. I. cap. 22. juvenem quendam Britanicum ob inopinatam Sponsæ Mulieris, quam deperibat, privationem Catalepticum factum fuisse; quoties vero asseverabatur illam consequuturum, observabat reviviscere, alias vehementius perturbari. Illud tamen hoc loco animadvertisendum est, perperam dictum, Catalepticum ægrum fuisse: in Catalepsis enim mens una cum sensibus consopita est, ut ait præclare Fernelius, & fibræ Cerebri nullum habent motum, nulliusque capaces sunt. In casu autem proposto cum juvenis sentiebat illam consequuturum, neque mens, neque sensus erant consopiti; propterea non Catalepsis, sed gravissima Melancholia ex amore, ob vehementissimam imaginationem, laborasse censendum est, unde nomen Mulieris percipiens modo revivisebat, modo perturbabatur juxta rei speciem, quæ menti obversabatur. Simile quid puellæ cuidam accidisse refert Rondeletius, cuius historiam cum eodem recidat brevitas gratia prætermitto.

*Coniunctio procuranda, sapissime tamen difficillima est &c.]* Coniunctionem maris cum foemina, aut foeminæ cum mare, quem deperit, optimum esse remedium liquido constat ex Seleuci historia, qui cum callido artificio Erasistrati charissimam conjugem Stratonicem filio Antiocho cessisset, eum a morbo, quo dire exercebatur, liberavit. Simile quid narrat Aretæus de caus. & not. diutinarum affectionum lib. I. c. 5. de quodam viro, qui insano amore correptus, Medicis nihil proficientibus, ubi puellæ amatæ se conjunxit, felicissime sanitati restitutus est. Hippocrates ipse virgines ex insano amore insanientes quam citissime viris cohabitare jubet; Si enim, inquit, conceperint, sanæ fient. Hanc tamen medicinam sapissime difficillimam esse, interdum impossibilem, quandoque morbo deteriore adeo manifesta rès est, ut manifestior sit nulla.

XII. *Novus quæsus amor discriminis plenus.*] Non desunt, qui ut animus a fixa illa opinione summi, ac convenientissimi boni, cui assidue inhæret, avertatur, novum querendum amorem suadent, quo prior, quique hominem dire exerceat, deleatur: unde illud

*Scaccerà nuovo amor vecchio desio.*

Verum enim vero illud maxime verendum est, ne quem profligare volunt morbum, eidem denuo occasionem præbeant.

XIII. *Peregrinatio minus tuta; nostalgiam enim &c.*] Peregrinationem magham vim habere adversus insanum amorem docuere poetæ clarissimi: inter hos Ovidius:

*Tu tamen & quamvis firmis retinebere vincis,*

*I procul, & longas carpare perge vias.*

Guerinus ipse ( Pastor fido )

*Deb non si vince amor se non fuggendo.*

Et alibi:

*La lontananza ogni gran piaga salda.*

Novitate nimirum rerum, que peregrinatione spectantur, sensus valde perceluntur, atque spiritibus animalibus alio avocatis firma, & constans inflexio fibrarum Cerebri, atque amoris impressio deletur. Mirum autem mutata aeris pressione, & temperie sic persæpe perturbari fibrarum corporis, indeque fluidorum motus, ut longe a patria profecti redeundi in patriam desiderio fere incre-

*Tom. I.*

dibili

dibili teneantur, ac nisi facultas detur, mærore primum capiantur summo, & perpetuo, ad hunc accedant somni interrupti, vigiliae, virium prostratio, inapetentia, nausea, mox febres, quibus facile contabescant. Nostalgia fere audit iste morbus, qui Helvetiorum maxime proprius est. Ac de eo quidem Jo. Jacob. Scheuchzerus libellum latino sermone ad Academiam Bononiensem scriptum, qui extat in Com. ejusdem Acad. Opus. p. 307. Quo loco fateor me justis laudibus æquare non valere, quæ de causa hujusc morbi tradidit præclarus Vir, cum eamdem ad frutatam aeris pressionem, & temperiem, qua fit, ut perturbetur fibrarum corporis, indeque fluidorum motus, unde animi, ac corporis ægritudo, referat. Quid tamen ni liceat conjectare in iis, qui Melancholia ex amore premuntur, firmam illam, & constantem inflexionem fibrarum Cerebri, propter quam clara, & vivida amantis idea perpetuo præsens obversatur, & deliciae ipsæ, rerumque spectabilium novitates odio sunt, potissimum partem agere, sequi exinde oportere animi ægritudines, & corporis gravissimas?

XIV. *Afflictio corporis ob illata verbera, carcerem &c.*] Ut fibræ Cerebri a fixa, constanti illa inflexione dimoveantur, propter quam animus in una, eademque perpetuo cogitatione defixus est, facit potissimum afflictio corporis. Aliunde enim avocatis spiritibus, vel proxima eorumdem materia dissipata, fieri minus vix potest, quin fibræ debito eorumdem influxu defitutæ flaccescant, atque hinc amoris impressio deleatur, aut plurimum saltu languescat. Sæpe tamen morbum mentis pathematisbus fotum, novis mentis perturbationibus ob illata verbera, carcerem &c. & quod magis est summi boni falso habiti privationem in immensum excrescere posse, atque propterea desperatos homines vitam sibi mettere perspicuum est.

XV. *Camphorata medicamenta nullius plane virtutis.*] Nonnulli internum camphoræ usum reformidarunt, eo quod venerem sopore vel solo odore, & libidinem compescere reputatur. Ita Veteres multi Dioscorides, Plinius, Paulus Aegineta, & Schola Salernitana; unde illud:

*Camphora per narcs castrat odore mares.*

Quo plerique ad vehementer credendum adducti sunt posse camphoram insano amore laborantibus opitulari, quatenus scilicet languescente Veneris æstro desiderium nimis vehementis unionis facile definire, aut plurimum saltu immuniti potest. Verum id experientia minime est contentaneum.

Observatum quippe est eos, qui apud Japonenses camphoram quotidie pertrahunt, aut qui apud Batavos in camphoræ purificatione se exercent, non idcirco tamen ad venerea exercitia ineptos reddi, sed felici prole beari. Ita Takenius testatur Venetiis pharmacopœum sublimasse camphoram, ipsius tamen uxorem præter morem crebrius peperisse; ut mittam alios, qui camphora usi sunt contra libidinis incendia, multo majori veneris æstro percitos fuisse. Quo loco notatu digna sunt, quæ Cl. Paulli in obs. 245. M. N. C. D. I. An. 6. & in hanc sententiam tulit: *Est in vicinia juvenis vegetus, & sanus, cui meo jussu in omni fere cibo, ac potu camphora per aliquot septimanas a matre data fuit, ipse tamen minime recessit ab indole sua puellarum amantissima.*

XVI. *Præcaveri quidem potest insanus amor, curari autem non potest.*] Insanum amorem multo facilius præcaveri, quam curari notavit egregie Lucretius lib. 4. vers. 137. ubi ait.

Melius vigilare sit ante,

*Qua docui ratione, cavereque, ne inlaqueeris.*

Nam vitare, plagas in amoris ne laciamur

Non ita difficile est quam captum retibus. ipsi

Exire, & validos Veneris perrumpere nodos.

Amorem incurabilem esse Ovidius ipse testatus est:

*Heu mihi, quod nullis amor est medicabilis herbis!*

Et Torquatus Tassus:

*Abi quanto è crudo, e nel ferire a piaga*

*Ch' ei faccia erba non giova, od arte Maga!*

XVII. *Prestat ergo mares presentim a seminarum, quæ excellenti pulchritudine sunt &c.*] Philtra nulla dari, quæ mutuum inter marem, & feminam amorem conciliare valeant ostensum a nobis est cap. 4. Com. in aph. 4. Quod autem philtris vulgo tribuitur, id nos mutuæ maris, & feminæ familiaritatæ, & consuetudinæ, colloquiis amatoriis, lenociniis potiori jure tribuendum esse censimus. Consuetudinem nempe, ac familiaritatæ amplexus, atque oscula facile sequuntur, quæ cum Venus quinta parte sui nectaris imbuat, (V. Horat. lib. 1. od. 13.) animum ad desiderium veræ unionis, ac optatissimi boni possessionem anxiæ quærendam alliciunt. Ita Myrillus (de quo egregie Cl. Guerinus nel Pastor fido at. 2. sc. 1.)

*Così potessi io dirti, Ergasto mio,*

*L' ineffabil dolcezza,*

*Ch' io sentii nel baciurla (a)*

*Ma tu da questo prendine argomento,*

*Che non lo può ridir la bocca istessa,*

*Che l' ha provata: accogli pur insieme*

*Quant' anno in se di dolce*

*O le canne di Cipro, o i favi d' Hibla:*

*Tutt' è nulla rispetto.*

*Alla soavità ch' indi gustai.*

Quid si excellenti pulchritudine, & forma præstant mulieres? Intuenti nimiri hæc adeo grata, & jucunda est, ut in eodem statim excitetur fortis imaginatio, hinc opinio summi, ac convenientissimi boni, ac desiderium possessionis. Aptæ cadit in hunc locum, quod cecinit Cl. Bernardus Rotta:

*Strali son gli occhi, e lacci i bei crin d' oro,*

*Carcer di perle, e di rubin la bocca*

*Onde impaglihi, onde leghi, onde imprigioni.*

Mitto quod in eamdem rem tulit egregie Marinus:

*Amor dal bel sol nasce,*

*E sol del bel si pasce.*

*Nè altro è amor, che di beltà desio.*

*Figlio di tua bellezza è l' amor mio.*

*Da te dunque deriva*

*Quest' amor, questa fè salda, e costante:*

*Mentre tu farai bella, io farò amante.*

Jam res luce clarius est. Ecquis nesciat mulieres, si non natura excellenti pulchritudine præstant, eamdem sibi arte confitis viribus, & toto pectore comparare, adhibentes, uti cecinit Poeta,

*Ben sagaci maestre, e gomme, & acque?*

Hinc jure exclamasse fertur Olympia Philippi Macedonum Regis uxor in pueram formæ elegantia, & morum suavitatem excellentem, quam perdite is. deperibat, & ut vago rumore circumferebatur, ex philtro: *Valeant calumnæ, tu in te, puerella, philtra babes.* Quam facile incauti juvenes colloquiis amatoriis illaquecentur, non est cur ostendere nitar, cum experimentis fortasse a se quisque factis, etiam me tacente facile compertum habuerit. Diogenes Laertius lib. 6.

Q. 2. isti-

124 DE COGNOSCENDIS, ET CURANDIS MORBIS  
istiusmodi colloquia apte vocat dulces mellis laqueos, quibus leni violentia affectus devinciuntur, atque allestantur. Hinc egregie Torquatus Tassus:

*Esce da vaghe labbra aurea catena,  
Che l'alme a suo voler prende, ed affrena.*

Atque ipse Petrarcha nulla re magis in Lauræ, quam vehementissime deperibat, amorem protractum fuisse fatetur, quam ejusdem voce, ut ait ipse,

*Chiara, soave, angelica, divina,*

a qua subdit,

*Sento far del mio cor dolce rapina.*

Verum inter ea quæ mutuum inter marem, & fæminam amorem conciliare habent, principem obtinent locum splendida, ac generosa munera. Ita Ovidius:

*Ipse licet venias Musis comitatus, Homere,*

*Si nihil attuleris, ibis, Homere, foras*

Quibus subdit Catullus:

*Auro conciliatur amor.*

Quod quidem Marinus experientia confirmat ubi ait:

*Fu già da un pomo d'oro*

*Benchè pudica, e Santa*

*Conquistata Atalanta.*

Quæ omnia quamvis de universis, & singulis affirmari queant, de fæminis autem potiori jure affirmari posse facit potissimum ea ratio, quod nulla re magis in alterius amorem protrahi solent, quam largis, splendidisque muneribus, ac donis, ut præ cæteris testatus est Cl. C. Bonifacius ( am. venal. ) Dignum etiam est animadversione, quod de se ipsa loquens fæmina cecinit:

*Avide per natura*

*Noi siamo, e per natura all'or soggette.*

Quibus appetet non immerito ab Ariosto poeta clarissimo speciosis nominibus appellatas fuisse fæminas:

*Importune, superbe, e dispettose,*

*Prive d'amor, di fede, e di consiglio,*

*Temerarie, crudeli, inique, ingrate,*

*Per pestilenzia eterna al Mondo nate.*

Quæ cum ita sint, liquido constare arbitror, nihil esse opportunius ad deterri-  
mum huncce morbum præcavendum, quam a consuetudine, & familiaritate, colloquiis amatoriis, aliisque artificiis abstinere, multo magis ab otio, & sensu illecebribus, docente in hanc rem perbelle Ovidio:

*Ota si tollas, periere Cupidinis arcus,*

*Contemptaque jacent, & fine luce faces.*

Quæ res cum ad animi tranquillitatem, ad ingenuarum artium studia, morum candorem, ac veræ virtutis, pietatisque cultum apprime faciat, in eam spem facile adducor, ut credam futurum fore, ut studiosi Adolescentes, posito tantisper supercilio, quæ de insano amore serio, & accurate pro ingenii modulo scri-  
bebam, æqui, bonique consulant.

## C A P U T VII.

### *De Hydrophobia.*

I. **S**i Canis morbosa rabie correptus hominem mordeat, liquidorum omnium, & aquæ potissimum abominationem parit.

II. Rarum est sola Animalis rabidi osculatione, spumæ, carnis contamtu, aut esu, infecto odore attracto, aut alterius Animalis morsu homines hoc morbo infestari.

III. Mirum non statim post morsum, aut contactum in hydrophobiam hominem incidere, sed plerunque intra quadraginta dies, sæpe intra annos plures.

IV. Venenum acerrimum est, nervos convellens, exsiccans, arefaciens, sanguinem fundens, ac colliquans, salivæ maxime infestum, partes ejusdem secretioni dicatas inflammans, & ad gangrænam disponens.

V. Canes dum rabie corripiuntur cibum omnem, & potum aversantur, viscidam salivam, eamque multam ex ore, & naribus mittunt, oculos habent rubentes, igneos, torvos, demissa cauda, & sub ventre reflexa, erexitis pilis, hiante ore, emissa lingua rubri, crocei, aut nigri coloris, strigati per vias velocius currunt, atque in obvios quoque impetunt notos patriter, & ignotos, eosque sine latratu, aut voce ipsis rauca mordent. Integri Canes eorum conspectum, & latratum exhorrescent, & fugiunt.

VI. Qui vulnus explorant per topica quædam eidem apposita, ut certiores fiant, an a cane rabido inflictum sit, quam facile induci possunt in fraudem!

VII. Si in vulnere vel consolidato vellicationis cuiusdam, rosionis, ac doloris sensum æger percipiat, qui caput versus tendat, & inde vertigo excitetur, vigiliis, somniis turbulentis, anxietate quadam, & iracundia, vel timore præter rationem, ventriculi gravitate, & vellicatione, sensu quodam velut aeris inclemotoris, insolita a cibo, potuque abstinentia afficiatur, judica talem ab Animali rabido demorum fuisse.

VIII. Quod si ingenti circa præcordia angustia, anxietate, suspiriis, membrorum distensione pandiculationi simili, sed non assidua, tremoribus corporis totius, vomitu, singultu, ischuria, fecum retentione corripiantur, in obvios quoque impetat, dentibus apprehendant cum cognitione, & conscientia, vel cæcus, & furens, cum febri, pulsu celeri, frequenti, irregulari, interdum duriusculo, præ cæteris vero aquæ, & liquidorum omnium aversatione, ut neque illorum adspicendum, aut recordationem, aut rerum pellucidarum, vel instar speculi reflectentium ferre possit, cum interim solidos cibos satis commode deglutiat, hydrophobia correptum esse certo certius habendum.

**IX.** Hydrophobiā post morbum Animalis rabidi supervenire semper suspicandum. Ubi autem invadat, conclamatū est de ægri salute.

**X.** Vulnus ergo statim, vel si consolidatum fuerit denuo aperiendum lata scharificatione, nisi ob metum hæmorrhagia, aut convulsionis videatur aliter prudenti Medico.

**XI.** Cucurbitula fortiter attrahens applicanda.

**XII.** Pars ferro ignito inurenda, fotu, frictione, ex maria salis, & acetō affidue tractanda.

**XIII.** Eidē pariter pili, aut caro, aut alia quævis ejus animalis pars, quod vulnus inflxit, amovenda.

**XIV.** Atque hæc quidem omnia primis a morsu diebus conferre visa sunt. Si progressu adhibeantur, oleum, & operam perdimus.

**XV.** Æger igitur statim per vim, & metum in balneo demittatur, ibique per horam integrum detineatur, dein in lectulum, quo levius abstergatur sudor, transferatur, aquam calidam copiose bibat, serum latetis, juscule tenuissima, pulmentis utatur avenaceis, hordeaceis, addendo primo, aut alteri cochleari ciner. cancror. fluviatil. farmentor. vit. alb. a 3 i. Nuces juglandes comedantur.

**XVI.** Tandem ad lactis usum deveniendum.

**XVII.** An specificum aqua, & lacte præstantius, aut pro ægrorum opportunitate valentius?

**XVIII.** Periculo certe non vacat famosum illud e pipere, & cantharidibus, præsertim si adustis exhibetur, & fervidiori temperamento præditis.

**XIX.** Jam ubi hydrophobia invaserit, nihil saltē inter initia efficacius ol. amygdalar. dulc. femin. lin. aut ol. rosat. ad 3 v. circiter propinato, quo remedii genere si ad bibendum disponatur æger, aqua copia magna exhibenda.

**XX.** Ubi de ægrorum salute conclamatū jam sit, nihil experiendum restat præter liberalem, ac repetitam venæ sectionem, si temperamentum, vires, ægrotantis constitutio. permittant, præter immerfiones per vim, & metum in aqua, & perfusiones per universum corpus tandem celebrandas, quandiu aquam vix paveant ægri.

## C A P U T VII.

### De Hydrophobia.

**I.** *S*i Canis. morboſa. rabie correptus. hominem mordeat, liquidorum omnium &c. Quandoquidem morsus Animalium rabidorum deliria plerunque excitant, pauca hic de rabie canina, atque abhinc prodeuntibus horrendis symptomatis erant proponenda. Multa ergo sunt Animalia, quæ ira tantum percita, nonnulla, quæ naturali rabie, alia tandem, quæ rabie morboſa affecta mordent, mordendo autem salivam ex ore emittunt, quæ vulneri inficta veneni vim habet. Morboſa rabie affici feles, lupos, sues, vulpes, equos, asinos, gallos, gallinas,

gallinaeos, simias, & alia Animalia contra Galenum lib. 2. cap. 5. & 6. de inter. cap. 4. qui ex Veterum rerum Scriptorum fide, & auctoritate statuit præter canes nulla Animalia agi in rabiem, cum Cælio Aurelianō afferere non dubitamus, quamvis canes omnium frequentissime rabidos fieri extra omnem dubitationis aleam positum fit. Canis porro mordendo liquidorum omnium, & aquæ potissimum abominationem parit, qui morbus Græcis Hydrophobia, latinis aquæ horror audit. Alias hydrophobia denominations Cælius Aurelianus præ aliis plures exposuit, quarum tamen quænam accipienda magis, ac commendanda fit, non facile judicaverim. An venenum intra homines generari possit illi persimile, quod ab Animalibus in rabiem actis extrinsecus communicatur, unde sine Animalium venenatorum morsa rabidi fiant, quæsiverunt Veterum multi; atque apud nonnullos invaluit fieri posse, ut sine manifesta causa venenum istud corporibus innascatur. Id potissimum observationibus ducti conjectabant, atque historis eorum, qui citra canis, aut alterius Animalis rabidi morsum hydrophobia correpti sunt, in qua ægri vel cuiuscumque liquidi adspectum horrebant. Verum contrarium sustinent alii, vel suspicionis nunquam deesse locum jure existimant, qui vel vera hydrophobia non laborasse istiusmodi homines opinantur, sed potius mentis alienatione, ac delirio, quo liquida non solum bibere, sed ne aspicere quidem ob fallam quamdam, ac præpostoram anticipationem vellent, vel si vera hydrophobia laborarunt, eam a veneno rabidi alicujus occultissima ratione sanguini communicato obortam fuisse. Quibus libenter ipſi nos assentimur.

**II.** *R*arum est sola Animalis rabidi osculatione, spuma, carnis contactu, &c. Cur autem assentiamur faciunt virorum in re medica præstantissimorum observationes, venenum istud in homines propagari sola Animalis rabidi osculatione, spuma contactu, & simili alia ratione fine ejusdem morfu, ac vulnere inflitto. Testes hujus rei locupletissimos habemus Julium Palmarium lib. de morb. contag. qui memorabile exemplum refert de rusticō in rabiem acto, qui liberis suis oculis figens eosdem pari lue infectos internecioni dedit; Cælium Aurelianum, qui sartricem quamdam in vestimentis a cane rabido dilaceratis repandis occupatam, admoto proprius ore filum præmordentem rabiem contraxisse memorat; Fabricium Hildanum, cuius historiam, cum eodem fere recidat, brevitatis gratia prætermitto. Celebres quoque hac de re prostant historiæ actis philosophicis duorum hominum hoc malo affectionum solo salivæ tactu sine recepto vulnere; itemque duorum puerorum in Hibernia sola tractatione vulneris in capite canis ab altero rabioso demori pariter infectorum. Quid quod laudatus Cælius Aurelianus virum hydrophobia fuisse correptum absque morsu canis rabidi, sed solo infecto odore testatur? Sed animadversione dignum non a solo cane, sed a ceteris quoque Animalibus rabidis venenum istud in homines propagari, & quod credi vix potest, per eorumdem lac, aut carnem ore mansum, & ingestam. Ita Timæus a Guldenhlee lib. 7. de morb. venet. obs. 23. refert de vacca a cane rabido admorsa, cuius lac omnes, qui eo usi fuerunt, in rabiem conjecit. Et Fernelius de abdit. morb. cauf. cap. 14. lupo rabioso trucidato, & in varia obsonia a venatoribus parato, & cocto, omnes qui esitarunt paulo post in rabiem incidisse, testatur. Quibus diligenter perpenfis non solum ad suspicandum, sed ad vehementer credendum facile adducor hydrophobiā citra canis, aut alterius Animalis rabidi morsum enasci non posse.

**III.** *M*irum non statim post morbum, aut contactum in hydrophobiā &c. Et sane qui sibi libenter blandiri velit, vix poterit in oppositam ire sententiam, si illud etiam vel leviter mente volutaverit, venenum ab Animali rabido in homi-

homines propagatum diu in corpore latere, priusquam eo infecti appareant, ut non defint observationes Cl. virorum, Diſcordis præſertim intra annos ſeprem, & Lindani intra tredecim, quorumdam intra viginti vires suas exercuſe. In Hetruria abſtinent demorſi a cane rabido per integrum annum a quorundam lignorum, præſertim Corni contactu: ſiquidem ſi horum virgæ tantif per manibꝫ teneantur, illico demorſos rabie exagitari narrat Matthiolus. Alii cauēt diligentissime, ne ſub umbra Sorbi dormiant; ſiquidem venenum, quod diu latuit, fulcītari, & demorſos in hydrophobiam ſtatiū incideſe paſſim trādunt rerum Scriptores. Verum fides fit penes eosdem. Illud autem extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt, valde penetrans, & malignum eſſe iſtud feminiū. Quid ergo ni liceat coniectare, ſalva diu illorum vita, qui aut per morſum, aut per contactum veneno infecti fuerunt, per ſemen genitale in natuſ illud propagaffe, unde hydrophobia tandem in hiſ excitata ſit? Quæ quidem omnia protenso quaſi digito commonſtrant, vel falſa eſſe exempla hydrophobiaz citra canis, aut alterius Animalis rabidi morſum enatae, vel nihil eſſe cur negentur.

IV. *Venenum acerimum eſt, nervos convellens, exſiccans, arefaciens.*] Qua ratione venenum iſtud in canibus, & ceteris Animalibus generetur, arduum, atque inſolens explicatu eſt. Cl. Listerus, qui eleganter tractatum de hoc affectu conſcriptiſt, eo adductus eſt, ut crederet canes rabie corripi, quod cum omnium quadrupedum minime ſudent etiam aſtuentes, & ex diuturno cursu fatigati, ſed lingua exerta ſalivam magno, & continuo anhelitu effundant, omnia ſanguinis inquinamenta, recrementaque nullibi extra corporis confinia elabuntur, quam per os, ſalivam maiorem in modum infici contingit, ejus crasim vitiari, acrem ac viroſam fieri, hinc rabiem exoriri. Verior ne, an ſubtilior ſit ardui problematis ſolutio non facile dixerim. Quamvis enim demus canes omnium quadrupedum minime ſudare, quis idem concedat de omnibus Animalibus, quæ in rabiem aguntur, quæ levi quacumque de cauſa uberrimo ſudore perfunduntur? Quo loco iis fortalſe reprehendemur, qui quamvis concedant licere multa in Auctoribus objicere, refellere, multa mutare, quid tandem in re ardua ac perdifficili ipſi ſentiant afferre aquum, ac conſentaneum arbitrantur. Verum enim vero quid quod de industria facere id ſtudiuimus, veri ne in abditiffimis naturæ operibus illuſtrandi in eorum errorem incideremus, qui faciunt næ intelligendo, ut nihil intelligent? Neque fateri pudeat ſapienti occurrere, quæ ſubtilitatem omnem artis ſuperant. Cur vero in hiſ perſcrutandis operam perdam? Si quis eſt, qui tantam industria polliceatur, ut qua ratione venenum iſtud in canibus, & ceteris animalibus, quæ & copioſiſſime ſudant, nec aſtuantia, & diuturno cursu fatigata linguam exerunt, nec ſalivam effundunt, generetur, explicare ſe poſſe conſidat, hunc & laudamus, & exonerari laborum noſtrorum partem fatemur, illud interea pollicentes in ejusdem opinionem, ſi quid probabilius occurrat, pedibus ituros. Nonne ſatis ſuperque eſt venenoviſes, actionesque homini infestiffimas ſedula ratione explorare, licet ejusdem intima natura, agendique modus adhuc lateat in obſcuro? Quemadmodum expertiſſimo naturæ per vaſtiſſimum aequor tuto proras dirigenti ſatis eſt noviſſe. Magneticæ acuſ constantem conversionem ad polum, licet ejus cauſas fortalſe haſtentuſ inexploratas non attigerit: & fabrili ſolertia in Horologii opificio abuſuſ ſufficit chalybeæ laminæ vim elatiſcam compereſſe, ignoratſ licet ejusdem elatiſtitati cauſis, agendique rationibus (Vid. Maccop. pro Empyr. ſect. adverſus theor. medic.) Jam vero Academici Parisiennes obſervationibus in cadaveribus hydrophobia defunctis institutiſ ſophagum, atque organa deglutiſionis dicata utcunq; inflammatu invenerunt, in ventriculo mucum biliosum varium, vesi-

veſiculam fellis atra bile plenam, pericardium ſiccum, arterias plehas ſanguine fluidiſſimo, vénas vero plane vacuas, ſanguinem, quem paucis ante obitum horis extraxerunt, valde liquidum, & vix in frigidiffimo aere concreſcentem, omnes muſculos, viſcera, cerebrum, cerebellum, principium spinalis medullæ ſicciora, quam in aliis cadaveribus deprehenderunt. An garrire iſi videatur, qui hiſ rite perpenſis haud dubie affirmet, venenum Animalis rabidi acerimum eſſe, nervos convellens? Id quidem arteriæ plenæ ſanguine, venaſ vero vacuae manifestant. Convulſis enim nerveis fibrillis, quibus tunicae arteriarum contextæ ſunt, earumdem diametros anguſtiores fieri contingit, atque extrema capillamenta omnino coarctari: hinc cum ſanguis ab extremis arteriis in venas transmitti nequeat, has vacuas omnino, illas vero ſanguine plenas apparere neceſſum eſt. Huc accedit blandos, oleofos, ac gelatinofos ſuccos, quibus ſolidæ partes roris ad instar perpetuo humectantur, emoliunturque, abradi, liquidum omne abſumi, hinc ſolidas partes, muſculos videlicet, viſcera, cerebrum, & principium spinalis medullæ ſicca, atque arida deprehendi, pericardium omni liquido deſtitutum.

*Sanguinem fundens, ac colliguans.*] Venenum Animalium rabidorum præter conveſſiendi, exſiccandique, fundendi etiam, colliquandique vim habere, evincit manifeſtiffime emiſſi cruoris obſervatio in hydrophobia interempiſis, qui adeo liquidus eſt, ut ne in frigidiffimo quidem aere concreſcat. Quamvis judicium de ſanguine emiſſo ab Helmontio, aliiſque reprobetur, nihil eſt tamen cur negetur, nonnullas ſaltē iſipſiſ qualitates ex iſipſiſ inspectione innotescere poſſe. Ita interdum ſanguinem emiſſum multas habere fibras, denſum eſſe, & ci- tiſſime concreſcere videmus. Quid eſt cur aliquo principio coagulatiuo eumdem refertum non judicemus, unde morborum a coagulatione pendentium occasio ſit? Contrarium evenire aliquando experimur. Emissus enim ſanguis & nullas fibras habet, & tenuis, & fluidus eſt, ut ne in frigidiffimo quidem aere concreſcat. Si quis effectum hunc referat in principium aliquod in eodem contentum, quod iſipſiſ fusionem, & diſſolutionem pariat, an garrire, & ſomnia narrare videatur? Cum haec ad amuſſum ſit constitutio ſanguinis paucis ante obitum horis extracti iis, qui hydrophobia premebantur, quiqe in arteriis post obitum deprehenduſ ſuit, liqueſt manifeſtiffime venenum rabidi Animalis ad a- cre, fundens, & colliguans proxime referendum eſſe.

*Salive maxime infestum, partes ejusdem ſecretioni dicatas inflammatas &c.*] Justis laudibus aquare non valeo, quæ de ſaliva illorum, qui hydrophobia pre- muntur fuſe tradidit Cl. Listerus in ea unicum eſſe virus existimans. Cui quidem ſententia plurimum favent obſervationes non tantum Cæl. Aureliani, Hilla- dani, & quæ actis proſtant philosophicis, quibus compertum eſt ſolo ſalivæ ta- ctu homines in hydrophobiam incidiſſe, & analogia deſumpta ex Animalium venenatorum morbi, viperæ ſcilicet, aut diptadiſ &c. quæ non alia ratione ho- minibus infesta ſunt, quam quod ſalivam venenatam vulneri dentibus inflicto infundunt, ſed maxime obſervationes in cadaveribus iuſtituſ, quibus depre- hendum eſt partes deglutiſionis dicatas utcumque eſſe inflammatas. Cum enim ha- partes ſalivam copioſe ſecernant, ut masticati in ore cibi, trituratique ejusdem permixtione fluxibilitatem, & lubricitatem naſti versus fauces protrudantur, occlusaque laryngis rimula, & pharynge dilatata deorsum pellantur in æſophagum, indeque in ventriculum, proclive eſt credere non alia de cauſa prædictas partes inflammatas, & exefas poſt obitum obſervari, quam ex eo quod venenata ſaliva inſigni, qua pollet, acrimonia eadē vellicat, pungit, conveſſit, vari- forum ſanguiferorum diametros anguſtiores reddit, quam ſanguini veſhendo ſuf- ficiant, unde impedita ejusdem circulatione inflammatio exoritur. Salivam porro

cum dicimus, non succum illum tantum intelligimus, qui in glandulis oris, vel prope os fitis excernitur, sed illum etiam, qui ex æsophagi, ac totius ventriculi glandulis, & villis separatur, qui si vera saliva non est, cum eadem maximam habet affinitatem. Huc spectat succus ille a pancreate separatus, cuius natura salivaæ naturæ persimilis est. Quod monere volui, ne mirum cuiquam videretur, quomodo in ventriculo varii generis humores reperiantur. Cum enim succus pancreaticus virosus & ipse sit, partes ejusdem secretioni dicatas, vicinasque sollicitat, hinc diversi consistentia, & colore humores in Duodenum, indeque in ventriculum regurgitant, unde ventriculus eisdem refertus appetet. Quid plura? si succorum salivalium acrimonia ductus quoque choledochus convellatur, ut bilis in Duodenum transmitri nequeat, nil mirum, & vesiculam fellis bile plenam inveniri, quæ diuturna in eadem mora varie fermentans atrum, aut similem colorem nanciscatur.

V. *Canes dum rabie corripiuntur, cibum omnem &c. in obvios quosque impetunt &c.*] Ubi innoteſcat canem, quo aliquis demorsus fuerit, rabidum esse, vulnus inflictum peculiari methodo pertractandum esse perspicuum est; præterea cum suspicioni nunquam desit locus, idem hydrophobiae producenda opportunissimum existere, prudentis est ea in usum vocare, quibus truculentissimus iste morbus præcaveatur. Salubre propterea praticorum consilium signa tradere, quibus canis rabidus dignoscatur. Mirum autem Canes, quorum tam servida custodia, & amans dominorum adulatio est (*Cicer de nat. Deor.*) rabie pressos ita furere, ut eosdem quoque, ad quorum altiorem vocem auribus, caudaque demissa, humo prostrati, reverentes accedebant, mordendo internecioni dent. Quam malignum, quam vehemens venenum!

VI. *Qui vulnus explorant per topica &c.*] Ut dignoscatur venenatum sit, necne vulnus a cane inflictum, sunt qui nuces juglandes præmanas parti affectæ aliquandiu applicari, ac postea projici devorandas gallinis suadent. Si ab earum usu male se habeant, aut moriantur, ad credendum vehementer adducuntur, canem fuisse rabidum, secus e contra, si neutrum contigerit. Alii loco nucum juglandium triticum imponunt, aut sanguinem e vulnere educunt, eumque farinæ miscent, ut offa conficiatur a gallina devoranda; quæ si moriatur, canem rabidum fuisse pronuntiant. Alii demum cum Rhaze, & Avicenna medullam panis vulnieri affrictant, ac cani devorandam exhibent. Si Canis neque olfacere, neque comedere eamdem velit, vel si comedenter, in rabiem agatur, vel moriatur, canem qui momordit morbosa rabie pressum momordisse, pro certo habendum esse existimant. Verum ut ingenue dicam, quod sentio, caveant Adolescentes, ne ejusmodi explorationibus plus tribuant, quam par est. Quidam a cane demorsus, cum in suspicionem venerit rabidum illum fuisse, consilium, & opem medicam exposcit. Accurrunt Medici, nuces juglandes, medullam panis, aliaque ejusmodi ad experimentum adhibent, ac devoranda gallinis, canibusque integris exhibit: in perfectissimo valetudinis statu constituta hæc Animalia servari deprehendunt. Abjecta omni prorsus suspicione canem, qui momordit rabidum fuisse, vulgariter vulnus consolidant. Mirum post quadraginta circiter dies hydrophobiae incipientis signis apparentibus, mox iam factæ, in mortis discrimine prope certissimo versari primum, tandem vita miserime privari. Et sane cum venenum diu latere possit in corpore, priusquam ullis se prodat indicis, proclive est credere, vel saltem suspicioni deesse locus nunquam potest, virus a nucibus juglandibus, tritico, medulla panis, aut simili corpore ore Animalium exceptum serius certis indicis se prodere, quam hydrophobiae incipientis signa appareant in homine jam demorso. Quibus sic constitutis, licet colligere istiusmodi explorationibus minime fidendum esse, quin ad

ad alia attendamus, quæ simul conjuncta clariorem, tuioremque diagnosis statuere valent.

VII. *Si in vulnero, vel consolidato vellicationis cuiusdam, roſionis ſenſum aeger percipiat, qui &c.*] Vel apertum, vel consolidatum sit vulnus, quotiescumque ab Animali quopiam in rabiem aëto infictum fuerit, sit aliiquid in eodem operet, quod nerveis fibrillis per vulneratam partem disseminatis infestum sit, easdem acrimonia sua vellicans, erodens, in inordinatos, atque inconcinnos tremores adigens, hinc roſionis, doloris, ac vellicationis ſenſus. Tremores iti ſuſceſſive propagati per nervorum ductum uſque ad Cerebrum, ejusdem tenuiflamma filaments varie, inordinateque concurtiunt, hæc ſimiles motiones ad nervos opticos propagant, hinc ſenſus moleſtus in parte percepitur, qui caput verſus tendit, hinc imago rerum circumactarum animæ obversatur, hinc vertigo. Veterum quidam fumis, & vaporibus venenatis ex vulnerata parte ad caput ascendentibus, indeque Cerebrum, & nervos ad organa ſenſibus externis, motibusque a voluntate pendentibus dicata caligine ſua obruentibus, tribuere effeſtum huncce. Fumi, aut auræ cuiusdam ad caput ascendentis ſpecies iis imponebat. Ex varia, atque inordinata nervarum Cerebri fibrillarum concuſſione vigiliæ, ſomnia turbulentia enaſcuntur, iræ, timoris ſpecies excitantur.

Quoniam vero diu in corpore latere nequit venenum, quin saliva, quæ in hoc morbo potissimum partem agit, inficiatur, ac partes ejusdem ſecretionis dicatae phlegmatis primum, mox vera inflammatiōne corripiantur, ventriculi gravitas, & vellicatio, aliaque ejusdem affectiones ſubsequuntur.

VIII. *Quod si ingenti circa praecordia angustia, anxietate, ſpiriis &c.*] Ex veneno pariter Animalis rabidi vires ſuas in nervos exerente, eos maxime, qui per ventriculum, ac partes salivalium humorum ſecretionis dicatas diſſeminentur, æſophagum ſcilicet, ventriculum, pancreas, & alia viscera, repentina illa circa praecordia angustia, anxietas, mox universo nervorum genere affecto, tremores totius corporis, vomitus, ſingultus, iſchuria, aliaque id genus ſymptomata, delirium maxime, unde aeger obvios quosque impetit, ac dentibus apprehendit.

*Cum cognitione, & conscientia, vel tactus & ſurens, cum febri, pulſu celeri &c.*] Si pauca ſint nervea Cerebri fibrilla, quæ conveſtuntur, ſeu varie inordinateque concurtiuntur, ac prævalere iis minime poſſunt, quæ placido, atque æquabili motu, quæ concinna moventur, anima agnoſcitur, detegitque miſeritatem corporis, cui compenetrata eſt, flatum, impetus ejusdem coercere conatur, unde (mirabile dictu) aeger rogar, iubetque, ut ſibi vincula injiciantur, ne in amicos, & adſtantes irruat, monet eosdem, ne ori manum admoveant, ne morsibus lanientur; neque enim continere ſe poſſe, quin mordeat. Si vero fibræ, quæ varie, inordinateque concurtiuntur, iis prævaleant, quæ æquabiliter tensæ, æquabiliſter, & ordinate moventur, tunc confusa, inordinate cogitationum ſpecies animæ obverſantur, hinc rationis lumine extinto aeger fuit sine cognitione, & conscientia, in adſtantes impetit, ac morsibus dilaniat.

Inflammatione jam facta æſophagi, tracheæ, cæterarumque partium, quæ deglutitioni, ac ſalivalium humorum ſecretionis dicatae ſunt, nil mirum febrem extoriri, & pulſum etiam, ut in aliis inflammationibus ſolet contingere celerem, frequentem, & irregularem, ut Cælius Aurelianus, & Celsus teſtantur. Quid quod duriusculum paucos ante horſe annos ipſe deprehendi? Observationem ratio confirmat. Inflammatis enim membranofis partibus ſalivæ ſecretionis dicatis, præternaturaliter tendi arterias contingit, hinc pulſus duritatem ſubſequi.

*Pre ceteris vero aquæ, & liquidorum omnium avertione, ut neque illorum adſpectum &c.*] Atque hæc quidem haſtenus recenſita ſymptomata non omnia

in omnibus rabidis, sed quasplurima, & plerumque observantur. Illud vero commune est omnibus hydrophobia laborantibus, ut ad conspectum aquæ, liquorumque omnium, & rerum pellucidarum, vel instar speculi reflectentium tremant, & in convulsiones quandoque adigantur, cum tamen deglutitio solidæ cujuscumque offæ possibilis sit.

Quæ res plurimorum Medicorum ingenia plurimum torsit. Multi cum Galeno in eam opinionem venerunt, ut cederent hydrophobia affectos a potu abstine-re, quia delirant, ideoque ob anticipationem quamdam præpostoram, ac falsam potum omnem respuerunt. Hos tamen redarguit ea ratio, adeo nempe mente constare ægrum, ut saepius roget, jubeatque, ut sibi vincula injiciantur, ne in amicos, & adstantes irruat: præterea si invitus cogatur bibere, potum ferre nullo modo posse, ut non defint observationes hydrophobos ad bibendum contractos in convulsiones enormes adactos fuisse, atque objisse. Id contigit hydrophobo, cuius supra meminimus, qui in balneum per vim conjectus convulsus perit. Alias observationes vid. in hist. Reg. Scient. Ac. Par., Listero, aliisque Auctoribus. Neque altera illorum sententia arridere unquam potuit, qui tale phænomenon ad imaginem catulorum rabidorum in aquis existentium referabant, hydrophobis latratu infidiantibus, ac morsum minitantibus. Quæ referuntur de illo philosopho ex Aetio *tratab. 2. 5. 2. c. 24.*, qui balneum ingressus cum jam mente moveri inciperet, videreturque ibi adlatrans catulus eum terrefacere, & remorari, sibimetipsi vim inferens exclamavit: *Quid cani, O balneo commune est?* atque ita in balneum se conjectit, & aquam ebibens liber evasit, nugas sunt, ut præ ceteris ostendit Petrus Salius, qui multa fide digna, atque aliter, quam ab illis aliis Scriptoribus de hydrophobia conscripsit. Quid enim quod, si obnubilatis oculis potus exhibeatur, vel in balneo demittatur, vel aqua guttatum eidem affundatur, eadem fere phænomena perpetuo, ac constanter contingunt? Qui ad tumorem inflammatorum configuiunt fauces, æsophagum, & vicinas partes occupantem, aut nimiam earumdem partium ariditatem, & contractionem, quæ impedimento sint, quominus oris ingesta deglutiri sine incommodo possint, ac molestia insigni, verendum est, ne iis officiat memorata illa solidæ cujuscumque offæ deglutitio possibilis, cum interim potum non solum ori admovere, sed ne aspicere quidem possit æger, aut ejusdem meminisse. Sola itaque saliva venenata acculanda, quæ a potulentis vehementer mota, ac virus iisdem communicans ingeri in stomachum nequit, quin partes deglutitioni dicatae majorem in modum vellicentur, atque in eas motiones, tremoresque adigantur, quæ deglutitioni valde resistant. Quam molestiam percipiens anima non patitur alias ea ori admoveri, quæ gravissimam, atque intolerabilem noxam crearunt. Dici vix potest, quam facile ad easdem motiones, ac tremores suscipiendos pronae sint nerveæ partes, quæ a re aliqua insigne lœsa fuerunt ob ejusdem imaginationem solam, aut recordationem. Ad solam imaginationem medicamenti, quod alias vomitum, ac naufragium excitavit, vomere, animo delinquere homines experimur. Aspectus eorum, qui morbo sacro affliguntur, pueris interdum, & mulieribus similem infert morbum. Georgius Baglivus de medend. an. morb. narrat se vidisse juvenem gravissimis corruptum convulsionibus, propterea quod hominem inspexerat, qui Epilepsia corruptus humi intorquebatur. Quæ nervosi generis perturbationes non excitentur ad aspectum, aut imaginationem eorum, a quibus certissima noxa, & gravissima expectanda sit? Qua in re illud animadvertisendum est, hydrophobus non solum abhorre ab aqua, ejusque recordatione, & conspectu, sed omnium rerum pellucidarum, & instar speculi reflectentium, & lucis ipsius. Id quod ex eo maxime reperendum crediderim, quod a veneno Animalis rabidi solidæ partes rigidæ,

atque

atque ea ratione tensæ sunt, qua sustinere non valeant corpora luminosa, pellicula, ut speculi, lucis, & similium. Quanta vis insit lumini ad fibras nostri corporis percellendas, nervis etiam naturaliter tensis, liquet ex eo, quod a fortissimo lumine non solum crebræ sternutationes excitantur, lacrymæque copiose effunduntur, sed interdum etiam homines obcæcantur, quemadmodum Annibali Alpes transeunti nive tectas contigisse dicitur, & Nevophrontis militibus accidisse memorat Galenus *lib. 10. de usu partium*, quibus nive multum iter facientibus oculi vehementer læsi fuerunt. Quosdam etiam ex carcere obscurissimo iussu Dionysii Tyranni repente ductos in domos calce illitas, lavigatasque obcæcatus suis, refert. Quid si fibræ retinam primarium visus organum constituentes rigidæ, atque arefactæ sint? Sustinere quidem nullo modo posse corpora lumen, atque propterea hydrophobos a conspectu lucis, & rerum pellucidarum abhorre debere manifestius quidem est, quam ut ulla rationibus possit comprobari. Illud interim ambigendum non est, in assumendis solidis cibis minus constringi gulam, minusque salivæ ex ductibus excretoris elici, hinc minus ledi nerveas tunicas contingit, atque ægrum solidos cibos minus aversari, ac commodius deglutire.

*IX. Hydrophobiam post mortum Animalis rabidi supervenire semper suspicandum.* *Ubi autem Òc.* ] Nonnulli ubi e vulnere e cane rabido inflito copiosum sanguinem effluere reprehenderint, aut eo tempore, quo vulnus curatur, aut postea copia sudoris, aut urinæ præcipue nigrae sponte excernatur, in eam spem facile adducuntur, ut credant rabiem non esse amplius invasuram. Verum enim vero si quid sentio, his adeo nunquam fidendum esse traderem, quin congrua, & opportuna auxilia adhibeantur, quibus aquæ timor, si fieri potest, præcaveatur: qui status miserrimus est; & licet idoneis remedii ei occurratur, eo tamen apparente ægrum brevi moriturum certo certius habendum: ita ut non defint observations, quosdam ab orto aquæ pavore vix horas viginti quatuor vivisse. Quartum certe, aut septimum diem raro attingunt. Hydrophobus, quem videre mihi contigit, intra tertium diem ab orto aquæ metu obiit. Diutius fortasse vixisset, nisi in balneo per vim demissus fuisset, unde convulsiones enormes supervenire, quibus idem, nihil tale creditibus medicis, de medio cito sublatus fuit.

Quam apte cadit in hunc locum, quod cecinit Ovidius!

*Solvere nodosam nescit Medicina podagram:*

*Nec formidatis ulla medetur aquis.*

*X. Vulnus ergo statim, vel si consolidatum fuerit, denovo aperiendum.* ] Remedia, quibus rabies, & aquæ metus præcavetur, illa potissimum sunt, quæ venenum e vulnere educunt, ejusque progressum ad interiores partes prohibent. Animadvertisendum autem hoc loco est, quod egregie notavit Dioscorides *lib. 7. c. 2.* vulnera majora minus pertimescenda esse, quam minora. Nam cum a vulnere majore effluat major sanguinis copia, cum sanguine ipso noxiū virus educi censendum est. Quare salubre accuratiōrum præticorum consilium, vulnus si apertus est, dilatandum, si consolidatum, denovo aperiendum lata scarificatione, ut una cum sanguine venenum ipsum extra corporis confinia educatur.

*Nisi ob metum hemorrhagia, aut convulsione Òc.* ] In vulnere vel dilatando, vel novo aperiendo ad affectam partem, ad ægri habitum respiciendum est. Si vulnerata pars nervum aliquem, aut vas sanguiferum valde insigne habeat, æger vero adustus sit, minime carnosus, latam scharificationem cautissime celebrandam esse, ne mo non videt; interdum proflus omittendam, ne nervo, aut vase sanguifero insigniter læso, aut convulsioni, aut hemorrhagiæ ansam præbeamus.

XI. *Cucurbitula fortiter attrahens applicanda.*] Demonstratum in acreometria Volpii theorem. i. de elatere, & gravitate aeris, tunc aerem inferiorem conservari in quiete, & in statu naturalis aequilibrii, quotiescumque pondus, & elater aeris inferioris compressi a vi, & elatere aeris superioris aequalitatem habuerit cum pondere, & elatere totius aeris superioris ipsi inferiori superincubentis. Quibus ita constitutis licet colligere. Dum ignis intra cucurbitulae ventrem acceditur, & cuti eadem applicatur, aer intus contentus insigniter rarefit, ejusque vis elastica mirum in medium infringitur, quare exterior elatere suo naturali comprimit vehementer cucurbitulam adversus cutem, ei propterea firmiter adhaeret: interea particulae aeris intra sanguinem, intra muscularum interstitia, & alias ejusmodi partes contenti cucurbitulae subiectas, cum minus premantur ab aere insigniter rarefacto, qui in cucurbitula continetur, elatere suo sepe expandunt, & circumquaque cutim prementes ex vulnere, vel scharificatione sanguinem vi exprimunt in cucurbitulae ventrem. Hac ratione virus per mortuum Animalis rabidi homini cōmunicatum, priusquam per universum corpus diffundatur, una cum sanguine extra corporis confinia educi perspicuum est.

XII. *Pars ferro ignito inurenda, forū, frictione ex muria salis, &c. aceto &c.*] Inustionem ferro ignito, fotam, frictionem ex muria salis, aceto, & similibus in eum finem commendant multi cum Dioscoride loc. cit. & Boyleo, ut virus si quod Muscularibus fibris inhæret, extinguitur, ejusque progressus ad interiores partes præpediatur. Igni hanc inesse facultatem ostendunt quotidie curatores felicissime a Chirurgis institutæ ad ulcerum malignorum, ad gangrænarum progressum prohibendum. Si de Muria Salis sermo sit, quidni liceat conjectare, ejus applicatione virus Animalis rabidi eo prorsus modo edulcari, quo res salitæ insula eadem aqua marina magis, quam insipida mitescunt, ut meminit Chrysippus apud Plutarchum Sympof. p. quæst. 9. Profecto salivæ venenatæ particulae cum salis particulis facile cocunt, & in crystallos majores coalescent, quibus e vulnere eductis, salivam eamdem leniri, ac mitescere verosimile est. Virtus acrimoniam veneni corrugandi, cicurandique maxime eluet in aceto. Cujus rei locupletissimos testes habemus Hippocratem, Dioscoridem, Galenum, aliosque eximios viros, qui in peste, febribus contagiosis, & similibus a sale volatili, & corrosivo oriundis, acidis felicissime usos fuisse testati sunt.

Sylvius tempore pestis omnibus diebus, antequam ægros visitasset, duo cochlaria aceti assumebat, & a peste immunis servatus est. Cum venenum Animalium rabidorum ad acre solutivum proxime referendum sit, appareat ejusdem applicatione extingui penitus debere, aut plurimum saltem temperari.

XIII. *Eidem pariter pili, aut caro; aut alia quævis pars &c.*] Innumerata fere sunt, quæ parti vulneratæ admota passim commendantur a Scriptoribus magnis, & doctis. Plura recenset Celsius lib. 5. c. 27. ubi ait: *Vivum aportet gallinaceum pullum per medium dividere, & protinus calidum super vulnus imponere, ut pars interior corpori jungatur. Facit id etiam hadus, agnusque &c., & calida ejus caro statim super vulnus imposita.* Pullos gallinarum admovendos suadet Forestus obser. Chr. 34. lib. 6. Neque defunt, qui pilos Canis rabidi, aut aliam quamlibet ejus partem vulneri imponi jubent, in eam spem adducti, ut credant attractione quadam sympathica physicis occulta virus attrahi, & extra corporis confinia educi. Hæc de virtute attractiva medicamentorum opinio nova non est, utpote ea, quam plerique Recentiorum suis temporibus vigentem eradicare conati sunt. Oblivioni per multa sæcula traditam in lucem denuo produxerunt viri clarissimi, qui novitatis amore illesti, Cartesianæ philosophiæ studio penitus languescente, Nevthonianæ se totis viribus dederunt, atque illam adeo sequuti sunt, ut vim attractivam non certis tantum finibus coercere contenti fuerint.

fuerint, sed singulis partibus cum fluidis, tum solidis, ex quibus corporis universi machina constructa est, vim hanc inesse putaverint, & sic secretorum maxime, excretionumque opus, exulantibus omnino fermentis, ceterisque causis, ad eamdem revocaverint. Pilis, aut cuilibet alii parti Animalis rabidi vim attrahendi virus in homines propagatum probant perbellis experimentis, atque observationibus a Cl. Roberto Boyleo in sua experimentali philosophia relatis. Narrat enim præclarus auctor, Brasilienses populos, cum ubiquè venenata Animalia offendant, ac mortibus lanientur, sola applicatione eorumdem Animalium vulneratae parti curationem instituere, quo fit ut virus attrahatur, & foras eliminetur. Nemo ignorat, ubi Scorpio momordit, si Scorpio contusus applicetur vulneri, vulnus perfectissime curari. Bufonem ad se virus attrahere notissima res est. Quid quod nulla sit præstantior medicina ad curandum viperæ mortum, quam pinguedo ipsiusmet viperæ? Sive attractio hæc fiat, quod similes particulae cum similibus conjugantur ob similitudinem figuræ, sive ut Leibnitius aliisque malunt, ob harmoniam consentientium vibrationum, curiosius non inquirimus. Quis enim hæc cernat, quæ longissime sunt a perceptione nostra, sensuque disjuncta? Non defuere tamen, qui experimenta, quibus virus Animalium ab iisdem attrahi compertum est, in dubium vocarunt. Primus fere fuit Cl. Redius, qui in epistola ad Cl. Kircherum mira quæ a laudato Boyleo, aliisque narrantur de attrahentibus hisce medicamentis falsa ostendit. Hunc sequutus est Frid. Hoffmannus M. S. T. 2. de venen. eorumque natura. Ut ut autem res est, pulcherrima saltem eorumdem laus erit emolliendo, demulcendo, aut alia simili ratione demorsis ab Animalibus rabidis opitulari, ut idem Hoffmannus testatus est.

XIV. *Atque hæc quidem omnia primis a mortu diebus conferre visa sunt. Si progressu adhibeantur &c.*] Dioscoridis monitum fere est scharificationem, aliaque post eamdem extrinsecus applicanda remedia primis diebus statim esse in usum vocanda, antequam per corpus diffusum sit venenum. Tribus enim circiter, aut quatuor elapsis diebus, ubi virus per corpus diffusum fuerit, neque attrahi, neque educi ulla ratione posse. Ad hæc igitur frustra confugere Medentes. Ea porro visa sunt convenire, quæ virus idem vel extinguere habent, vel per insignes excretionum vias extra corporis confinia educere. Dici autem vix potest, quot præto sint Medicis istius generis medicamenta! Oculi cancrorum, matr. perlar. Cor. Cer. ustum terra lemnia, aliaque hujusmodi ad absorbendum; coagulum leporinum, ovinum aciditate, qua pollet ad invertendum; Bezoartica, theriacalia, plantæ omnes, quæ sale volatili oleoso sunt factæ tamquam alexipharmacæ; ad expellendum purgantia, eaque validissima, cuiusmodi sunt Helleborus albus, & similia. Verum si quid sentio, vix ac ne vix quidem corpora corum, qui rabie premuntur, istius generis medicamentis pertractanda tradereum; vel enim inutilia prorsus sunt, atque ad salutem comparandam inepta, vel summopere nocua. Illa sunt absorbentia, invertentia; hæc sale volatili oleoso prædicta, ac purgantia. Terrea enim, & quæ communiter absorbentia vocantur venenate salivæ, succorumque in ventriculum confluentium acrimoniam retinendæ quidem valent; cum tamen in sanguinem per venas lacteas transmitti nequeant, & universa sanguinis massa eodem veneno acre, fundente, ac colliquante infecta corrugenda, & universum nervorum genus siccum nimis, atque arescens laxandum, ac emolliendum restat. Idem de coagulis supra recentis dicendum. Si de bezoarticis sermo sit, non alia ratione quam plurimis morbis opitulari, quam ea, qua alchalica quæque operantur, censendum, si experimentis in com. A. Bonon. a Cl. Sandrio institutis fides habenda, qui ex chymica bezoarri solutione, nihil sibi probabilius visum esse testatur, quam ut ad

ad genus alchalicum referretur. Idque extra omnem dubitationem ab aliis possum. Haud ignoro mira de helleboro albo praedicari a Veteribus Medicis, Dioscoride præsertim, & Galeno, eoque propinato recrementis quamplurimis vomitu, & secessu evacuatis, sanitati restitutos felicissime eosdem memorare. Neque me latet, vim eorumdem nervoso generi infestam excusari a sectatoriis exemplo dysenteriæ, quæ cum ab acredine humorum corrosiva exoriatur, radice tamen ipecacuanæ, quæ acerrima est, felicissime curatur.

Licet ergo purgantia medicamenta corporis fibras extimulare valeant, occulta tamen qualitate virus attrahere, & extra corporis confinia educere existimant. Verum præterquamquod non adeo verum est, dysenteriam radice ipecacuanæ curari, quin hæc virtus ab aliquibus in dubium vocetur, in iis præsertim, qui gracili sunt corpore, qui convulsionibus obnoxii, qui febrem adjunctam habent, accedit præterea Helleboro, aliisque purgantibus in hoc morbo propinatis convulsiones fæpissime excitari, quibus ægri in summum vitæ discrimen adducuntur, interdum etiam enecantur.

XV. *Æger igitur statim etiam per vim, & metum in balneo demittatur O. aquam calidam copiose bibat O.c.*] Satius porro duxerim ad generalia quidem remedia confugere, ea tamen, a quibus certum levamen, nullum noxæ periculum expectandum sit. Inter hæc eminent balnea, ac diluentia. Summam infesse vim balneis ad univerſi corporis fibras emolliendas, acredinem humorum temperandam, noxias, ac venenatas particulas per cutis poros extra corporis confinia educendas perspicuum est. Ita Celsus lib. 5. ægrum, simul ac animali rabido demorsus est, in balneum demitti jubet, ibique detineri per horam circiter, ut sudare postea valeat, atque virus extra corpus elabatur. Memorabilis est casus, quem refert Cl. Frid. Hoffmannus (*de baln. aq. dulc. usu O.c.*) multos a rabiō lupo ex sylva prodeunteſ demorsos, & necatos fuisse, donec tandem nonnulli hoc remedio ab omni periculo liberi fuerunt. Si de aqua copiose affumenda sermo fit, nullum efficacius, aut pro ægrorum opportunitate valentius inveniri posse, manifeste liquet ex Cl. Sydenhamo *epistol. respons. ad Robertum Bradii*, in qua cuiusdam viri in summum vitæ discrimen adacti ob assumptionem sublimati corrosivi, sola aqua adhibita, curationem felicissime memorat. Tantopere valet adversus ea, quæ acrimonia sua solidas nostri corporis partes insigniter vellicant, corrodunt, atque inflammant. Quid quod illi, qui aquæ metu cruciantur, ubi convulsiones supervenerint, ab aqua etiam per vim, & metum ingesta & facilius ad bibendum disponuntur, & copioso aquæ potu sanantur? Ubi autem nondum aquæ metus ægrum exerceat, ad aquam quamcūtissime, tamquam ad sacram anchoram, configiendum esse manifestius quidem est, quam ut ullis rationibus possit comprobari. Idem dicendum de sero lactis, de jusculis tenuissimis, & similibus. Immo blande oleofisis, ac gelatinosis particulis, quibus fæta eadem sunt, acria etiam veneni spicula irretire habent, atque involvere, ideoque ad vellicandum, ad erodendum inepta reddere.

Nuces juglandes comedantur. ] Nuces juglandes virtute alexipharmacæ prædictas esse, atque contra pestem, & malignos morbos plurimum valere crediderunt Veteres Medici. Quare factum est, ut in antidotum Mithridatis Regis recipierentur, tantopere commendatum adversus venena in devicti a Cn. Pompejo Regis Mithridatis sanctuaris reperta, ut mittam alias quamplurimas compositiones alexipharmacæ, & antipestilentiales, in quibus eadem usurpabantur: quæ tamen virtus in dubium revocata fuit a Cl. Casp. Hoffmanno, ut propterea non desint, qui cum Cl. Geoffroji existimant demorsis a cane rabido opitulari ob id potissimum, quod oleo blando, ac miti farinoso principio unito scanteant (id quod sapor dulcis, gratus, amygdalinus manifestum reddit, & quod con-

tusæ

tusæ cum aqua lactescensem eamdem efficiunt) venenatas salivæ, cæterorumque succorum in os, fauces, & organa deglutitioni dicata depluentium mordacitate, atque acrimonia sua nerveas eorumdem fibras vellicantum, atque erodentium spicula retundere valent, ac demulcere.

XVI. *Tandem ad lactis usum deveniendum.* Ubi diluentibus copiose ingestis veneni particulæ dissociatae, disjunctæque fuerint, & per insignes excretionum vias extra corporis confinia eductæ, quid ad reliquarum, si quæ reliquæ fuerint, vires perdomandas, ad universam sanguinis, ac fluidorum massam contemperandam, læves politasque particulas invehendas, ad nervorum systema laxandum, emolliendum, ac nutritio rore humectandum lacte efficacius? Testor bona fide quemdam demorsum a cane rabido, lacte copiose sumpto, non solum ab hydrophobia præservatum fuisse, cum ejusdem incipientis signa apparerent, atque alia minus commode responderint, sed cum gracili satis esset corpore, insigne acquisivisse naturalis nutritionis incrementum.

XVII. *An specificum aqua, & latte præstantius O.c.*] Specificorum adversus rabiem infinitus est numerus. Celebris fuit apud Galenum, & Oribasium arcanum Æschronis de cancris combustis; apud Aetium, Ruffum, Posidonum de cinere cancerorum cum theriaca, & radice Cynosbatis; apud Mayerne illud, cuius mentio fit *philos. transact. Vol. 3. p. 283.* de radice Serpentariae virgin. flor. hyperici cum theriaca, allio, ramentis Jovis; illud apud Hannemanum in actis Hafniensibus an. 73. ex abrotan. betonic. salv. theriac. &c. apud Thomam Bartholinum ibidem ex pulvere gentian. myrrh. &c. Rajum de lichene cinereo terrestri cum æquali quantitate pipericis, aliaque plurima, quorum tamen nullum, inquit Boerhaavia, *cujus experimenta certa.*

XVIII. *Periculo certe non vacat famosum illud e pipere, & cantharidibus O.c.*] Hodie magno in pretio habetur specificum de pulvere cantaridum, & piperis longi a gr. iv. mixto micæ panis ab initio statim exhibendum, quod certo certius profuturum esse reputatur, si sanguis cum urina exire incipiat, quo apparente ad lactis usum statim deveniendum est, ut æger in pristinum valetudinis statum restituatur. Quam mira res videtur venenum veneno profligari? Cantarides, ut notum est, infecta quedam sunt de genere Scarabæorum, quæ in frumentis, & pratis vescuntur, acerrimo, ac fere caustico sale referta, ut nisi aceto nacerentur, vix ac ne vix quidem adhiberi queant. Ita Galenus lib. 4. de med. simpl. facult. cap. 18. monet, ne quis easdem degustare audeat propter erosionem interitemtem. Baglivus vero virulentam cantharidum naturam experimentis confirmavit: tinturam enim cantharidum per syringam in apertam venam jugularem binorum canum injectit, eosque aquæ primum, & viscosa evomuisse, postea humi cecidisse, vehementissima siti, ac alimentorum fastidio corruptos fuisse, tandem convulsos periisse testatus est. De earum noxa vide etiam Thonorum lib. 1. obs. 20. Alpinum de medic. meth. Animadversione autem dignum est, cantharidum præparations ope ignis factas, ne vel minimum quidem earumdem naturam immutare. Ita sale cantharidum volatili vesiculos adhuc excitari observatum est ab Olao Borrichio in *Act. Hafniensibus an. 37. ob. 63.* Sive autem vesicantia, in quorum compositione cantharides principem obtinent locum, cuti applicentur, sive eadem intus sumantur, observationibus, atque experimentis compertum est, ad urinæ vias potius, quam ad alias partes determinari, id quod vesicæ dolores, urinæ ardores, suppressiones, mictus sanguinei manifestum redundit, quæ ab usu cantharidum sive externo, sive interno excitantur. V. Bartholinus cent. 3. hist. anat. 16. Hildanus cent. 6. obs. 98. 99. Timæus l. 7. c. 20. Zactus Lusitanus Medic. princ. hist. lib. 2. hist. 117. Pascalius meth. cur. morb. cap. 44.) Quibus sic constitutis, quidni liceat conjectare, venenum cantharidum Tomo I.

similes habere particulas particulis veneni Animalium rabidorum, ideoque simul unitas se invicem attrahere, & in massulas maiores coalescere, prævalente tamen vi cantharidum, utrumque per urinæ vias extra corporis confinia educi? Nonne carnes salitas facilius dulcescere, si in aqua marina infundantur, quam si in aqua dulci, compertum est? Si sal nitri, & aluminis in aqua solvantur, & aqua per ignem exagitetur, in quantitate insigni sales duo separantur, & in crystallos proprias suæ figuræ secedunt; sal nitri cum particulis nitri, sal aluminis cum particulis aluminis. Quæ quidem omnia protenso quasi digito comonstrant, partes similes, ob similitudinem figuræ, sive harmoniam consentientium vibrationum facile adhærescere, & conjungi. Conjecturæ porro vim addit observatio, qua compertum est, apparente mihi sanguineo, certo certius salutis præsgium haberi, de salute e contra conclamatum esse, si mihi sanguis nulus post usum cantharidum appareat; indicio satis manifesto, tunc solum virus per morbum canis rabidi hominibus communicatum cantharidum particulis unitum educi, cum ad urinæ vias istæ determinentur. Id ubi factum fuerit, quid ad demulcentum, nervosas partes obliniendas, ac nutritio rore humectandas, ad venenatas particulas, si quæ superstites fuerint, diluendas, irretiendasque laetè præstantius? Nempe deleterii cantharidum effectus universalibus venenorū acrium, & corrodentium antidotis, laetè scilicet, oleosis, & pinguibus corporibus obtunduntur, ut Plinius, Dioscorides, & Celsus præ ceteris demonstrarunt. Saluberrimum propterea Hippocratis monitum in curat. diut. morb. I. 14. triduo ante usum cantharidum laeti assuefactendum esse ægrum, ne vesica laxatur.

XIX. Jam ubi hydrophobia invaserit, nihil saltem inter initia efficacius ol. Amygdalar. &c.] Quamvis hydrophobia jam ægrum exercens desperatus sit morbus, non inde tamen totis viribus conandum non est, ut congruis, & opportunis auxiliis eidem succurramus. Non desunt porro, quid illud tantum Medentibus præstandum esse putant, ut æger aquam assumat, vel incautus, arte scilicet deceptus, vel etiam invitus. Verum enim vero cum frequentibus, ac constantibus observationibus compertum sit, nonnullos per vim in mare, & flumina ligatis manibus projectos, ut necessitate coacti biberent, convulsionibus gravissimis suscitatis obiisse, id cum præmeditatione faciendum esse perspicuum est. Quare sapienter admodum, prudenterque turpissimum hunc morem damnavit Cælius Aurelianus affirmans, hujuscem morbi curationem non in eo consistere, ut bibant ægrotantes necessitate coacti, sed ut ad bibendum disponantur. Quod nulla meliori ratione fieri posse, quam venenatae salivæ, cæterorumque succorum salivarium, qui a potulentis moti organa deglutitioni dicata molestissime afficiunt, & in convulsiones adigunt violentissimas, acrimoniam corrigendo manifestum est. Quid autem præstantius oleosis corporibus, ut optato fine potiamur? De admiranda vi oleosorum corporum in perdomandis viribus eorum, quæ partes corporis redunt, & absunt, insigne exemplum nobis præbent illi, qui ad papyrus prælo imprimendum, æs aqua fortis cælant. Sevo enim, aut cera æneam tabulam obliniunt, in ea imagines, & simulacra stylo imprimunt, aquam fortè tabulæ affundunt, hæc vero acrimonia sua fulcos abrasa cera exaratos altius fodit, tabulæ partem, quæ sevo, aut cera obducta est, intactam relinquens. Quid quod aqua ipsa fortis oleoso, aut pingui corpori unita, ac mixta ad vellicandum, mordendumque, nedum corrodendum inepta omnino evadit? Ubi ad bibendum disponatur æger, quid aliud optandum magis? Jam mitescere morbum, in quo homines & siti, & aquæ metu cruciantur, manifestum est. V. Celsus lib. 6. cap. 27. Ad aquam igitur deveniendum esse, ut venenum per insignes excretionum vias foras omnino eliminetur, luce clarius appetit.

XX. Ubi de ægrorum salute conclamatum sit, nihil &c.] In desperatis morbis melius esse anceps experiri remedium, quam nullum, apud plerosque longe maxime invaluit. Atque hi quidem in hydrophobia, præ cujus vi de salute jam conclamatum est, phlebotomias iteratis vicibus usque ad animi deliquia instituendas, immersiones in aqua, & perfusiones ejusdem usque ad extrebas vitæ horas proiectas suadent. Vim animis addit illa cogitatio, quosdam, quos aquæ metus, pavoresque premebant, iteratis phlebotomis, & immersionibus in aqua, ejusdemque perfusionibus curatos fuisse. Horum exempla suppeditantur in Gal. histor. A. S. P. Mirabile autem prorsus est, convulsionibus, quæ ab aquæ perfusionibus, aut immersionibus in eadem excitantur superatis, ægrum alacrem fieri, ad bibendum disponi, mox sudore superveniente in pristinum valitudinis statum restituiri.

## C A P U T VIII.

## De Epilepsia.

I. Epilepsia est motus convulsivus, quo corporis membra varie, inordinateque contrahuntur, sensuumque exercitium ut plurimum aboletur.

II. Si spiritus animales inconcinno, perturbatoque motu in medullares Cerebri fibras, hisque appenos nervos, & musculos irruant, ita ut major eorumdem copia in hunc, quam in oppositum, & quidem præter voluntatem, & naturæ ordinem derivet, inconcinæ pariter, inordinataeque contractiones exoriuntur. Nonne convulsionem a repletione, ac inanitione Muscularum oriri censendum est?

III. Perversa Cerebri structura, vel atonia, cui conjugitur seri, lymphæ, aut aliorum humorum collectio, qui certis statisque temporibus eam acrimoniam nanciscuntur, qua nervea filamenta vellicantur, ac punguntur, terrores, animi graviora pathemata, imaginatio fortis, maxime in fæminis, & pueris, ventriculi & cæterorum imi ventris viscerum affectiones, contusio-nes, vulnera, ulcera partium a cerebro diffitarum, causæ sunt remotæ.

IV. Orta hinc divisio Epilepsiarum in idiopathicam, & sympatheticam. Idiopathicæ quidem, si convulsio a Cerebro incipiat; sympatheticæ, si in extremitatibus nervorum incæpta per nervorum ductum cerebro communicetur.

V. Ortus a parentibus simili morbo infectis, assidua, atque immodica studia, longior mora in locis calidis, exercitationes violentæ, ac diurnæ, vini abusus, immoderata Venus, scabies, tumores retropulsi, fonticuli, ulcera incaute suppressa, crustæ laetæ in infantibus, ichorumque per aures effluentium impedita excretio, laetis in stomacho coagulatio, corruptio, dentitio difficilis, vel eruptorum jam dentium vehemens dolor in adultis, & senibus, omnia, quæ hipochondriacæ affectioni producentæ paria sunt, Epilepsiarum occasionem præbent.

VI. Rarum est homines Epileptico ingruente paroxysmo in terram con-

140 DE COGNOSCENDIS, ET CURANDIS MORBI<sup>S</sup>  
cidere cum sensus tantummodo privatione, nulla hinc convulsione, aut varia corporis gesticulatione subsequente. Ubi id ægro contigerit, judica eum vertigine tenebricosa primo ad Epilepsiam gradu laborare.

VII. Si æger in terram concidens variis corporis gesticulationibus afficiatur, pedibus terram conculcat, modo jactis humi manibus quadrupe dum more velocius currat, atque in obvia quæque præceps irruat, sensibus internis, atque externis remanentibus, aut delirio superveniente cantet, rideat, fleat, ridicula, atque incongrua narrat, altiori voce clamet, pectora percutiat, remanente interdum post paroxysmum memoria eorum, quæ ei contigerunt, eum vera Epilepsia laborare censendum est, quæ malum a Dæmone provenientis specie non raro imponit.

VIII. Si subitum in terram casum sensuum omnium intermissio comittetur, alterna membrorum inordinata concussio, sibilus in gutture, singultus, alternus faciei rubor, & pallescentia, alterna venarum inflatio, & detumescentia, pulsus, & respirationis interceptio recurrens, faciei, oculorum contorsio, apparetis risus species, dentium stridor, suffocatio, linguæ exsertio, morbus, stomachi inflatio, excrementorum, fæcum, urinæ involuntaria ejactio, sudoris elapsus, spuma exitus ab ore, & naribus, soluto paroxysmo æger nihil recordetur eorum, quæ sibi acciderunt, tantummodo conqueratur de laffitudine artuum, aliquo capitis dolore, interdum linguæ ob inflictum eidem a dentibus vulnus, cum interim ejus visus, dum caput inclinat, & ad aspectum rerum celeriter circumstantarum, aut excurrentium, aut profundi alicujus loci, ad magnos clamores, aut strepitus, ad laterum, membrorumque rudem frictionem, aut rei graveolentis odorem turbetur, aut obscuretur, summo Epilepsiae gradu premi certo certius habendum.

IX. Si mentis torpor, oblivio, vigiliæ, insomnia turbulentia, capitum dolor ante paroxysmum invadant, ipsum advenientem æger minime percipiat, in idem latus perpetuo, & constanter incidat, certis lunæ phasibus, præsertim noviluniis, pleniluniis eodem corripiatur, nulla interim inferiorum partium laesione apparente, judica tales Epilepsia idiopathica detineri.

X. Si nullis Cerebri primario affecti signis apparentibus, auræ cujusdam a partibus inferioribus ad Cerebrum ascendentis sensum percipiat, qui fortis supra locum constrictione facta fistatur, ac paroxysmus diutius protrahatur, Epilepsia sympathica exerceri ambigendum non est.

XI. Contumax, ac diuturnus morbus est Epilepsia idiopathica, vix, ac ne vix quidem curationem admittens post vigesimum quintum annum.

XII. Sympathica facile interdum curatur, sæpe tamen, ac sèpius si juvenes post pubertatem adoriatur, in idiopathicam degenerans ad mortem usque comitatatur.

### L I B. I. C A P. VIII.

141

XIII. Sæpe in paralysim, melanochiam, quandoque in apoplexiā fortē degenerat Epilepsia.

XIV. Ad imminentem paroxysmū præcavendum quam male cedunt opiate medicamenta.

XV. Si auræ ascendentis sensus percipiatur, quam apte ligatura fortis supra eam partem, aut frictiones dolorificæ in oppositis, & longe diffitis paroxysmū avertant, dici vix potest.

XVI. Jam ubi paroxysmus invalidus, æger capite sublimi collocetur, partes convulsa oleo amygd. dulc. pinguedine humana illinita manu fricentur, si quæ partes frigescunt, manu calida foveantur, fomenta calida ventri, ac vesicæ regioni applicentur.

XVII. Ubi diutius quam par est protrahatur paroxysmus, leviora odramenta, cujusmodi sunt ruta aceto trita, castor. ol. succin. carab. nari bus admoveantur.

XVIII. Si æger laxioris fit habitus, sero abundet, cacochymus fit, spiritus Cor. Cer. sanguin. human. cran. human. ad guttas aliquot ex aquis antiepilepticis in os intrudantur.

XIX. In fervidiori temperamento præditis, gracilioribus, adustisque, istius generis volatilibus medicamentis vix utendum traderem. Haustus potius aq. flor. til. lilior. convul. primul. ver. rosar. violar. conferre visi sunt.

XX. Illis ad novos insultus præcavendos, si sit suppressio naturalium evacuationum, sanguinem juxta vasorum plenitudinem detrahi, atque hirudines applicari jubeo. Cauteria quoque vel setaceos admovevi.

XXI. Pilulas de succin. Craton., vel capital. Paracel. a 3 i. ad ditis trochiscor. alhand. gr. iii. ad v., vel diagrid. gr. vi. ad xii. bis, terque in mense ante Lunæ mutationes præscribo.

XXII. Ab emeticis utpote minus turpis abstineo.

XXIII. Purgantium intermedio sequens decoctio exhibeat. 2 Sar. per elect. radic. chin. a 3 ii. rasur. Cor. Cer. ebor. a 3 i. radic. valerian. pæon. visc. quercin. a 3. s. aq. font. Lib. ii coq. in organ. vitr. circulat. usque ad consumptionem tertiaræ partis, colatura detur mane jejuno stomacho, dein in lectulo per horam integrum quiescat, quo levis abstergatur sudor. Si opportuna fuerit tempestas, viperæ medietas addatur. Ex refid. quod est radic. gram. lign. saffaphr. visc. quercin. a 3 i. aq. font. Lib. x. M. coq. ad consumpt. quartæ partis pro potu ordinario per quadragesima circiter dies.

XXIV. Si ex lue celtica ortum duxerit epilepsia, præmitti potest bolus ex Mercur. diaphor. 3 i. extract. Card. S. q. s. Verum salivatio mercurialis cæteris palmam præripit, dummodo cum tenello nimis, & debili corpore res non sit.

XXV. Purgantia, ac sudorifica validiora minus tuta sunt in iis qui fer-  
vidio.

## 142 DE COGNOSCENDIS, ET CURANDIS MORBIS

vidiore temperamento sunt prædicti, qui graciliores, adustique, qui morbis calidis obnoxii. His porro ol. A. D. s. i. r. e. vel serum lactis tammarindatum viña sunt magis prodeesse, nec non destillatum cum plantis subacidis, ac refrigerantibus.

XXVI. Balnea aquæ dulcis ardente Sirio, ac thermopotationes sunt convenientissimæ.

XXVII. Autumno tandem lac exhibendum, primum quidem asinum, deinde vaccinum eum sapone veneto ad 3. s. quotidie mane jejuno stomacho per quadraginta circiter dies.

XXVIII. Specificum adhuc nullum invenire hominibus datum, cuius experimenta certa. Cinnabaris ceteris præstat. Hoc fere pulvere uti soleo.

24. Cinnabar nat. in pollin. s. contr. 3. s.

Matr. perlar. pp. 3 iv.

fol. aur. n. xii.

M. ter. & f. s. a. pul. detur a gr. x. ad 3 i. ex aq. stil. vel decoct. theiform. flor. til. lilior. conval.

XXIX. Dici autem vix potest quam tutum, ac proficuum sit opus naturę committere, nulli rei magis, quam sex rerum non naturalium a quo administrationi studentes. A vino præsertim ēger abstineat.

XXX. Pueri diversa methodo tractandi. Quare si corrupti in stomacho lactis indicia se prodant extrinsecus ventriculi regio fovenda ol. mastic. nuc. moschat. balsam. Copai. & sacculis herbarum aromaticarum.

XXXI. Si alvus suppressa sit, rhabarb. a gr. x. ad xx. ex cochlear. ejusdem syrapi exhibendum.

XXXII. Tandem ad liquor. Cor. Cer. succinat. a gut. x. ad xxx. ex aq. flor. til. lilior. conval. deveniendum.

XXXIII. Sed præ ceteris, si lacte pueri vescantur, curandum est, ut nutrix optimo vietu utatur. Carnes juniorum animalium vituli, columborum leviter tostæ concedi possunt. Vino moderate utatur; decoctionem theiformem sal. pœon. beton. assumat liberaliter.

XXXIV. Si crusta lactea citra causam evanescere incipiat, sapone aqua soluto tractetur. Dum hęc sponte fluit, nunquam cauteria aperienda tradicerem.

XXXV. Ubi dentitionis imminentis indicia se prodant, gingivę mucilagin. ex femin. psyl. cydon. succo e cancr. vivis expresso, sanguine criste galli illiantur, frustulum coral., aut dens apri manu tenendum pueri concedatur.

XXXVI. Si Epilepsia sympathica ab affectione hypochondriaca, a verminibus oriatur &c. iisdem est occurendum. Sed de his infra.

## C A P U T VIII.

## De Epilepsia.

I. E *Pilepsia est motus convulsivus, quo corporis membra varie, inordinateque contrahuntur &c.*] Epilepsia variis denominationibus solet a Medicis insigniri. Aliis siquidem *morbis caducus* audit a subito in terram casu, perinde ac si ægri fulmine isti fuissent: *sacer*, sive quod caput sacram partem, mentisque sedem, quæ sanctissima reputatur, occupet, sive quod occultus sit morbus: veteres enim multas res occultas facras appellabant: sive quod tanta sit ejus vehementia, ut exferrandus dici mereatur, quemadmodum *auri sacra famæ* dicitur. Opinionem illorum, qui sacrum dici volunt, quod crederetur divinitus immitti, confutavit Hippocrat. lib. de morb. sacro inquiens, iniquum esse Epilepsiam, aliosque morbos ad Deos referre: qua de re etiam infra dicemus. *Herculeus*, sive quod Hercules eo laboraverit, ut meminit Aristoteles in prob. 1. sect. 3. sive quod Herculeo quasi labore opus sit, ut supereretur, ex Galen. 6. Epid. in fine: unde Celsus lib. 3. cap. 27. majorem morbum illum appellavit. *Comitialis*, vel quod comitia habere iis fas non esset, qui hoc morbo corripiebantur, vel quod simul ac corripiebantur eadem solverent. *Lunaticus*, vel quod in noviluniis, vel secundum Lunæ conversiones ægros invadat. *Sonticus*, & qui inspuitur Plauto in Capt. & Plin. lib. 28. c. 4. contagiosus enim habitus est priscis; unde citatus Plinius *Despuimus* inquit *comitiales morbos*, hoc est contagia regerimus. Cum enim expuere inter amuleta referrent, ne familiam inficerent, rus ablegabant Epilepticos, ut Apulejus. Solet autem Epilepsia communiter definiri a Medicis *motus convulsivus*, quo &c. ut a convulsione tonica dicta differat, quæ tunc fit, cum membris alicuius rigiditas, atque in uno positu immobilitas adeat, præterea manifestum fieret ad convulsionem clonicam, quæ cum varia, inordinataque membrorum concussione conjuncta est, proxime referendam esse. Quoniam vero ad convulsivos motus pertinent horror, rigor, tremor, qui morbi a solo illarum partium vitio, quæ motui famulantur, dependent, salvo, atque incolumi sensuum extenorū, internorumque exercitio, æquum visum fuit subnectere, sensuumque exercitium aboletur, ut discriminaret, quod intercedit inter Epilepsiam, prædictosque morbos, qui maximam cum eadem habent affinitatem.

II. Si spiritus animales inconcino, perturbatoque motu in medullares *Cerebri fibras* &c.] Quainvis omnes fere Medici apprime convenient in Epilepsia essentia stabilienda, dici vix potest, quam variae, atque inter se discrepantes ortæ sint opiniones in ejusdem causis assignandis. Mitto illam Galeni 3. de loc. affect. cap. 7. qui crassum humorem, pituitosum, melancholicum, spirituum meatus in cerebri ventriculis obstruentem accusat, quam suis temporibus vigentem eradicare conatus est Sennertus lib. 1. pract. par. 2. Quamquam nec altera ejusdem Sennerti opinio existimat, caulam Epilepsia proximam esse vaporem mordacem, acrem, malignum, peculiari vi *Cerebrum* stimulantem, arridere potuit Recentiorum plerisque, qui a spiritibus animalibus in nervos, & musculares fibras irruentibus, causam Epilepsia proximam altius, ac subtilius commenti sunt, ad credendum vehementer adducti ab eodem principio, a quo pendet naturalis, ac placidus nervorum, musculorum, cæterarumque partium motus, ab eodem, si præter voluntatis imperium, vel naturæ ordinem operetur, perversum, depravatumque esse repetendum. Nos ab his sumus sic tamen, ut neque putemus spiritus veluti a somite igniario explodi pulveris pyri ad instar domos subvertentes.

tentis, ut Willius 3. de *morb. convulsiis*, nec iis immisceri spiritum acidum volatilem ipsos divellentem, & impetuose commoventem, ut Franciscus Leboe Sylvius *prax. med lib. 2. cap. 10. n. 99.* opinati sunt, nec *vaporem illum mercurialem*, vitriolatum, quem in lucem produxere Hermetici, & Paracelsistæ, aciditate sua exquisitissimi sensus fibras pungentem, nec *malignitatis* participes esse, ut cerebrum, & nervos tam vehementer concutere, ac perturbare valeant, ut Quercetanus in retrade gravissimorum capitum affectuum arbitratus est, judicantes ad inordinatos, perturbatosque motus solum inordinatum, atque irregularē spirituum motum a cerebro in partes motui voluntario famulantes sufficere. Et sane qui sibi libentissime blandiri velit, vix poterit in oppositam ire sententiam, si illud vel leviter mente volutaverit, partes omnes a muscularis, & fibris ex aequo contranitentibus in æquilibrio esse constitutas, ac tunc contractionem ex parte aliqua fieri, cum alterutri muscularorum antagonistarum nimia vis addatur, ex opposita vero, si vis ejus minuatur. Addetur autem vis major, si spiritus in nervum aliquem, & huic appensum musculum uberioris immittatur, & quidem præter voluntatem, ac naturæ ordinem; minuetur e contra, si iidem parcus influant. Modo autem uberioris in unam partem, modo parcus in alteram influere perspicuum est, si inordinato, inconcino cieantur motu. Causam ergo proximam Epilepsiarum, quæ consistit in varia, atque inordinata corporis concussione, ab inordinato, atque irregulari spirituum animalium in medullares cerebri fibras, hisque appensos nervos, & musculos excursu repetendam esse, adeo manifesta res est, ut manifestior sit nulla. In *medullares* inquam *Cerebri fibras*; cum enim in hoc morbo sensuum internorum, externorumque exercitium aboleatur, concipere oportet easdem inæqualiter tensas, ac convulsas, ideoque tremoribus suscipiendis, qui alias animæ perceptionibus occasionem praebant, impares, vel si aliquem suscipiant, quam citissime mutari ab aliis, alisque assidue, atque inordinate advenientibus, ita ut anima comparare motus nequeat cum motibus, quos medullares *Cerebri fibras*, ejusque partis, qua eadem utitur ad cogitandum, & sentiendum, alias suscepserunt, neque illos adverte, qui per nervos ab sensuum exteriorum organis illuc transmittuntur, unde nullam in ægro memoriam remanere contingit eorum, qua ingruente paroxysmo ei contigerunt, sensusque omnes abolieri.

*Nonne convulsionem a repletione, ab inanitione muscularum oriri censendum est?* ] Celebris fuit apud Antiquos convulsionis distinctio in eam, quæ ex repletione fit, & aliam quæ ex inanitione, cui occasionem dedit Hippocrates *aph. 39. sect. 6. Convulsio vel a repletione fit, vel inanitione, ita vero & singultus*. Quod Hippocratis effatum interpretum ingenia plurimum torsit. Galenus hunc explicans aphorismum in eam venit opinionem, ut crederet inanitionem, & repletionem immediatam nervorum intelligendam esse: inanitionis autem, & repletionis nervorum remotionem causam assignat, eorum nempe exsiccationem, & humectationem existimans vel nimio humore repleti illi sint, vel exsucci, contrahi nimium, & convulsionem parere. Id quod illustrat exemplo chordarum, quæ tam humido aere turgidiores factæ, quam ignis calore extenuatae breviores fiunt, & contrahuntur. Ut tamen satis esset momenti in Galeni argumento, oporteret motum animalium a nervis exoriri. Quod negant uno ore hodie maxime celebres Medici, quos ipsi in præsens sequimur, existimantes motum animalium a fibris muscularibus, tamquam ejus instrumentis pendere: deinde a spiritibus animalibus, & sanguine in easdem fibras confluentibus (vel in rhomboidales cellulas divisa eæ sint, ut vult Borellus, vel in ovales, ut vult Bernoullius) easque inflantibus, ac breviores facientibus, tamquam a causa efficiente proficiisci. Cum autem convulsio ab eadem causa repetenda sit, a qua

mo-

motus naturalis animalium, si hæc præter animæ imperium, & naturæ ordinem operetur, convulsionem a nervis contractis exoriri perperam judicasse Galenum, tam manifestum est, quam quod manifestissimum. Et sane magna, ac fere incredibilis vis requiritur ad motum animalium efficiendum, quæ nervis tribui nullo modo potest. Ad hujuscemodi statum melius intelligendum nonnulla exponenda sunt de vectum ratione. Triplex igitur vectis genus constituant physici. Quem mox describimus, vectis primi generis est. Si puncto I supponatur fulcrum græco nomine hypomoclium dictum, sive alio quovis modo teneatur punctum I immobile, atque interim extremo A superimponatur v. gr. pondus aliquod; alteri extremo B applicetur manus, quæ punctum

I

A ————— A

B B deorsum trahat ( vires ad-

hibitæ ad extrema A, &amp; B

dicuntur potentia una, resistentia altera; potentia quidem, quæ adhibetur ad vincendam alteram, resistentia vero, quam vincere volumus) pondus, & manus in æquilibrio erunt, si vis ponderis erit ad vim manus, quemadmodum B. I ad I. A: quo appetet vel minimam manus vim posse cum quolibet vel maximo pondere æquilibrari. Potest enim distantia I A quam minima constitui ad distantiam I B. Quod si manus vim aliquanto majorem adhibeat, quam ad æquilibrium postulatur, vincet resistentiam ponderis, ac pondus ipsum sursum evet.

Alterum vectis genus est cum fulcrum supponitur uni extremo A, sive quo-vis modo extrellum A tenetur immobile, atque interim vires duæ in diversa trahentes applicantur ad puncta I & B; fiet enim æquilibrium, si vis applicata ad I erit ad vim applicatam puncto B, quemadmodum est reciproce distantia A B ad distantiam A I. Quo appetet minorem in puncto B vim requiri quam in puncto I. Quod si vis applicata in puncto B habeatur pro

A ————— V

B pro potentia, vis vero appli-

cata in puncto I habeatur pro resistentia, sic quidem ut resistentia sit inter fulcrum, & potentiam, vectis dicetur secundi generis, in quo dicitur potentia validior fieri.

Contra vero si habeatur pro potentia vis illa, quæ applicatur puncto I, & pro resistentia vis illa, quæ applicatur puncto B vectis dicetur tertii generis, in quo dicitur validior fieri resistentia. Quod quidem vectis genus nullius usus est Mechanicis, cum ad elevandum minimum pondus vis fere incredibilis requiratur. Observationibus autem Cl. Borelli de motu animalium compertum est, vectes animalium esse vectes tertii generis, ita ut ad elevandum v. gr. pondus, quod est in brachio, vel pede, summa, atque incredibilis vis requiratur. Ne autem tanta vis insit nervis facit potissimum, quod nervi exigui sunt, & maxime molles, a mollissimo principio incipiunt, & in mollissimum terminum desinunt. Quid enim spinali medulla, vel cerebro, quid carnibus mollius? in has nempe desinere, ab illis incipere nervos perspicuum est. Huc accedit rationi quidem consentaneum esse contrahi nervos cum nimio humore referti sunt, minime tamen cum sunt exsucci. Quapropter licet Galenus exemplo chordarum muscularium, quæ humido aere turgidiores fiunt, præclare ostendat, quomodo nervi nimio humore referti contrahantur, brevioresque fiunt; falsum tamen est eosdem exsiccatis breviores fieri. Ecquis enim nesciat chordas exsiccatas elongari? Et quamvis officere nobis videatur memorata illa chordarum muscularium ad ignem extenuatio, atque ariditas, qua contrahantur, ecquis in viis animalibus idem contingere existimet? Sed ne diutius quam par est in hac

Tom. I.

T

dis-

disquisitione immoremur, de inanitione, & repletione immediata nervorum loquutum non esse Hippocratem, sed de inanitione, aut repletione vasorum sanguinorum, & totius corporis ostenderunt viri clarissimi Prospet Martianus, ac Bellinus. Ac de inanitione quidem res adeo manifesta est, ut in dubium vocari non possit, idque satis clare colligitur ex aliis ipsius Hippocratis locis. Quid enim significare voluit 3. aph. ser. 5. ubi habet: *A copioſo ſanguinis fluxu ſingultuſ, aut convulſio malum: & aph. 4. A ſuperfluā purgatione ſingultuſ, aut etiam convulſio malum:* Et primo aph. 5. *Convulſio ab helleboruſ lethaliſ,* quam convulsionem ab inanitione universaliter repetendam esse? Parcant tamen viri prætantissimi, si in hanc omnino non eo sententiam, cum docent hanc proxima, & immediata convulsionis causa habendam esse. Quæ enim inanitione vasorum sanguiferorum, ac corporis universi, dum homo ab animi graviore patethate, ira, timore, meningum vulnere, punctura, nervi alicuius scissione improviso in gravissimas convulsiones adigitur? Quid aliud conjectare liceat in ejusmodi convulsionibus, quam perturbatum, irregularem spirituum animalium, nerveorumque filamentorum motum, ut plus spirituum influat in unum musculum, quam in antagonistam? Quod ubi contigerit, nemo est, qui non videat, quædam vasorum sanguiferorum in musculos tendentium extrema oscula constringi debere, quædam dilatari magis, quam naturæ ordo postulat, per hæc plus sanguinis in easdem fibras confluere, per illa parcius, interdum ejusdem liberum excusum omnino intercipi, sicque quosdam musculos spiritibus, & liquido arterioso uberiori influxu destitutos exinaniri, flaccescere, relaxari. Cum autem citra voluntatis imperium, & naturæ leges id contingat, manifestum est naturalem etiam muscularum motum perverti debere, atque animal convulsionibus exerceri. Quo magis patet convulsionis causam proxime, & immediate non ad repletionem, aut inanitionem particularem nervorum, ut Galenus arbitratuſ est, neque ad universalē, ut Martianus, & Bellinus voluerunt, sed ad repletionem, aut inanitionem particularem muscularum referendam esse. Hæc fere Cl. Pitcairni sententia est, qua nihil a Medicis ingeniōſius, atque verosimilius dictum. Ea porro hujusc sententia præstantia est, ut quotquot a Medicis excoigitata fuerint, ad eandem reduci facili negotio queant. Huc tantopere a Medicis decantata irritatio, ut nullam preter eamdem convulsionis causam agnoscant, huc plenitudo, vel inanitione universalis sanguinis, verbo dixerim omne id, quod vellicando, premendo, aut vi expansiva, aut alia ratione spiritus animales in motum inordinatum, & irregularem agere potest.

III. *Perversa Cerebri structura, vel atonia, cui coniungitur ſeri, lymphæ &c.* ] Vel Cerebrum in hoc morbo primario afficitur, tum spiritus animales; vel pri-  
mum spiritus animales, tum Cerebrum, vel demum aliae partes cum cerebro  
conuentientes. Ad vitia Cerebri primario affecti referuntur perversa ipsius struc-  
tura, aut atonia, quo fit ut humorum circuitus per exilissima vascula ejusdem  
substantiam mirifice perreptantia perturbetur, multa ſeri, lymphæ, aut alterius  
humoris copia in eodem colligatur tandem innocua, quandiu ea acrimoniam nan-  
ciscatur, qua nerveæ Cerebri fibrillæ vellicentur, punganturque, unde spiri-  
tus animales in motus inordinatos, & turbas adacti in muscularæ fibras cæco  
impetu irruentes convulsivos motus excitent. A ſeri, lymphæ, aut alterius hu-  
moris in cerebri substantia tam medullari, quam corticali collectione Epilepsiam  
exoriri confirmant ſectiones cadaverum eadem intertemporum, quibus compertum  
est plerunque cerebri ventriculos aut materia vifida, aut ſero acri repletos,  
aut compressos fuiffe. V. Harderus obſ. 34. Williſius lib. de morb. convulſiis.  
Hippocrates ipſe, (a) cum capras, & pecudes, aliaque animalia hoc morbo fre-  
quen-

(a) Lib. de morb. ſacr.

quentiffime premi deprehenderit, horum cerebrum humidum, & copioso humo-  
re refertum, & male olens apparere testatus est: indicio manifestissimo in ce-  
rebro horum animalium adesse serum, lympham, aliosque istiusmodi humores,  
qui mora in eodem facta corrumpuntur, & qua vellicando, qua premendo spi-  
ritus animales in motus inordinatos, ac confusos agunt. Causam hujusc phæ-  
nomeni mechanice, & ingenioſe tradidit divinus Cous loc. cit. dum inquit: Sa-  
cer morbus fit, cum obſtructiones multis modis circa venas contingunt, & ſanguinis  
motus prohibetur, atq[ue] h[ic]o quidem loco conficit, alio lentus penetrat, alicubi  
autem citius. Quod tunc maxime affirmari posse cum Cerebri structura perversa  
fit, vel atonia peccet, manifestius quidem est, quam ut ullis rationibus possit  
comprobari.

*Terrores, animi graviora pathemata, imaginatio fortis &c.]* Ad vitia spirituum  
primario affectorum, quæ postea cerebro communicantur, pertinent in primis  
terrores animi &c. Nescio an uberiori, quam ab hoc fonte Epilepsia maxime  
in tenellis enascantur. A forti enim timore in inordinatum motum, ac turbas  
aguntur spiritus animales, ac cæco impetu per subtilissimos, ac tenuissimos ce-  
rebri ductus, ac meatus irruentes certas ſibi ſermitas, & quidem præter naturæ  
ordinem parant, quosdam meatus aut constringendo nimis, quam par est, aut  
dilatando, per ampliores plenius, & uberiori, quam per angustiores fluentes,  
fibras inæqualiter tendunt, hinc convulsivos motus excitant. Dum hæc fiunt  
vasorum sanguiferorum, ac lymphaticorum, fortasse etiam minutissimarum  
glandularum, canaliculorum structuram perverti, mutarique contingit, liquidorum  
circulum perturbari, alicubi ſubſtire, atque eam acrimoniam acquirere,  
qua certis temporibus nerveæ fibrillæ vellicentur, varie, inordinateque concu-  
tiantur, ac spiritus animales, non feciſ ac fera per sylvam, easdem vias reme-  
tientes in vehementes turbas abeant, unde vera Epileptia. Novi mulierem, qua  
ob inopinatam auditam vocem, ipsius matrem Apoplexia forti extemplo mor-  
tuam fuiffe, convulsionibus illico correpta est gravissimis, quibus postea non adeo  
convaluit, quia ſingulis fere mensibus, terque Epileptico insultu premere-  
tur. Eamdem fere observationem habet Platerus lib. 1. ut mittam quod narrat  
Baglivus de medendis animi morbis, vidisse ſe juvenem gravissimis correptum  
convulsionibus, properea quod hominem inspicerat, qui Epileptia correptus  
humi intorquetur. Ab aspectu rei alicuius, quæ horrorem, aut ferociam in-  
ducunt, veluti illorum, qui ob criminationum, pænarumque acerbitate publico  
ſupplicio cummittuntur, pueri maxime, & fæminæ ſimi morbo infestantur.  
Salubre properea conſilium pueros ſeveroris disciplina instituto tenerimæ atati  
haudquaquam convenientie minime pertractare, nec vociferationibus insuetis, rei  
horrendæ apparatus eos terrere. Dici enim vix potest quanta fit vis fortis ima-  
ginationis, maxime in pueris, & fæminis, quorum cerebrum molliflum est,  
ac tenerum, ad spirituum animalium motum concitandum, nervorum, ac  
cerebri ejusdem structuram pervertendam, atque abhinc prodeuentes gravissimos  
affectus excitandos. Si gravida fit mulier, ac forti imaginatione, ac terrore  
corripiatur, foetus ipsum in utero graves molestias pati compertum est. Qua  
de re vid. memorabilis caſus in M. C. D. 2. an. 10. obf. 18. Mirabile autem  
prorsus est gravidis existentibus mulieribus, atque inopinato motu perculſis a  
cauſa aliqua extrinfeca, maculas ſeptibus quandoque imprimi ejus rei, quæ ino-  
pinato motu, forte terrori impetum dedit. Ita ex matre ob incendium in  
Urbe inopinato motu perculſa, natum filium bihorio tantum viventem, cuius  
totum ſinistrum latus a capite usque ad calcem colore flammeo conſpiciebatur,  
memorant M. N. C. Dec. 1. an. 2. obf. 83. De vi fortis imaginationis in gravi-  
dis, deque stupendis phænomenis, quæ in infantibus ab eadem enascuntur plu-

T 2 ra

ra videsis apud Tom. Fienum de viribus *imaginationis*, Schrad. *disp. de viribus imaginationis materna in foetum*, Harderum Apiarium. ad An. 1. *Decur. 3. Misc. obs. 117.* aliosque, quorum meminit Frid. Hoffmannus *Dif. de morb. foetuum in utero materno*. Elegantissimum locum qua ratione ex terrore quidam delirare, & spectra videre possit, vid. apud Hippocratem *sect. 5. p. 125.* A sola vehementi *imaginatione praesentis pestilentiae*, peste plures esse correptos historiae, & observationes, quae extant apud Helmont. in *tumulo pestis*; Diemerbroech. in *tract. de peste*, Pechlinum lib. 3. *obs. 13.* testantur. Pechlinus ipse *obs. 23. lib. 3. C. M. N. C. Dec. 2. an. 4.* solo aspeetu variolarum eundem morbum provocatum memorat. Plures histor. vid. in Malpighio *obs. de polyp. Mæbii institutionibus lib. 7. M. N. C. Dec. 2. an. 9. obs. 18. Raygeno obs. med. 60.*

*Ventriculi, &c. ceterorum imi ventris viscerum affectiones, contusiones, vulnera.* ] Summam, atque admirabilem esse connexionem inter nervosas partes, ita ut in una affecta, aliæ quoque licet longe distitæ afficiuntur, manifestum est. Si igitur extremitates nervorum in aliqua parte vellicentur, varie, inordinateque concutiantur, cerebrum quoque in consensum trahi contingit, spirituum animalium motum concitari, perturbarique, unde convulsivi motus. Illud autem hoc loco animadvertisendum est, cum partes longe a cerebro distitæ afficiuntur, spiritus in inordinatos quidem motus abire, non tamen adeo vehementes, ut cerebri structura perverti valeat. Atque in hoc quidem potissimum sita est differentia Epilepsiae, quæ fit a virtute spirituum primario affectorum, ab illa, quæ a viscerum longe a cerebro distantium affectionibus enascitur, quod in illa cerebri structura a spiritibus in vehementes turbas abeuntibus pervertitur, in hoc salva ut plurimum, atque incolumis servatur. Inter eas partes, quæ cum cerebro summam, atque admirabilem communicationem habent, eminent ventriculus, intestina, cæteraque imi ventris viscera. Ita in doloribus capitis, deliriis, convulsionibus, Clysteribus emollientibus injectis, formentis ventri applicatis, ægros multo melius se habere, atque interdum perfectissime convalescere videmus: indicio satis manifesto intestinorum, ac viscerum imi ventris fibris relaxatis, per nervorum communicationem cerebri quoque fibras relaxari, ac demulceri. Quapropter minus mirari subit ventriculo e. g. cruditate acida, vel nidorosa laborante, hepate, liene, pancreate, cæterisque imi ventris visceribus, acribus, atque irritantibus fordibus in iisdem congestis, atque nervorum extremitatibus convulsi, cerebrum quoque in consensum trahi, idemque varie, atque inordinate concuti, unde Epilepsia. Idem plane dictum velim, si vermes in intestinis existant, atque eorumdem tunicas rodant, si Mæconii in pueris tentio adsit, fibrasque nerveas afficiat. A contusionibus, vulneribus, ulceribus cæteras nervosas partes sufficientibus pari ratione Epilepsiam procreari manifestius quidem est, quam ut ullis rationibus possit comprobari.

*IV. Orta hinc divisio Epilepsiae in idiopathicam, & sympathicam. Idiopathica quidem si C. C. ] Quotiescumque a Cerebri vitio Epilepsia exoritur, sive id contigerit, quod perversa primo sit ejusdem structura, mox spiritus animales in turbas acti; vel primario affecti sint spiritus, atque inde vitium solidis partibus impressum, & in iisdem confirmatum, dicitur Epilepsia fieri per effectiam, seu idiopathica; per consensum vero, seu sympathica, tunc cum aliæ partes afficiuntur, a quibus inde Cerebrum in consensum trahitur. Ex quo colligitur perperam judicasse Galenum tres hujuscæ morbi species statuendas esse: alteram nimirum, in qua læsum est Cerebrum, alteram, in qua ventriculus, tertiam demum, in qua aliæ partes. Cur enim Epilepsia, quæ fit vitio ventriculi differat ab Epilepsia, quæ aliarum partium vitio enascitur omnino non video, si utriusque eadem sit causa, convulsio nempe*

in extremitates nervorum inducta, indeque ad Cerebrum usque perducta, tenuissima ejusdem filamenta varie, atque inordinate concutient, ac spiritus animales in turbas agens. Quamquam vero de Epilepsia sympathica non eadem fuit apud omnes sententia. Veteres enim opinabantur Epilepsiam, aliosque convulsivos morbos sympatheticos a fumis, aut vaporibus, aura venenata a stomacho e. g. aut aliis partibus ad Cerebrum ascendentibus ori. Quam quidem opinionem suis temporibus vigentem eradicare conati sunt Recentiores Medicis. Quæ enim recta via, aut si libet anfractuosa a ventriculo, cæterisque inferioribus partibus ad cerebrum? Aut per nervos, per vasa sanguifera? Arduum primo, atque insolens explicatu est, quomodo insinuari in eadem valeant, deinde si insinuantur, nulla apparet ratio, propter quam vasa liquido nerveo, aut sanguine plena, eidem auræ, fumis, aut vaporibus viam non præpediant. Sed fumi, vapores per certas vias a natura comparatas Medicis fortasse ignotas ad cerebrum ascendant: qui fieri potest, amabo te, ut a vulnere recenter inficto vapor ad cerebrum ascendat, qui veneni vim habeat, ac nerveas ejusdem fibrillas vellicare, varie inordinateque concutere, spiritus exagitare, atque in vehementes turbas poslit ciere? Quæ potissimum effecerunt, ut fumis, ac vaporibus explosis ad credendum vehementer adducerentur plerique, acres irritantesque fordes, quæ in visceribus, ac partibus longe a cerebro distitæ congeruntur, in minutissimos nerveos tubulos sece insinuare, spiritibus immisceri, eorum crassim vitiare, atque in motus inordinatos, ac violentos agere: Si forte turbæ in extremitates nervorum excitatae ad Cerebrum usque perducantur, somnos perturbatos, vertigines, tremoresque primum inducere, mox si vehementius operantur, varias, atque inordinatas membrorum concussions cum sensuum exteriorum, internorumque lassione progignere. Multo facilius rem expedivissent, afferentes in partem affectam convolutionem excitari, spiritus animales in motus inordinatos, atque irregulares agi, unde inordinatae membrorum contractions, atque Epilepsia. Sive enim acres, vellicantesque particulae in affectis partibus subsistant, sive quædam nervea filamenta scindantur, in inordinatos motus cieri tam certum est, quam quod certissimum. Cum e contra in priore sententia superpositionibus opus sit non paucis, acres scilicet, vellicantesque particulas in nervos sece insinuare, tum spiritibus misceri, tandem eorumdem crassim vitiari, quæ omnia cur momento fere temporis fieri possint, arduum, atque insolens explicatu est.

*V. Orta a parentibus simili morbo infectis.* ] Epilepsia vel congenita est, vel post ortum homines invadit. Si congenita est, hæreditaria appellatur ob id potissimum, quod a parentibus in prolem ejusmodi morbos constitutio derivatur. Qui hæc fiant docere visus est Hippocrates ubi ait: *ex pituitoso pituitosus, ex bilio bilius gignitur, ex tabido tabidus, & ex lienoso lienosus.* Semen nempe genitale ab omnibus corporis partibus procedit, a sanis sanum, a morbidis morbosum. A morbosum autem ea in foetus formatione solidarum partium fundamenta jaciuntur, ut viscera quæ in parentibus affecta fuerunt, in filiis quoque similis vitio affecta proveniant. Quod ubi contigerit, manifestum est filios iisdem morbis obnoxios esse debere, quibus obnoxii fuerunt parentes.

*Affidua, atque immodica studia.* ] Quod si post ortum homines corripiantur Epilepsia, causa remotiores eæ sunt, quæ insigne debilitatem, & atoniæ in nerveas Cerebri partes inducere valent, vel humores ita alterare, ut in cerebro congesti, atque ibidem hærentes ejusdem nerveas fibrillas vellicent, ac spiritus animales in turbas agant. Primum efficient affidua, atque immodica studia. Dici vix potest quantum flaccescant fibræ, quæ diu, violenterque tensæ manent. Diu autem tensas manere in iis, qui affiduis, atque immodicis studiis deti-

détingentur, manifesta res est. Narrat Hoffmannus se vidisse juvenem, qui quoties attentius litterarum studiis incumbendo memoriam, & ingenium fatigabat, toties momentanea quasi Epilepsia, cordis palpitatione, spirituum disfractione, atque ecstasi corripiebatur. Ad studiorum vero remissionem placide semper se habebat.

*Longior mors in locis calidis, exercitationes &c.*] Spirituosas, ac volatiles, tenuioresque fanguinis particulas præ insigni aeris calore exhalare e corpore manifesta res est. Hinc est languidos, ac vix corpus sustentare homines posse, dum servidior urget tempestas. Quid si in locis calidis longior fiat mors? Solidas nimurum partes laxari contingit, humorum circuitum perturbari, in Cerebro subsistere, atque eam acrimoniam acquirere, qua spiritus animales in vehementes turbas agantur, unde Epilepsia. Ab exercitationibus violentis, ac diuturnis relaxari majorem in modum, ac flaccescere universi corporis fibras contingit, tenuiores fanguinis partes, mobilioresque dissipari, crassiores, salinasque remanere, sanguinem atrum, crassum, terrestrem, vel ablata congrua partium miscella, aquosum evadere, unde vasorum Cerebri obstructions, vel feri effusiones facile subsequantur.

*Vini abusus, immoderata Venus.*] Nihil fere, quod nervis magis infestum sit, quam vinum. Quamvis enim molle, ac lene, oleofisque particulis plurimum foetum, acidas tamen, tartareaque continent, quæ ubi in massam fanguinis pervenerint, ejusdem crassim pervertunt, ad fluendum imparem reddunt, unde Cerebri obstructions facile contingunt, circa nervorum principia irritationes, hinc variae, inordinatae nerveorum filamentorum concussions, atque convulsivi motus: Si de immoderata Venere sermo sit, apte inquit Celsus lib. 1. cap. 1. *In omnibus nervorum morbis immodica Venus evitanda est, utpote cum parva Epilepsia non tantum debilitat, sed & spiritus ad inordinatos subfultus, & spasmodicas contractiones adfuerit.* Id quod non aliunde repetendum esse crediderim, quam ex eo quod deficientibus in massa universi sanguinis, humorumque oleosis, volatilibus, spirituosisque particulis salinæ exaltantur, & a reliquorum nexus facile secedunt, hinc nerveas fibrillas vellicando, ac pungendo Epilepsiam valent procreare.

*Scabies, tumores retropulsi, fonticuli, ulcera incaute suppressa.*] Gravissimos capitum morbos a tumoribus retropulsi, ulceribus incaute suppressis exoriri observationes Cl. viorum testantur. Ita Riedlinus in lin. med. an. 1696. Mens. Maj. obs. 1. narrat de ancilla, quæ sordidissima scabie laborans post inunctionem bis factam Epilepsia correpta est. Id ipsum Riverius affirmit cent. 3. obs. 8. Binos infantes per manantia capitum ulcera ab Epilepsia liberatos, iisdemque improvide siccatis, diris item convolutionibus vexatos testatur Tulpus obs. lib. cap. 8. Eundem morbum ex ulcere in crure consolidato invasisse, eodemque rursus aperto cessasse memorant Amatus Lusitanus Cent. 2. hist. 6. Bartholinus cent. 3. hist. 20. Huldanus cent. 2. obs. 10. M. N. C. Dec. 3. An. 2. obs. 29. Lentilus Misc. Part. 1. Neque hujuscem rei judicium in arcto. Siquidem tentata in sanguine materie, quæ alias evacuari debuisset, & per emunctoria naturæ parata extra corporis confinia educi, serum ac lympham ejusdem vitiani majorem in modum contingit, crassis, viscidis, simulque acribus, ac vellicantibus particulis referri, quæ propterea ad Cerebrum delatae, accedente aliquo cerebri ipsius vitio facile subsistunt, hinc qua vellicando, qua divellendo, atque ipsa filamenta nervea altius penetrando spiritus animales in violentas turbas agunt, hinc convulsivi motus, atque Epilepsia. Alias historias eorum, qui materia podagrifica retropulsa, aut similibus de causis in gravissimos capitum morbos inciderunt vid. in Riverio cent. 3. obs. 85. Sim. Paulli quadrip. Botan. in M. N. C. D. 1. An. 1. obs. 58. Dec. 2. an. 8. Marbio in institut., Sennerto prax. Med.

Med. p. 3. f. 2. c. 24. Foresto lib. 1. obs. Wepffero in lib. de Apoplexia: Ex quibus liquido constare arbitror pessime ægrorum incolumentati confulere, qui in cutaneis excretionibus, scabie, plora, & similibus, unguenta, olea, lotiones retropelentes adhibendas suadent; maxima etiam opus esse cautione in doloribus podagricis sedandis, leniendisque, ne materia morbifica ad interiora delata longe periculosiorem statum, quam in externis artibus inducat, ut egregie demonstravit Drauvizius tract. de Scorbuto. Constat præterea emissaria arte facta, aut morbo aliquo, cujusmodi sunt fonticuli, fistulae, ulcera, atque alia id genus, quæ materiam succi nutritii continenter exhaustiendo tabem progignunt, tollenda quidem esse, summopere tamen cavendum, ne subito, & non præmissa inquinati sanguinis expurgatione in totum claudantur, ne tabem præcaventes ex defectu succi nutritii, aut Apoplexiæ, aut Epilepsiæ, aut gravioribus morbis anfam præbeamus, ut præ cæteris ostendit Cl. Mortonus in sua phtisiologia.

*Crustæ lactæ in infantibus, ichorumque per aures effluentium impedita excretionio.*] Infantibus illud maxime familiare est, ut crusta quadam totum fere corpus, caput præsertim, ac faciem deturante lactea dicta vix nati corripiantur. Oriri ea communiter reputatur, cum massa sanguinis pravis excrementis, recrementisque referta est, ob pravam alimenti qualitatem a Nutrice supeditati in eamdem invectis, quæ cum naturæ molimine per poros cutis excernuntur, crustam illam efficiunt, quæ valetudinem infantum tueri valet. Solent etiam in pueris ichores per aures copiosissimi excerni. Si forte tales excretiones supprimantur, & incrementa, quæ alias evacuari debuissent, in sanguine retineantur, atque in Cerebro aliquæ de causa subsistant, qua premendo, qua vellicando nervea filamenta, atque spiritus animales in turbas agendo Epilepsia producendæ opportunissima existunt.

*Lactis in stomacho coagulatio, corruptio, dentio difficilis &c.*] Innumera fere sunt mala, quæ a lacte in stomacho corrupto, & coagulato excitantur. Vertigines, syncopes, cardialgias, cholericas passiones interdum lethales testis est Avicennas lib. 4. Fen 6. tr. 3. sect. 96. Ventriculum opprimi, caput vaporibus repleri Matthiolus com. in Dioscor. lib. 2. cap. 65. Sudorem frigidum, suffocationis periculum, ac recurrentes crebro lipothymias Henricus ab Heer obs. 15. Defectiones animi, atque alia horrenda symptomata Ballonius in lib. 2. epid. p. 211. Pondus grave cum dolore circa præcordia, ac vomitu superveniente strangulationem Amatus Lusitanus cent. 6. cur. 56. ut alias mittam observationes in M. N. C. D. 2. an. 9. obs. 64. nec non a Dodonæo c. 17. a Foresto lib. 8. obs. 13. aliisque relatas, qui propterea lactis coagulum veneni ad instar hominem laedere, affirmare non dubitarent. Si forte gingivæ, priusquam dentes erumpant, adeo duræ, crassæ, & firmæ evadant, ut eruptioni valde resistant, vel dentes ipsi solito grandiores sint, in eruptione extremitates nervorum illas perreptantium divelluntur, spiritusque animales facile exagitantur, atque in turbas aguntur, hinc non raro convulsivi motus, epilepsia.

*Vel eruptorum jam dentium vehemens dolor &c.*] Quæ Symptomata non excitat eruptorum jam dentium dolor etiam in adultis, & senibus? Memorabile est, quod narrat Tulpus lib. 1. cap. 36. de Sene quodam Medico, cui dentes erumpere cæperunt, quorum eruptionem cum incisis gingivis ope scalpelli promovere voluerit, dolore corruptus est eo usque incremente, ut febre, vigiliis, ac delirio insigni superveniente dies, noctesque per conclave præ furore discurrens coactus fuerit, priusquam truculentissimo dolori finem mors imposuerit. Hildanus vero cent. 2. obs. 12. Novi, inquit, qui ex nimis dentium doloribus facti sunt Epileptici, alii visum amiserunt, alii visum duplicatum acquisiverunt.

Quod

Quod postremum confirmatum legimus a Cl. Rayero in M. N. C. D. I. An. 3. obs. 62. Dum Epilepsia ab hisce causis exoritur, per consensum fieri, seu sympathice luce clarus appetet.

*Omnia quæ hypochondriaca affectioni producenda paria sunt &c.*] Epilepsia homines frequentissime exercens, ac sympathica a viscera imi ventris functiones suas non rite obeuntium vitio exoritur. Hæc Hypochondriacis maxime familiaris est, in quibus chylificationis opus depravatum est. Quæ igitur affectioni hypochondriacæ producenda paria sunt, eadem & Epilepsiam progignere posse tam notum est, quam quod notissimum. Huc pertinent cibi excrementi, nimius esus fructuum acidorum, austorum, coctu difficultum, vel horæorum, lactis ingurgitatio cum vino, aceto, & similibus ejusdem coagulationem promoventibus, aliisque id genus, quorum suis locis accuratior habebitur descriptio. Illud interim hoc loco animadvertisendum est, ejusmodi causas non solum Epilepsiam excitare, quod acres vellicantesque fordes in primis viis generando, extremitates nervorum easdem perreprantum in spasmos agant, sed chylum quoque depravando, qui propterea ubi in massam sanguinis pervenerit, eundem inquinat, unde in cerebro stagnationes, obstructionsque præternaturales contingunt Epilepsia idiopathicæ impetum daturæ.

*VI. Rarum est homines Epileptico ingruente paroxysmo in terram concidere &c.*] Plerique Veterum tres Epilepsie differentias assignabant: aliam quidem, in qua sensus tantummodo abolentur, motus vero qualis dormientium remanet; alteram, quæ variis motibus corpus exagitat; tertiam denique ex utriusque commixtione conflatam. Priorem multi negant judicantes ad soporosos potius effectus referandam esse. Avicennas tamen Arabum Medicorum facile princeps opinionem hancce confutavit discrimen afferens, quod intercedit inter soporosos effectus, & Epilepsiam: illorum enim est ægrum periodico recursu minime exercere; hujuscemodo vero per intervalla, & periodice recurrere. Quare satius visum fuit priores sequi, Epilepsiam in gradus quasi quoddam dividentes, quibus differat inter se, & alias affines morbos. Neque vero perpetuo necessarium duxerim, ut spiritus animales in vehementes turbas abeant. Quid enim, si causa morbi levius operetur? Constrictis nimirum quibusdam ductibus, ac meatibus, unde spiritus separantur, æqualem eorumdem, atque ordinatum influxum prohiberi contingit, nonnullas partes eodem destitutas vacillare, & corpus corrue, nulla hinc convulsione, vel insensibili tantum subsequente.

*VII. Si ager in terram coincidens variis corporis gesticulationibus afficiatur, &c.*] Quod si causa paulo validius operetur, ac non solum tenuissima Cerebri filamenta convellantur, sed incongruae, acres, vellicantesque particulae in medullares fibras exprimantur, altiusque penetrant, nerveumque fluidum inficiant, eas turbas excitari debere, quæ corpori varie, inordinate, vehementerque concurtiendo pares sint, manifestissima res est. Qui Epilepsia istiusmodi, convulsionibus, horrendisque stipata symptomatis premuntur, a Dæmonibus premi, atque exigitari videntur. Qua de re vid. Epist. Cl. Friend. in tr. ph. Angl. Idque multis ita esse creditur, quos videtur falsa quedam rei species in errorem inducere. Cur enim spiritus potius in vehementes turbas adactos, ac variam nervorum, inordinatamque concussionem ea symptomata excitare non putemus, quam Dæmons ipsos? Atque id sane multis de causis videtur verosimilius. Concipere enim oportet humanum corpus non tamquam inertem quoddam machinam carne, nervis, arteriis, ossibus confectam; sed ut Automa divino artificio construetum, cujus partes omnes admirabilem inter se communicationem habent, ut una affecta, altera quoque in consensum trahatur. Unde egregie Hippocrates lib. de aliment. 5. 4. *Confluxio una, conspiratio una, consentientia omnia.* Praeterea

terea magnam, ac fere incredibilem vim habere nervos, ac spiritus per ipsos excurrentes ad partes corporis movendas, atque elaterium, ac robur ipsarum variandum, nec non ad canalium diametros constringendos, aut laxandos, ad humorum motus, actionesque ab ipsis pendentes multipliciter variandas: verbo dixerim naturam totam mechanicam esse, admirabilia prorsus, quæque omnem expectationem superant potentis suis saepius producere: unde perbelle poeta: *Novatrix rerum ex aliis alias reparat natura figuræ.* Quæ si diligenter teneas, nullus dubito, quin genuinas causas quorundam morborum insolitorum, abditoris, quos Helmontius Archarolos vocat, Hippocretas divinos, quique vago vulgi, Medicorumque maxime vulgarium rumore Daemonibus, aut Sagis adscribuntur, reddere satagas. Cujus quidem rei defensionem nolim ita suscipere, ut negem aperte multos, eosque gravissimos morbos a Dæmone oriri posse, ut plerique faciunt, qui nihil plane potentiae in corpora diabolis concedunt, sed ut caverent Adolescentes, ne falsa opinione adducti plus eisdem tribuerent, quam par est. Quo loco fateor me justis laudibus æquare non valere, quæ tradidit Plutarchus in vita Camilli: *Talibus nimium credere, aut nimium diffidere periculorum est, propter humanam infirmitatem, quæ fines non habet, neque sui compos est, sed fertur interdum quidem in superstitionem, interdum vero in neglegitum, & contemptum rerum divinarum.* Metus vero, & ne quid nimis, optimæ sunt. Dum autem morbos producit Diabolus, eosdem producit potissimum spiritus afficio, modo scilicet urgendo nimis, & in vehementes turbas, effrauenque impetus cogendo, modo eosdem fistendo: hinc est omnes morbos dæmoniacos vel ad perturbatum solidarum partium motum referri, vel ad eundem cohibitum. Ad illos spectant variae, eaque immanes corporis jactationes, circumvolutionesque, Epilepsia, furor, aliquæ hujusmodi morbi, quorum mentio fit in novo Testamento, eorumque originem Spiritus Sanctus Dæmoni adscribit; ad hos vero linguae aphonia, surditas, quæ a Dæmone producta fuisse testis est Sacra Scriptura. ( V. Job. cap. 1. & 2. n. 6. ) Animadvertisendum est autem morbos dæmoniacos aliis extraordinariis indicis, quæ in naturalibus morbis non visuntur, se prodere in diversis hominibus, diversis. Eiusmodi sunt blasphemationes, vaticinia, stupendum corporis robur, quo catena perrumpuntur, peregrinarum liuguarum scientia, cum easdem nunquam audiverint, aut didicerint homines, qui talibus morbis premuntur, clavorum, vitri, acicularum, atque his similium rerum cum gravissimis, & horrendis doloribus ventris ex ore per vomitum excretio, plumarum ex oculo, crinum, acuum ex membro virili, auribus, utero. Quarum rerum historiæ accuratissime descriptæ extant apud plerosque Medicos, Langium, Sennertum, Horstium, Casp. a Rejes, Camerarium, unum vero instar omnium Merklinum, qui sexaginta memorabiles historias morborum Magicorum in unum collegit, & recensuit. Confer Frider. Hoffmannum diff. de diaboli potentia in corpora.

*VIII. Si subitum in terram casum sensum omnium intermissio comitetur &c.*] Validissime tandem operari morbi causam censem est, cum corpus variis exagitatur motibus, atque sensus omnes abolentur. Non solum enim spiritus animales in vehementes turbas adacti cæco impetu hac illac irruentes in partes, quæ motui cum voluntario, tum naturali famulantur, violentas contractions, motusque effrenes excitant, sed Cerebrum ipsum, illamque partem, qua utitur anima ad cogitandum, & sentiendum ita concurtiunt, ut inepta omnino evadat ad eos tremores suscipiendos, quibus eadem ad quasdam ideas, ac perceptiones excitabatur, hinc sensum omnium intermissio.

*Sibilus in gutture, singultus &c.*] Reliqua symptomata, quæ in hac Epilepsia specie plerumque observantur, ad nullam rem aptius referas, quam ad convulsio-  
Tom. I. V nem

nem earum partium, quæ aut naturali, aut voluntario motu carentur. Ita fibrilis in gutture non aliunde, quam a spasmodica constrictione tracheæ, & bronchiorum, unde ingressus in pulmones aer, & angustiore spatio coercitus magna vi truditur, atque extra pulmones ejicitur, repetendus. Singultum nihil esse aliud, quam diaphragmatis, & partium respirationi inservientium convulsionem neminem latet. Si sanguinis circulus in vasis capitis, & reliqui corporis, conclusis arteriarum extremitatibus, venarumque truncis, subsistat, faciem rubore, venas inflari, pulsus, & respirationem intercipi tardi contingit, quandiu remittente eadem, aut intermittente liber denuo reddit sanguinis motus, unde pallidus facies, flaccescunt venæ, pulsus, & respiratio restituitur. Si convulsio faciem occupet, ejus contorno contingit spasmus, cynicus dictus: si oculos, oculorum, qui strabismus, qui interdum etiam post insultum Epilepticum, oculorum situ perverso, perdurat, teste Segero in M. N. C. De. I. An. 3. obf. 162. Si maxillas, dentium stridor, qui trismus, si labia, risus species, qui Sardonicus appellatur. Si laquei ad instar collum constringatur, & jugulum, impedito libero aeris ingressu, egressuque suffocatio, linguæ exsertio; ex convulsione vero maxillarum, ejusdem morsus involuntarius. Si ventriculi orificia claudantur, aer intus contentus elatere suo feso expandens stomachi inflationem parit, nisi ab retractione ejusdem convulsiva Abdomen versus repeteret velis. Si convulsio muscularis Abdominis accidat, & contenta intus viscera, intestina præsertim, & vesicam vehementer premant, cum spiritibus aliunde avocatis sphincter ani, & vesicam ipsius relaxetur, fæces, & urinæ involuntario exuent. Sudor, ubi constrictis universis cutis glandulis serum iisdem contentum exprimitur, spuma vero ab ore, & naribus, ubi ab œsophago, pulmonibus, seru ejusdem, ac salivæ copia ejicitur, eique mixtus aer in bullas elevatur.

*Soluto paroxysmo æger nihil recorderetur eorum, quæ sibi acciderunt, tantummodo conqueratur de latitudine artuum &c.]* In tanta motuum perturbatione, quomodo anima comparare potest motus fibrarum cerebri cum motibus, quos eadem fibræ suscepserunt ingruente paroxysmo, eosque recognoscere? hinc nulla memoria eorum, quæ in paroxysmo ægro acciderunt, remanet. Cum vero Cerebri, ac nervorum substantia mollissima sit, necessario sequitur, ut post violentias medullarium cerebri fibrarum, nervorumque his appensorum distensiones, distractionesque a spiritibus animalibus in effrenes motus adactis, ac cæco impetu hac illac irruentibus, tenuissima filamenta, quibus cerebrum, ac nervi ipsi conflati sunt, insigniter debilitentur, unde post paroxysmum æger de latitudine conqueratur, de dolore capitis &c.

*Cum interim ejus visus dum capit inclinat, & ad aspectum &c.]* Non simul ac paroxysmus solutus est, nervosum genus, ac spiritus animales ad pristinum placidum, ac mitem motum redeunt: hinc summa his adest ad novas turbas dispositio, atque ad spasmos proclivitas. Quacumque igitur levi de causa vel sola capitis inclinatione, multo facilius ad aspectum rerum circumstantiarum, aut excurrentium profundi alicujus loci, commoventur spiritus, exagitanturque, atque in tenuissima filamenta nervos opticos constituentia illabentes eadem inæqualiter tendunt. Hinc cum multi radii ab objectis in oculum missi in eas partes incidunt, quæ non satis tensæ sunt, ac vigoratæ, vix ullam motionem in iisdem partibus, & fibrillis efficiunt, sive vel nihil, vel languide percipiuntur, unde objectorum visus perturbatio, aut obscuritas.

*IX. Si mentis torpor, oblivio, vigilæ, insomnia turbulentæ, capitis dolor &c.]* Commodissima ad proximam divisio Epilepsiarum est in idiopathicam, & sympatheticam. Illam quidem oriri supra ostendimus a perversa solidarum cerebri partium stratura, aut atonia, quo fit ut lymphæ, serum, aliquæ humores in Cerebro detinantur,

neantur, qui vellicando, premendo, aut alia ratione nerveas Cerebri fibrillafficiendo spiritus in turbas agant, atque convulsivos motus excitant. Priusquam vero id contingat, nemo non videt varias distensiones sequi debere ab humoribus ibidem aggestis, varias quoque, atque inordinatas concussions mentis torpor, oblivio, vigilæ, insomnia turbulentæ, aliæque istiusmodi affectiones ægrum continuo fere exerceant, imminentem autem paroxysmo quam maxime.

*Ipsum advenientem æger minime persipiat, in idem latus perpetuo, & constanter incidat.]* Cum morbi convulsivi a vitio cerebri exoriuntur communicato spiritibus animalibus, medullares Cerebri fibras, hisque appensos nervos prius affici debere, quam alias partes a Cerebro diffitæ ullam offendam habeant, manifestum est. Illæ propterea simili ac spiritus in vehementes turbas aguntur, aut ob convulsionem rigentes, aut ex uno in alium tremorem citissime, & momento fere temporis transientes ineptæ sunt ad eos tremores suscipiendos, qui alias animæ perceptionibus occasionem præbebant: hinc fit ægro non advertente paroxysmum Epilepticum invadere.

Rem confirmat observatio, qua compertum est eos, qui ob vitium in Cerebro aut apoplexia, aut epilepsia infestantur, in unum latus constanter incidere, ut si vitium sit in dextero lobo Cerebri, amittatur motus, convallaturque pars sinistra, si e contra vitium sinistro lobo inhæreat, amittatur motus, convallaturque pars dextera. Hac de re plura vide cap. I. de apopl. com. in aph. 9.

*Certis Luna phasibus, præsertim novilunis &c.]* Epilepsiam, quæ fit vitio Cerebri primario affecti, certis, statisque temporibus, præcipue novilunis, ac plenilunis periodos suas habere, observationibus cum multis, ac frequentibus, tum certis, ac constantibus compertum est. Rem sane adeo arduam, atque explicatum difficilem, ut non defint, qui eamdem prorsus abditam, atque incertam esse confiteantur. Si quid ego sentio, in opinionem D. Gastaldii (a) pedibus quasi iturus sim, qui id potissimum ex eo contingere arbitratur, quod atmosphæra tunc temporis magis premitur, qua propterea pressione fit, ut spirituum impetus augeatur, ac fibræ Cerebri præternaturaliter tendantur, varie item, inordinateque concutiantur, unde Epilepsia, ac similiū morborum recursus.

*X. Si nullis Cerebri primario affecti signis apparentibus auræ cujusdam a partibus inferioribus &c.]* Opino illa Veterum Medicorum existimantium epilepsiam, quæ ab inferiorum partium vitio enascitur, fumis, aut vaporibus tribuendam esse, ob id potissimum confirmari visa est, quod sub fumi, aut auræ cujusdam sensu ad caput ascendentis se prodit; præterea quod si membrum affectum fortiligatura ligetur, Epilepsia facile præcavetur, indicio manifestissimo ejusdem fumi, aut vaporis ascensum impediri. Quamvis phænomenon verum sit, in causa tamen assignanda tam a veritate dissentient, quam nos ab illis dissentimus. Quod enim fumis, aut vaporibus ipsi tribuant, convulsioni nervorum tribendum esse alibi ostendimus. Atque profecto nihil aliud efficit ligatura, quam ut spirituum animalium motus a parte affecta ad cerebrum intercipiantur, impediaturque, ne in cerebrum vi, ac impetu delati violentis, atque effrænibus motibus in universum corpus occasionem præbeant. Priusquam dicendi finem facio, silentio prætereundum non est, nonnullos artis obtrectatores, cum animadverterint eam esse confessionem omnium partium nostri corporis, ut quavis male affecta, una omnes afficiantur, in eam opinionem venisse, ut crederent certi nullo modo posse, in qua primo morbus infideat, in qua per consensum, quæque cuiusque morbi origo sit. Opinionem confirming auctoritate Hippocratis afferentis, principium corporis nullum esse, sed omnia similiter principium & omnia finem.

(a) Question. de Med. prop. par. Mar. Gastaldii &c. Memoir de Trev. Juin. p. 1086.

*finem.* Quo dicto indicare voluisse interpretantur ex admirabili illa consensioe omnium partium nostri corporis interclusam esse viam omniem ad pervestigandum, qui morbi sint singularum partium proprii, qui per consensum. Verum enimvero quanta in obscuritate versentur satis superque constare arbitror ex hactenus allatis signis, & notis unde Epilepsia idiopathica a sympathica internoscatur, ut alios mittam quamplurimos morbos, qui eadem ratione clare, ac perspicue cognosci possunt. Quid quod Hippocratis dictum perperam interpretati sunt? Nempe Hippocrates significantibus illis verbis: *Principium corporis nullum esse*, illud unum demonstravit, ut notat doctissimus Martianus in not. lib. de loc. in hom. n. 1. *nullam esse particulam nostri corporis, qua ita sit aliarum principium, ut exteris sanitatem, & agitudinem faciat, ceterae autem suas illi affectiones non transmittant.*

XI. *Contumax, ac diurnus morbus est Epilepsia idiopathica, vix, ac ne vix quidem curationem admittens &c.*] Diversis in locis docuit Hippocrates Epilepsiam per etatem sanari, ab hac vero non sanatam ægrius, vel nunquam tolli. Ita seet. 2. aph. 45. In juvenibus, inquit, comitium liberacionem faciunt mutations maxime etatis, & aeris, & regionum, victimumque. Seet. 6. aph. 7. habet: *Quibus Epilepsia ante pubertatem contingunt, mutationem accipiunt, quibus vero accidente viginti quinque annos natis, si plerunque commoriuntur.* Ut mittam quæ in eamdem sententiam tulit lib. praedict. art. 16. *Difficillime a morbo sacro liberatur, in quibus a fuero contigit morbus, & simul ad virilem etatem pervenit.* Galenus in com. aphor. rationem reddere conatus est. Inquit enim: Epilepsia, quæ nascitur ante pubertatem, vel nascitur a vitio organico Cerebri, seu perversa ejusdem structura, vel ab atonia. Si primum contingat, incurabilis est; si alterum, nisi tempore pubertatis, quo tempore insignes mutations fieri solent in solidis partibus, robur videlicet, atque elaterem acquirendo curretur, multo minus post pubertatem, quo tempore mutations nullæ fiant, curari posse perspicuum est. Reliquum est igitur, ut post vigesimum quintum annum ægros ad mortem usque comiteretur. Plerumque autem, inquit Hippocrates: multos enim etiam ex his sanatos fuisse observationibus practicorum, Riverii præsertim, compertum est. Mutatione etatis mutations fieri in solidis partibus aperte docuit Hippocrates ipse lib. de morb. sacr. art. 13. inquiens: *Postquam viginti anni præteriere vena plena sunt, & Cerebrum magis compactum est, atque adstrictum: quare &c.* Caligulam Imperatorem hac ratione ab Epilepsia fuisse liberatum tradidit Suetonius.

XII. *Sympathica facile interdum curatur, saepe tamen &c.*] Cum in Sympathica Epilepsia neque perversa Cerebri structura, neque atonia ejusdem peccet, immo partes longe a Cerebro distitæ afficiantur, sperandum est, correctis, edutisque acribus, ac vellicantibus particulis extremitates nervorum prædictas partes perreptantium in spasmos agentibus, ac nervoso genere firmato morbum debellatum iri. Si tamen morbus idem saepius recurrat, graviorum, ac vehementiorum symptomatum satellitio stipatus, justus subrepit timor, ne aliquid etsi exiguum in ipsa Cerebri structura temporis progressu turbari cæptum sit, ut morbus, qui sympathicus est, idiopathicus evadat, quemadmodum crebris observationibus compertum est, tum maxime, cum juvenes corripit post pubertatem. Cum enim in his fibræ cerebrum, ac nervos constituentes satis firmæ, robustæque evaserint, nemo est, qui non videat magna, vehementique opus esse irritationem, ut varie, inordinateque concutiantur, convellanturque. Ubi autem insignis adsit irritatio, atque nervæ Cerebri fibræ convellantur, fieri tandem potest, ut in Cerebro talis impressio remaneat, quæ certis statisque temporibus violentis, atque inordinatis spirituum motionibus, atque abhinc prodeuntibus con-

vulsivis motibus occasionem præbeat.

XIII. *Sæpe in paralysem, melancholiam, quandoque &c.]* Mirum fortasse aliqui videatur Epilepsiam, cuius maxime proprium est violentis, effrenibusque motibus corpus exagitare, in membrorum resolutionem, ac paralysem desinere. Mirari autem desinet, si illud vel leviter tantum mente volutaverit, acres, vel licentesque particulas in cerebro aggessas, quæ nerveas Cerebri fibrillas ad convulsivos motus lacefentes inordinatis, ac violentis membrorum concussionibus occasionem præbent, posse diductis nimium cerebri glandulis in medullares fibras, hisque appenos nervos intrudi, altiusque penetrare; hic aut præ turgentia eorumdem structuram pervertere, aut præ visciditate eosdem obstruere, ita ut liber deinceps spirituum animalium a Cerebro ad organa sensibus extensis, motibusque a voluntate pendentibus dicata, ab his ad Cerebrum excursus intercipiatur, unde Paralysis.

Quid quod nerveas Cerebri fibræ ob convolutionem ita rigescere possunt, ut quam semel inflexionem susciperint in eadem persistant, inepteque fiant ad alios tremores suscipiendos? Id ubi contigerit, en ad certas semper ideas proclivitatem, ac Melancholiam. Quo loco fateor me justis laudibus square non valeare, quod docuit Hippocrates 6. Epid. Melancholicos Epilepticos fieri, & contra Epilepticos Melancholicos.

Quod si tanta sit irritatio, convulsio tanta, ut quin spiritus animales tumultuari in medullares Cerebri fibras, hisque appenos nervos, & organa sensibus externis, motibusque a voluntate pendentibus dicata illabantur, constrictis plus aequo glandulis, ductibus atque emissariis spirituum plane subsistant, atque eorumdem motus a Cerebro ad partes, ab his ad Cerebrum extemplo intercipiantur, Apoplexiam supervenire debere manifestius quidem est, quam ut ullis rationibus possit comprobari.

XIV. *Ad imminentem paroxysmum præcavendum quam male cedunt opiate medicamenta!*] Curatio miserrimi hujuscem morbi alia est in imminentे paroxysmo, alia in paroxysmo ipso, alia extra paroxysmum. In imminentे paroxysmo eo nervos industria omnes intendendos esse, ut si fieri ullo modo possit, præcaveatur, perspicuum est. Hinc a magnis, doctisque auctoribus opiate majorem in modum commendantur. Quod cum adolescens adhuc audiverim, induxi in annum ea ubi res, & occasio ferret velle experiri, ac videre an res secundum vota succedat. Quare laudanum opiatum cum conserva primula veris mulieri cui-dam Epilepticae, que certas imminentis paroxysmi notas persentiebat, præcavatis dolorem capitis insignem, & ad levem quæcumque motum visus obscuritatem, cubitum eunti propinavi. Mane cum eamdem inviserem deprehendi dolorem in gravativum, & obtusum mutationem fuisse, visus tamen obscuritatem austam. Mirum postea paroxysma serius quidem, quam antea fieri solebat invasisse, sed adeo vehementem, ut in mortis discrimine prope certissimo versari videretur. Nempe quies. quæ spiritibus ex narcoticorum actione accedit, torpor potius est ( id quod manifestum reddunt dolor in gravativum mutatus, visus obscuritas major facta ) in efferationem motum mox abiturus, quam placida exoptanda tranquillitas. Quo loco mirari subit Theodorum Turquet de Mayerne velut præstantissimum remedium prædicare semen Hyoscyami ( quod narcotica vi maxime pollere creditur ) per quadraginta dies, & ultra usurpatum incipiendo a gr. vi. vel viii., & gradatim ascendendo ad gr. i. Præterquam enim quod infinitis propemodum experimentis, atque observationibus compertum est omnes ejus partes noxias hominibus, atque infestas esse, deliria, aliasque mentis perturbationes excitare, accedit præterea, vel si torporem inducingendo paroxysmum protrahat in longius, vehementioribus postea, atque saevioribus turbis in-

impetu facile esse daturum. Quare quidquid de narcoticorum præstantia adversus morbos convulsivos predicent viri clarissimi, si quid sentio, vix, ita, me Deus amet, ac ne vix quidem istius generis medicamentis utendum traderem.

XV. Si aurae ascendentis sensus percipiatur, quam apte ligatura fortis &c.] Si convulsio a partibus longe a cerebro diffitis, quæ per nervorum ductum ad Cerebrum propagatur impediri queat, Epilepsia quoque Sympathicae paroxysmum impediri manifestum est. Id autem efficere valet præ ceteris ligatura fortis supra affectam partem. Cum enim vehementer partem constringimus, arterias, venas, nervos ibi subjectos comprimimus, quo fit ut irregularis spirituum motus, nerveorum filamentorum varia, atque inordinata concusso, quæ ab inferioribus partibus, seu extremitatibus nervorum incipiens in cerebrum, & nervorum originem definit, sistatur, atque hac ratione paroxysmus præcaveatur.

Frictionibus quoque dolorificis spiritus ad eam partem avocantur, illam relinquentes viam, in quam vi, ac impetu summo irruerant, hinc Cerebri fibras laxari contingit, ac Epilepsia paroxysmum præcaveri. Hujusce rei exemplo esse potest dolor vehemens, qui ligatura valida in opposita lenitur. An aliunde id aptius repetas, quam ex eo quod spiritus avocantur ad illam partem, priorem relinquentes? Exinde sequitur cessante spirituum influxu in partem dolentem, ejus fibras flaccescere, ac dolorem sedari.

XVI. Jam ubi paroxysmus invaserit, æger capite sublimi collocetur &c.] Cum æger in terram cadit toto corpore concussum, linguam ex ore emittens, stridens dentibus, variis, iisque gravissimis periculis obnoxium esse neminem latet. Illud ergo enixe curandum est, ut quam citissime, & sine damno liberetur. Æger igitur capite sublimi collocandus, non solum ut varie exagitatus, ictus, contusiones, vulnera ex terra, aut lapidum asperitate, ac duritate non patiatur, sed ut sanguis haud ita rapida circulatione traiiciatur in cerebrum, atque in vasis ejusdem subsistens efficiat, ut præ turgentia incongrua, acres, vellicantesque particulae in cerebri filaments exprimantur, altiusque penetrant, sicque paroxysmuni diuturniorem, vehementioremque reddant.

Partes convulsa ol. amygd. dul. pinguedine &c.] Frictiones aliae siccæ sunt, aliæ humidae. Siccæ vel solis manibus, vel panno plus minus aspero peraguntur, eaque resolvendi vi plurimum valent. Humidae vero manu fiunt oleo aliquo, pinguedine illinita; haec autem fibras, quibus administrantur, egregie relaxant, atque emollient. Quare convulsis partibus commodissime celebrantur, ne ita rigescant, ut plane deformentur, aut impares ad motum, & objectorum exterorum impressiones fuscipendas reddantur, unde sensus auferatur, ut Aretæi observatione nonnullis accidisse compertum est. Si guttur, collum iisdem pertractetur, relaxatis fibris liberiorem concedi aeris ingressum in pulmones, egresumque manifestum est, hinc suffocationem præcaveri. Si partes, que frigescunt manu calida foveantur, aut panno, relaxatis blando calore fibris, humoribus; ac spiritibus per extremitates arteriarum, nervorumque via faciliorem præbetur, hinc sanguinis circulatio restituitur, spiritus a partibus affectis, ac convulsis priorem relinquentes viam avocantur, ac placida exoptanda tranquillitas faciliter obtinetur. Quid si fomenta calida ventri, ac vesicæ regioni applicentur? Laxatissimorum harum partium, & viscerum contentorum fibras, non solum functiones suas melius obire contingit, respirationem faciliorem fieri, urinæ suppressionem præcaveri, sed ob admirabilem illam, atque summam connexionem inter nervosas partes, ut unius partis fibras relaxatis, alterius quoque licet longe diffitæ relaxentur, cerebri quoque fibras ea ratione affici, qua opus est ad paroxysmi vehementiam leniendam, ac quietem spiritibus conciliandam.

XVII. Ubi diutius, quam par est, protrahatur paroxysmus, leviora odoramenta &c.]

Quo-

Quomodo odoramenta agant in morbis convulsivis quæstio est inter medicos. Nonnulli existimant a corporibus odorosis exhalari tenuissimas quædam, & subtilissimas particulas, easque naribus exceptas in nervos, qui per membranam pituitariam mire disseminantur, se insinuare, spiritibus animalibus immisceri, ipsos alterare, & in ordinem redigere, unde convulsæ partes ob irregularles spirituum motus relaxantur, & in pristinum elaterii statum restituuntur. Alii e contra vim omnem solidis partibus tribuunt, atque existimant tenuissima illa corpuscula, quæ e corporibus odorosis emituntur, ubi naribus excipiuntur, extremitates nervorum perreptantium membranam pituitariam irritari, vellicarique, unde spiritus ad eam partem avocantur illam viam relinquentes, in quam cæco impetu irruentes convulsivis motibus occasionem præbent. Cum in priore sententia supponendum sit effluvia, seu corpuscula tenuissima in nervos per minimos poros se se insinuare, deinde spiritibus immisceri, eosdem alterare; in altera e contra solum id, quod extra omnem controversiam est positum, membranam scilicet pituitariam, quæ sensu exquisitissimo prædicta est, vellicari, ac morderi, hanc, si quid sentio, illi anteponendam esse traderem. Quamquam vero medentibus non ad modum respiciendum est, quo medicamenta operantur, sed ad eorumdem delectum quam diligenter attendendum. Leviora porro odoramenta, cujusmodi sunt Rutta aceto trita, castor. &c. cum leniter operentur, optime cedunt in paroxysmo epileptico. Si validiora adhibeantur, verendum est, ne ex nimis forti irritatione, & ab hinc prodeunte vehementi, spirituum commotione morbus augeatur potius, aut confirmetur.

XVIII. Si æger laxioris sit habitus, sero abundet, cacoctonus sit, spiritus Corn. Cer. &c.] Innumera fere sunt, quæ ab Auctoribus magnis, & doctris propounderunt in insultu epileptico per os assumenda ad effrenes motus compescendos. Inter hæc spiritus, seu mavis olea ex partibus animantium per destillationem elicita, atque rectificatissima. Rectificatissima enim tantam tenuitatem, atque volatilitatem acquirere communiter reputantur, ut recessus omnes nostri corporis abditissimos permeare valeant, in medullares usque Cerebri fibras se insinuare, torpentes alicubi spiritus excitare, cæco impetu hac illac ruentes in ordinem redigere, ac convulsis partibus laxitatem conciliare. Nisi autem rectificantur, ut ajunt, atque puriora fiant, insignes in corpus turbas valent excitare. Res quidem experimentis primum probata est in humano corpore, tum physicis. Si enim guttae duæ spiritus e. gr. sanguinis, vel Corn. Cer. vel. cran. human. primæ destillationis affordantur spiritui vini, atque mixtura per os assumatur, adeo vehementer humores exagitare, fundere, fibras stimulare habent, ut calor calori febris fere similis subsequatur, deinde sudor copiosissimus emanet. Si hujusmodi olea, seu spiritus igne tententur, in destillatione prima exit oleum, quod fetidissimum est, ac nares summopere feriens: in secunda destillatione, quod minus fætet, & minus ingratum est, remanentibus in fundo vasis partibus quamplurimis feculentis: in tertia destillatione oleum elicetur, quod natura sua mitius, lenius, purius est, remanentibus in fundo vasis particulis minus feculentis, fætidisque, indicio manifestissimo sensim, sensimque ab oleo crassiore, terrefisque particulis liberari, quæ efficiunt, ut principium illud phlogisticum, quo donantur, difficillime avolet, diuque perennet irritando, commovendo: cum e contra rectificata levissima evadant, atque eam volatilitatem, tenuitatemque acquirant, ut ad guttas etiam triginta exhibita non solum turbas non excitent, & tumultus, sed nervorum, ac spirituum animalium effrænes motus mirifice compescant, ut propterea a plerisque viris præstantissimis, præfertim Dipelio Germano, adversus morbos convulsivos tantopere commendentur, qui se vidisse testatus est non solum sedatos spasmos, sed placidam tranquillitatem,

tem, ac somnum ita conciliatum, ut nonnisi post horas plurimas excitati fuerint ægri, iisque alacriores, vegetioresque. Illud tamen hoc loco animadverendum est, summa in obscuritate versari, qui hujuscemodi medicamenta tamquam specifica adversus Epilepsiam, Vertiginem, aliasque istiusmodi morbos indiscretum commendant, mirisque laudibus extollunt. Non is sam, ut negem aperite specificis medicamentis nunquam utendum esse, sed illud enixe contendit, ad qualitates eorumdem manifestas quam diligentissime respiciendum esse. Si ex fuerint, ut a causis morbum facientibus indicari videantur, nec quidquam malum ex eorum usu pertimescendum sit, auctor sum, ut specifica medicamenta in usum vocentur. Atque ut rem paucis contrahamus, Spiritus Corn. Cer. Cran. human. sanguinis, aquæ antepilepticæ, & hujusmodi alia, tenuitate, ac voluntate, qua donantur, sanguinem, humoresque exsolvare habent, fibras ad cerebriores, vehementioresque contractiones excitare. Quid igitur vetat, quominus in proposito casu, in quo scilicet æger laxioris sit habitus, fero abundet, cacochymus sit, ejusmodi olea, seu mavis spiritus rectificatissimos adhibeamus?

XIX. In fervidiori temperamento præditis, gracilioribus, adustisque *Oc. aq. flor. til. lilio. conval. Oc.*] Vim anodynæ, ac narcoticam plurimorum medicamentorum pendere a sulphure, observationibus, atque experimentis edocti propemodum infinitis ostendimus cap. 3. com. in aph. 8. Varia autem est combinatio sulphuris his, vel illis corporibus cum aliis principiis, a qua diversa combinatione major, minore soporem conciliandi facultas exoritur. Alia quidem piggerrima sunt, & levissime operantur. Talia sunt, quæ terreis particulis unita sunt, & aqueis facta, ut semina frigida, & amygdalæ, quorum videlicet sulphur aliis principiis adeo arcte unitum est, ut inodora sint, insipida, & nisi vehementi igne tententur, vix unquam, ac ne vix quidem se prodant. Alia e contra terreis, aqueisque particulis minus onusta facilissime avolant, & in actione sua minus perennant; hinc est, quod majorem vim compescendi habent. Quod autem sulphur in hisce magis extricatum, solutumque sit, vel ex eo præbatur, quod ignem ferre nullo modo possunt, quin citissime avolent. Talia sunt olea ætherea dicta. Huc tandem spectant, quæ subtilissima censentur. Istorum autem sulphura fragrantissima sunt, & odore suavi, vel graveolente se produnt. Produnt autem se maxime in floribus quarundam plantarum, quæ testante Cl. Hoffmanno naribus admota caput primum grave efficiunt, deinde somnum conciliant. Hujusmodi sunt flores lilio. conval. tilia, ex quibus aquæ eliciuntur, quæ ad compescendum, & sedandum aptissimæ sunt. Sulphure enim tenuissimo, quo fetæ sunt, recessus omnes nostri corporis quantumvis abditissimos quamcitatissime, & liberrime permeant, effrænes spirituum motus sedant, in ordinem redigunt, ac placidam exoptandam tranquillitatem conciliant.

XX. *Illi ad novos infusus præcavendo, si sit suppressio naturalium evacuationum Oc.*] Si ita hominum natura comparata est, ut in quam ægritudinem maxime proni sunt, eadem & post remedia quælibet per intervalla rursus, atque iterum dixerintur, maxime est in Epilepticis. Prolixæ igitur curationis tædio delassari eosdem non decet, curandumque iis enixe, ut antequam altas radices agat, deturbetur. Epilepsia porro præferatio in hoc sita, ut quod Cerebro adhæret ejus glandulas infaciens, ac nerveas fibrillas ad spasmos lacefens sensim, & assidue per insignes excretionum vias extra corporis confinia educatur, vel ejus quoad fieri potest genesis, & collectio præpediatur. Utrumque consequi possumus pluribus, iisque diversis medicamentis. Nonnulli commendant venæ sectionem aliquot dies ante paroxysmum celebratam, etiamsi nulla sint plenitudinis indicia, ad credendum vehementer adducti, fore ut majore induito motu in sanguinem, humoresque, qui per vasa Cerebri trajiciunt, fer-

men-

mentum, seu serum, lympham, aut alios quoslibet humores in eodem cerebro collectos, & certis, statisque temporibus spiritus, ac nerveas fibrillas ad effrænes, atque inordinatos motus lacefentes reabsorberi in vasa facile posse, atque alias transmitti, vel etiam extra corporis confinia protrudi, & sic præcaveri, vel saltem in longius protrahi Epilepsia paroxysmum. Contrarium pugnacissime sustinent alii, atque ii præfertim, qui eo adducti sunt, ut credant seruos humores cerebri substantiam occupantes, atque debitum ejusdem tonum pervertentes, venæ sectione copiosius generari, solidas partes magis magisque relaxari, sive morbum augeri, aut confirmari. Quare venæ sectio non solum tamquam inutilis, sed summopere noxia ab his reprobatur, damnaturque. Quod cum sentiunt, tam a vera ratione dissentire, quam illos, qui in omni epilepsia sanguinem detrahendum esse affirmant, nemo inficiabitur, qui illud vel leviter tantum mente volutaverit non ad causas tantum morborum, sed etiam ad coniuncta cum causis in curatione sapissime respiciendum esse. Vel enim peccet serosa colluvies, vel fibrarum Cerebri flacciditas, si suppressio naturalis alicujus evacuationis adsit, nemo est qui non videat humores in vasis Cerebri facilius hærente posse, atque obstructionem, ac motus tarditatem efficere. Depletis autem vasis sanguiferis manifestum est ea validius, & fortius se contrahere, sanguinem, humoresque rapidiori circulatione per vasa Cerebri trajici, hinc materiam in cerebro collectam vel reabsorberi in vasa, & circulo restitui posse, vel dispari, unde paroxysmus præcaveatur.

Cauteria quoque *Oc.*] Fonticulis nihil esse præstantius ad Epilepsiam debellandam, multis observationibus practicorum præstantissimorum compertum est. Tulpus lib. 1. observat. 8. binos pusillos memorat, qui ulceribus in capite excitatis ab Epilepsia liberati sunt, iisdem vero occlusis, eadem denuo correpti sunt. Senem 52. annorum cauteris in brachio ab Epilepsia liberata fuisse refert Montanus, ut mittam quod ipse Hippocrates lib. de morb. sacro testatus est, ulcera capitis pueros ab Epilepsia præservare. Quo appareat jure merito præstantissimum Cratōnem epist. 118. tanti facere hoc remedii genus, ut si quid in summa rerum angustia sperari possit, id ab hoc uno præsidio jure sperandum sit. Idem plane dictum velim de setaceis. Epilepsiam enim quotidie invadentem opere setacei sublatam vidisse testatur Hildanus Cent. 1. obs. 41. Quo loco mirari subit inveniri adhuc, Helmontium maxime, & Cartesium sectantes, qui particulas per fonticulos, & setaceos ejectas nihil valere ad graves capitis, aliarumque partium affectiones debellandas affirmare minime dubitant. Quidni liceat conjectare optato fine plerunque minime potiri medentes, quod minus caute ægris præscribant? Adustis certe, strigosisque corporibus, in quibus peccat nimia fibrarum rigiditas, ac nutriti roris defectus adest, si admoveantur, nunquam bene cedere posse perspicuum est. Quid porro vetat, quominus laxiori habitu donatis, fero abundantibus applicentur;

XXI. *Pillul. de succin. Crat. vel. capital. Paracel. Oc.*] Inter ea quæ seruos aliosque humores Cerebri substantiam obnubilantes, ac spiritus animales in a-taxias adgentes extra corporis confinia educere valent, miris laudibus extollunt purgantia, cumque observatum sit morbos capitis alvi fluxibus levari, non semel tantum, aut bis, sed pluries in mense ægris præscribi solent. Illud tamen quamdiligenter cavendum est, ne fortiora exhibeantur, quæ sanguinis massam fundere, exagitare, salesque ipsius acuere valent, ac paroxysmum citius quam fieri solet, excitare. Massæ pilularum de succino Cratōnis, capitales Paracelsi; quarum basis Aloes est, alia ingredientia, quæ capitis amicitia clara fecit, morbis ejusdem specifice opitulari creduntur. Adeo autem blande, leniterque operantur, ut stimulo opus sit, ut earum operatio rite procedat. Quod

Tom. I.

X

autem

autem ante lunæ mutationes sint praescribenda facit potissimum, quod circa ea tempora Epileptici novis insultibus obnoxii sunt, ideoque justus subrepit timor, ne graviores excitentur maximo ægrorum damno. Illud autem enixe curandum est, ut paroxysmus, qui plerunque lunæ phasibus contingit, præcaveatur. Observatum enim est ab assuetudine quadam oriri hosce morbos, ut Stahliani docent, quæ assuetudo si tolli queat, sperandum est morbum ipsum certo, feliciter debellatum iri.

**XXII. Ab emeticis utpote minus tatis abstineo.** ] Emeticorum in Epilepsia usum, atque ea præsertim, cuius formæ præmis in viis latitat pravis inquinantis fordescendibus tamquam efficacissimum coquimendant Cl. Trallianus lib. 1. cap. 15., Zaceutus Lusitanus prax. admirab. lib. 1. ob. 24., Petrus Jo. Faber in turat. p. 714. Angelus Sala cent. 2. curat. 77. Quidquid tamen de eximiis emeticorum virtutibus tot celeberrimi Medici prædicent, cum non solum fibræ ventriculi, muscularum abdominis, diaphragmatis, ac viscerum fere omnium imi ventris motu illo violento commoveantur, concutianturque, sed cerebrum etiam, illud semper veritus sum, ne vel novum paroxysmum excitarem, vel sanguinis fluxum e capite impedire, atque morbum augerem, aut confirmare. An novum est in quibusdam oculorum affectionibus impedito e capite sanguinis refluxu, & spirituum animalium in nervos opticos excursu, cæcitates ab emeticis assumptis obortas fuisse? Ego vero propter summam stultitiam Epilepticis, ac convulsivis affectionibus laborantibus emetica præscribam?

**XXIII. Purgantium intermedio Oe. far. per. elect. rad. Chin. Oe.** ] Viæ ad superfluitates serosas, lentesque eliminandas omnium convenientissimæ sunt viæ sudoris. Sudorifica vi maxima pollent ligna multa, ut sals. peril. radix Chin. partes quædam duriores animalium, ut Cor. Cer. ebur, carnes multæ, præ catenæ viperarum ob volatiles quasdam, quas continent, particulas, quibus viscidiories sanguinis partes, quæ alicui parti tenaciter adhærent, mucosæque quisquiliæ atteri, fundi, serum omne superfluum absundi, universam sanguinis massam exolvi, atque, ut ajunt, refermentari communiter reputatur, unde cum in morbis quamplurimis, tum Epilepsia ab atonia cerebri, a sero, lympha, aliisque humoribus Cerebri glandulas infarcentibus efficacissima sunt, si quæ alia. Plurimos Epilepticos tali decocto bis in die ad 3 vi. vel viii. præscripto, nec non decocto secundario vice potus ordinarii assumpto curasse testatus est Alfon-sus Ferrius.

**XXIV. Si ex lue celica ortum duxerit epilepsia Oe. Mercur. diaphor. Oe.** ] Nonnulli in contumaci morbo Mercurialia addunt. Metallicas enim partes dum sanguinem ingrediuntur summam vim habere ad attenendas, comminuendasque viscidas, ac lentescentes particulas, & qua data porta extra corporis confinia eliminandas perspicuum est. Verum si quid sentio, cautissime cum istiusmodi medicamentis agendum est. Tunc enim solum locum habere visa sunt, cum morbus a lue celica ortum duxerit, ad quam profligandam, atque e radicibus funditus evelendarum sola Mercurialia a natura comparata videntur. Præstant enim, ut ait Helmontius, quidquid Medicus, & Chirurgus potest optare sanando. Mercurii præparatio quædam est, cui facultas inesse ceditur sudorem promovendi, hinc Mercurii diaphoretici Thonson, ab inventore suo, titulo insignita. Eximii usus est in iis, qui a salivatione Mercuriali abhorrent ( quamquam saepe eamdem excitat ) si extracto plantarum, aut lignorum sudorificorum uniatur, & corpus assiduo, & constanti eorumdem decocti, vel secundario vice potus ordinarii usu pertractetur. Verum ubi lues altas radices egerit, debellari nequit, nisi Mercurius ea methodo adhibeatur, qua opus est ad salivationem extitandam. Solet autem salivatio promoveri vel per Mercurium dulcem pilularum

rum forma per os assumendum, vel Mercurium crudum axungia subactum unguenti ad instar, quo artus inungantur, qui mos hodie maxime invaluit Gallorum præente exemplo, ut præ ceteris liquet ex Claris. Astrucio, qui tractatum de morbis venereis tanta perspicuitate, atque solertia conscripsit, ut nihil vel ad perfectissimam, numerisque omnibus absolutam eorumdem historiam, vel curationem desideretur. Salivatione per mercurium dulcem pilularum forma propinatum excitata, curationes quam plurimorum morborum felicissime institutas videlicet alias ope unguinati Neapolitani. Quod autem Mercurius alterutra tandem ratione plurimorum Medicorum historige testantur. Celebris est illa apud Cl. Pisone lib. de auxil. medic. viri cuiusdam, qui ob impuram venerem epilepsia correptus est, quæ postea in apoplexiam degeneravit, qui salivatione Mercuriali in pristinum valetudinis statum restitutus est. Quod ipse compertum habui paucis habeo. Mulier quædam vidua annum circiter ætatis suæ trigesimum agens Epilepsia vexari cœpit adeo gravi, ut quotidie fere bis, terque ejusdem insultu corriperetur. Quamplurimis remedii ei prompte succurrebat, sed morbus in pejus in dies singulos ruerat, sic ut in mortis discrimine versari videretur. Morbi causam verecundia adhuc tegebat, cum de insigni urinæ ardore conqueri mulier cœpit. Quo in suspicionem ventum est, quod antea nunquam, eamdem gonorrhœa virulenta laborare. Altiori voce damnata erubuit primum, mox se post impuram Venerem & gonorrhœa laborare cœpisse, & ulceribus oris, demum Epilepsia confusa est. Mirum salivatione Mercuriali instituta felicissime convalescisse. His ita constitutis, quemadmodum explicandæ sint observationes Cl. præticorum, præ ceteris Ballonji lib. 2. Epid. qui usu pilularum ex hydrargyro caput doluisse, ac cerebri ita affectum fuisse, ut perpetuo vacillare videretur, adnotavit, & Dolæ in Encyclopæd. cap. 15. de lue venerea p. 303. qui aliquando Mercurium post se reliquæ indelebilem characterem, unde oriuntur convulsiones, & Epileptica symptomata observavisse testatus est, fateor me nescire, nisi forte id referatur ad primam Mercurii dosim fallivandi fine propinata, quam Willisius damnavit in convulsivis morbis, negligensque debitum regimen, quæ omnia concitandis epilepticis affectionibus opportunitissima existere haud dubie affirmavit Frid. Hoffmannus de infecur. remed. Jeet. 21., vel quod in tenellis nimis, ac debilibus salivatio mercurialis instituta sit, quam minus tutam esse adnotavit egregie Wedelius de theor. Japor. seit. 2.

**XXV. Purgantia, ac sudorifica validiora minus iuta sunt in iis, qui fervidiore temperamento Oe.** His porro ol. A. D. &c. ] Cum in Epilepsia non solum peccet atonia partium Cerebri, serosi, vitcidi, leuique humores, sed sëpe etiam nimia nervosarum partium ad oscillandum promptitudo, sanguis, humoresque nimis tenues, acres, atque ad alchaleſcendum dispositi, nemo est, qui non videat, quæ attenuandi, exsolvendi, fundendique vim habent, non esse indiscriminatum adhibenda. Cum epilepsia ab hac postrema causa fervidiore temperamento præditos homines, graciliores, adustosque invadat, perspicuum est, eorumdem corpora iis esse pertractanda, quæ emolliendi, laxandique virtute pollent, acres nimis tenuesque particulas irretiendi, temperandi, & ex massa sanguinea præcipitandi. Virtus hæc maxime elucet in ol. A. D. in sero lactis tamarindato, vel destillato cum plantis subacidis, quæque nitroso quodam sale fætæ sunt, qui dici vix potest quantum ad blandissime attenuandum, ac nimiam humorum effervescentiam compescendam existat idoneus. Quo loco minus mirari subit Ridetur cent. 4. obs. 7. aceto & oxicrato curatam epilepsiam memorasse. Sunt quidam ( quos inter Cl. Sala eminet ) qui salibus quoque acidis Mineralibus, cuiusmodi sunt sal vitrioli, & similes, utuntur. Verum si quid sentio, gracile

corpus, & ad spasmosdicas constrictiones dispositum haud istius generis acidis, nisi plurimo aqueo diluantur, pertractandum traderem.

**XXVI.** *Balnea aquæ dulcis ardente Sirio, ac thermopotationes &c.*] Balnea aquæ dulcis ad fibras universi corporis emolliendas, acrem sanguinis temperandam summopere facere ostendimus cap. de Mania com. in aph. 16. Si de aquis thermalibus sermo sit, non solum copia, qua assumuntur, suo ipso pondere laxare habent tubulos omnes, ac ductus excretionibus, secretionibusque dictos, acres vellicantesque particulas dissociare, disjungere, ineptasque reddere ad pungendum, mordendumque, sed terra calcaria, qua factæ sunt, vehementissime absorbere, & ex massa sanguinea præcipitare. Quemadmodum nempe in plerisque capitis affectionibus idiopathicis, quia ex nimia Cerebri humiditate, atque atonia minus convenire visa sunt, utpote quæ relaxatas jam partes magis, magisque afficere valent, atque ea ratione quidem, qua morbus augatur, aut confirmetur; ita nullum hoc auxilii genere præstantius, aut pro ærorum opportunitate valentius, ubi a fibrarum nimia constrictione, atque humorum acredine exoriantur, inveniri posse certo certius habendum.

**XXVII.** *Autumno tandem lac exhibendum &c. cum sapone veneto &c.*] Depuratis humoribus, pravisque inquinamentis, recrementisque per insignes excretionum vias eliminatis, quid ad lœves politasque particulas in sanguinem inventandas, acres vellicantesque, si quæ superfites fuerint, demulcendas, solidas partes nutritio humore humectandas lœte præstantius? Sapo, ut notum est, duplice principio constat, salino videlicet fixiore, & oleo intime unitis, quo sit, ut se in densiore humorum texturam insinuare valeat, facile cum aquosis, oleofisque corporibus commisceri, eisque fluorem conciliare. Hinc salubre praticorum consilium saponem cum lacte miscendum, ut rite procedat ejus operatio. Oleo enim suo oleosis lactis particulis libertissime unitur, unitum autem sale suo fixiore caseofas, fibrosaque ejusdem partes intime penetrat, scindit, dissolvit, ne concrescant, & a reliquis secedant, hinc difficultime in stomacho coagulatur, facile etiam in vias sanguinis trajicitur, & vires suas citra ullius noxae periculum exercet.

**XXVIII.** *Specificum adhuc nullum invenire &c.*] Infinitus fere sim, si singula percensere numerando velim, quæ specifica virtute in hoc morbo agere creduntur. Multa quidem amuleti forma, inter quæ unguia alcis, lapis nephriticus, radix paeoniae luna decrescente mense Martio, vel Aprili collecta, & siccatæ. Verum amuletis non aliam efficaciam inesse facile judicaverim, præter illam, quam illis tribuit Cl. Aug. Quirinus Rivinus tract. de pest. Lipsiensi an. 1680, ut scilicet his confisi præsidii plebeji præsertim magnanimi reddantur, & alacriores fiant, morborumque saevitatem minus perhorrescant. Cum enim magna sit animæ potestas in nervos, & spiritus, aut saltē magna inter illius affectiones, & istorum motus confessio, omnes facile norunt, quantam vim habere possit animus, ut varie affectus est, ad Epilepticorum statum mutandum. Qui plura cupit de amuletis, eorumque facultatibus adeat tractatum Jacob. Volphii Medicinae Profess. Jenensis, cui titulus: *Curiosus amuletorum scrutator.* Specifica per os assumenda innumera describuntur ab Etmullero, Luca Tozzi, aliisque. Inter hæc magno in pretio, & honora habetur hodie maxima radix Valerianæ sylvestris silente caule effossa bis, terque in die vel ex aqua, aut lœte a 3 s. ad 3 i. propinanda. Illius vires a Fabio Columna tamquam mirabiles prædicatae sunt in suo *œtobiistar*, a Riverio postea memoratae, & experientia M. Marchant, denuo confirmatae. V. Memoir. de l' Acad. Vol. X. p. 430. Verum quid quod eamdem experti sunt plerique, atque inutilem prorsus reprehenderunt? An ignota sit vera Valeriana, an potius iis propinatam fuisse credamus,

mus, qui epilepsia ab organico vitio laborarunt? Sed si ita res habet, quæ tandem specifica? Dici vix potest in quanta obscuritate versetur, qui ad causas morborum minime respicientes specifica remedia ægris præscribunt, cum spiritus vite (sic loqui amat Rolfinkius in chym.) in artis formam reductæ a variis causis ledatur, ideoque nec una sufficiat medicina, sed plures, ut removeantur pluræ hæc impedimenta. Quo loco fateor me justis laudibus æquare non valere, quod tradidit Cicero lib. 2. de legib., quod uti juris disciplina non haurienda est ex edictis judicum, & tabulis xii., sed ex intima philosophia; ita quoque medicina non ex formulis medicorum, & solo usu, sed ex rerum naturalium studio duocunda sit, quo duce vix errare Medicus potest.

**Cinnaberis cæteris præstat.**] Omnibus specificis antiepilepticis palmam præripeire Cinnaberim, & ex eadem parata medicamenta, docere visus est præstantissimus Crato, cum Epilepsia Magnetem dixerit. Basis est multorum pulverum, qui specificorum titulo adversus Epilepsiam insigniuntur. Ejusmodi sunt pulvis Hannoverianus, specificum Jo. Michaelis, in qua tamen compositione diversa specifica recipiuntur, quo factum est, ut Cl. Ludovici *pharmac.* eamdem rejecerit, ut liquido constat ex Cl. Junken Lex. Chym. In horum quoque centru veniunt pulvis ad Vertiginem Cratonis, specificum Mæbii, Panacea Anuvaldina, pulvis antiepilepticus D. Aquin, qui describitur in *pharmacopea de Charras*, aliaque quamplurima. Cum Cinnabaris valde tenuibus, & solidis constet particulis, abditissimos quoque poros, recessus, atque meatus quantumvis existimatos pervadit, in Cerebrum usque, & medullares ipsius fibras sese insinuat, illarum obstructiones, spiritus in ataxias adgentes referat, unde placida exoptanda tranquillitas conciliatur. Hujuscem medicamenta præstantia meminit præ cæteris Cl. Hoffmannus in adnot. ad Poter. his verbis: *Præsentissimam opem ferunt in Epilepsia, vertigine, affectibus capitis, qui a sero, vel sanguine extravasato ortum ducunt cinnabarina, quem egregie resolvunt &c.* Illud tamen hoc loco animadvertendum est eximias hujuscem medicamenta vires ab aliquibus in dubium vocari, immo a nonnullis, atque iis præsertim, qui mercurium nervis initium censem, non solum tamquam inutile, sed summopere noxiū dannari, atque ex usu medico omnino explodi. Cum enim ad Mercurialium familiam jure pertineant cinnabarina, quæ ex argenti vivi, & puri sulphuris congrua mixtura, & præparatione conficiuntur, fieri minus vix posse credunt, quin ob elementum corrosivum, & constringens Mercurii, nervis in primis, & Cerebro sint infesta. Quid tamen quod experientia compertum sit, nihil unquam mali ex cinnaberinorum usu in ægros emanasse? Si ita res habeat, nihil faciendas esse illorum rationes manifesta res est. Nempe impetrissimæ gentes adnotante Celso præstat. ad r. m. herbas, aliaque prompta in auxilium vulnerum noverant: Indique populi nullo disciplina genere perpoliti, ut Bontius, ac Piso testantur, sola experimentali scientia eruditæ theoricis incomperta prodidere remedia. Quo appareat resolutionibus chymichorum, ac rationibus ab iisdem ductis in disquisitione virium medicamentorum, vix ac ne vix quidem fidendum esse.

**XXIX.** *Dici autem vix potest, quam tutum, ac proficuum sit opus naturæ committere &c.*] Egregie inquit Hippocrates 2. aph. 45. *Quicumque juvenes comitali morbo laborant, mutatione maxime atatis, & temporum, & locorum, & victuum quoque liberantur.* Quæ autem in sex rerum non naturalium usu ad Epilepsia curationem vita ña sunt, egregie complexus est Cornel. Celsus lib. 3. cap. 23. dum ait: *Fugere oportet solem, balneum, ignem, calefacientia, frigus, vinum, verem, loci præcipitis adspiculum, omniumque terrentium, vomitum, laffitudinem, sollicitudines, negotia omnia, & ubi tertio die cibus datus est, intermittere quartum.*

A vino præfertim abstinendum esse facit ea ratio, quod quantumvis lene, ac molle sit, acidus tamen continet particulas, ac propterea in itomacho præfertim debili præternaturale acidum generare valet, quod in sanguinem una cum chylo trajectum, ejusdem, ac reliquorum succorum crasim ea ratione evertere valet, qua opus est ad multos, eosque gravissimos morbos excitandos. Quare salubre est practicorum consilium in plerisque morbis, maxime nervorum, aquam vino substituere, quæ pravos, vitiososque humores diluendo, & per insignes excretionum vias extra corporis confinia eliminando, eosdem quantumvis difficiles continuato usu egregie persanat. Cujuscce rei locupletissimos testes habemus Schenki lib. 1. obſ., qui multos memorat in pauperiem redactos, & in carcerem coniectos, qui cum aquam pro vino bibere cogerentur, a plerisque morbis liberati fuerunt, Barthol. Pasquet lib. 2. deſtill. cap. 4. qui præſidium utilissimum contra catarrhos aquam facit, Bruyerinum de re cibaria l. 16. c. 13. qui magnificum, ac pene divinum dicit aduersus podagram, quod etiam confirmat lib. 12. c. 2. Medicis Veneti exemplo, qui cum vinum biberet ad senium usque podagra laboravit, liber dein ad ultimum senium continuato aquæ loco vini usu evasit. Vino certe in illis morbis, in quibus vehementer capitum gravitatem, aut mentis laſionem metueris, omnino abstinendum esse, atque aqua uterū tradit Hippocr. lib. de diæta in acutis f. 30. ut mittam & Cælium Aurelianum, & Celsum in morbis capitum, in doloribus a vino abhoruisse. Quid quod aquæ potus longæviores homines reddat? Nempe primævi homines ante diluvium præter aquam nihil aliud bibere soliti fuerunt, & ad extremam senectutem sani, robustique perveniebant. Ex fluviis illam petere, coque nomine fontes querere solitos fuisse appareat ex Gen. c. 26. Primævos homines aqua usus fuisse indicavit ipse Tibullus lib. 2. eleg. 3. ubi ait: *Glans alat, O priſco more bibantur aquæ.* Eam certe Patriarchis usque ad Noe tempora poti diluvium usitatam fuisse constat ex Claudio Deodato in Panth. Hygiastices l. 2. c. 12. ut propterea nullus supersit dubitandi locus.

XXX. *Pueri diversa methodo tractandi.* Quare si corrupti in stomacho lactis &c.] Ea est solidarum partium in pueris textura, ut a levissimo quovis stimulo quam maxime lœdantur, & si vehemens fuerit, in summum vitæ discrimen adducantur. Orta hinc consuetudo tractatus peculiares de morbis puerorum peculiari methodo pertractandis conscribendi. Qua in parte cum ipsius Hippocratis, tum Veterum fere omnium, ac Recentiiorum Medicorum, vel postrema hac ætate florentissimorum Hariſhi, atque Hoffmanni solertia plurimum enuit. Cum frequens Epilepsia causa in pueris sit lactis in stomacho coagulatio, ac corruptio propter ventriculi imbecillitatem eidem subigendo, ac digerendo inepti, ea locum habere manifestum est, quæ tonum, ac robur satis tenellis, mollibusque ejusdem fibris conciliare habent, atque ipsum firmare. Talia sunt ol. Mastich. nuc. moschat. aliaque id genus, quæ sale tenui, ac volatili sulphure foeta, regioni stomachi admota, interstitia quæque carnium, muscularum, membranarumque pervadendo opportunitissima existere reputantur, ac roborando aptissima.

XXXI. *Si alvus suppressa fit, rhabarb. a gr. x. ad xx. &c.*] Ea est Rhabarbari præstantia, ut non solum blandissima, ac puerorum tenella structuræ amica purgandi virtute donetur, sed cum paulo siccioris sit textura, terreisque particulis, præter sulphureas foetum, laxatis partibus firmandis, corroborandisque aptissima. Hinc est, quod nisi pinguiore aliquo corpore admixto vis hæcce corrigatur, paucissima materia ab intestinis ejicatur. Cæterum purgantia fortiora, aut quæcumque cane pejus, & angue vitanda sunt in pueris. Cum enim horum ventriculus tenerrimus fibris contextus sit, facile lœditur, & ad afflueta munia ine-

ptus redditur, unde vomitus, diarrhœæ contumaces, obſtructions, lentez atrophie calamitas.

XXXII. *Tandem ad liquorem C. C. &c.*] Sal volatile succini, ut alibi ostendimus, nihil habet communē cum aliis salibus volatilibus. Acidum enim mitissimum, ac blandissimum est: hinc si spiritu cornu cervi rectificatissimo subactum digeratur, emergit liquor quidam blandissimus ad convulsivos morbos in quocumque ſubjecto certo, feliciterque debellandos efficacissimus, si quod aliud; multo magis si ex aquis cephalicis temperatis, seu quæ tenui, ac blando sulphure foetæ ſunt, formo conciliando, vel naribus admoto, aptissimo. Testor me hoc præſidio non ſemel in epilepsis puerorum, aliisque convulsivis morbis felicissime uſum fuiffe.

XXXIII. *Sed præ ceteris, si pueri latte vescantur, curandum ut nutrix &c.*] Quamvis mitissima ſint, quæ pueris præscribuntur, cavendum tamen ne ventriculus pueri recens nati medicamentorum internorum actioni affueſcat. Curatio igitur omnis eo dirigenda, ut lac, quo vefciunt pueri, bonus, ac laudabilis in marmmis nutricis generetur, ac fugendus præbeatur. Id autem fiet potissimum, si nutrix optimo viatu regimine gubernetur. Carnes elixa lacti nimis humidu generando, potulenta nimia copia ingesta eidem ferendo opportuna exiftunt. Illas igitur toſtas exhibendas eſſe, ut humidum abſumatur, potulentis moderate utendum eſſe, ut lac minus diluatur, manifesta res eſt. Ea quæ ſale volatili tenui abundant, cephalica dicta, nutrici exhibita vires suas roborandi, ſpiritus erigendi, laeti communicatingo, pueris maiorem in modum conferre vila ſunt. Notum nempe eſt purgantia nutrici exhibita tenelloſ pueros purgare; cur id affirmare non licet de corroborantibus? Pessimum morem pueros internorum medicamentorum uſu pertractandi altiori voce damnavit, & e medio quantum illi fas fuit tollere conatus eſt Cardanus (de multor. recentior. medicorum mendendi uſu cap. 48.) ubi ait: *Error eſt cum noviter natis auxiliandi ſcopo, alii ſyrupos, alii pulveres, alii aliud conſulunt, cum tamen conſet tam mollia membra nulla debere permutari qualitate ſive purgante, ſive adſtrigente. Tenella enim iſta membrorum compages nihil fere noxiū, latte excepto, recipere potest.*

XXXIV. *Si crufa lactea citra cauſam evanescere incipiat, ſapone &c.*] Cum obſervatum ſit pueros crufæ lacteæ obnoxios, eadem evanescente, vel non apparente, Epilepsia, aliisque gravissimis morbis detineri, ſalubre eſt excretionem ejusdem quam diligenter promovere. In hunc finem emollientia collimant. Oleofis tamen uti minus tutum eſt. Poros enim cutis obſtruendo cum materiae perſpirabilis exhalationi, tum aliorum crassiorum, vifeſiorumque inquinamentorum eruptioni reſiſtunt. Nihil porro præſtantius, atque opportunius ſapone, qui cum oleo, & ſale fixiore intime unitis conſet, ſolvi aqua patitur, atque emolliendi, referandi, abſtergendi, quod pravorum humorum per cutis meatus excretionem prohibet, virtute donatur singulare.

XXXV. *Ubi dentitionis imminentis indicia ſe prodant, gingivæ mucilag. ex ſem. pſyl. &c.*] Imminentis dentitionis indicia plurima ſunt, præcipua tamen ſunt, pavores in ſomno, qui inquietus eſt, & ploratibus interruptus, avida lactis exſuſtio, papillarumque mammilarum morbus, manuum frequens ori applicatio, gingivarum tumor, albescentia, induratio, ſalivæ copiosus proventus, quæ quidem omnia ad nervosarum partium gingivas conſtituentium vellicationem, quæ ex dentium eruptione contingit, apte retuleris. Ubi igitur talia apparuerint ſalubre conſilium eſt, ne convellantur pueri, faciliorem iſis eruptionem procurare. Quod nulla meliori ratione præſtari poſſe crediderim, quam si emollientibus, demulcentibus gingivæ pertractentur, cuiusmodi ſunt mucilagin. ſem. pſyl. &c., atque dens apri, aut fructulum corallorum laevigatissimum, ne oris læſiones

fiones contingent, eadem fricentur, & masticatione satis valida premantur, unde disrumpantur. Si methodum in curatione Epilepsiae hic usque traditam servaveris, morem geres Hippocrati, qui de morbo sacro: *Debemus*, inquit, *ipsum curare citra experimenta, & incantationes, citraque aliam hujuscemodi machinamentorum absurditatem.* Oportet autem tum in hoc morbo, tum in reliquis morbis non augere morbum, sed festinare, ut ipsos exteramus, id ipsum, quod adversissimum est morbo, exhibendo &c.

## C A P U T I X.

### *De Dolore Capitis.*

I. **D**olor Capitis est tristis sensatio nervearum, ac membranearum partium capitis a soluta continuitate tenuissimorum filamentorum dictas partes constituentium proveniens.

II. Causae remotae sunt perversa earumdem partium structura, atonia, adstrictio, nimia copia sanguinis, rarefentia, austus ejusdem motus, atque impetus in caput, crassities, visciditas, lento, tenuitas nimia, acredo, serosa colluvies, vermes, calculi, ossicula, tumores, abscessus, ulcera cerebri, caries ossium capitidis, ventriculi, aliorumque viscerum affectiones.

III. Ratione causarum dolor capitis in tensivum, gravativum, punctatum, pulsativum dividitur.

IV. Ratione sedis in idiopathicum, sympatheticum: idiopathicus rursus in internum, & externum.

V. Uterque in universalem, & particularem: iste quidem in hemicraniam, ovum, clavum hystericum dictum, ille vero in Cephalalgiam, Cephalagam, que ob majorem, minoremque diuturnitatem, & vehementiam differunt inter se. Cephalaga tandem, que vehemens, & antiquus dolor est, in continuam, & periodicam.

VI. Causae antecedentes sunt aer intemperatus, & praesertim austinus, borealis, insolatus, vini, liquorumque spirituorum abusus, somni vel deficientes, vel immoderati, exercitationes corporis nimis violentae, vita defesa, & otiosa, animi affectus graviores praesertim, ira vehemens, longe, ac profunda meditationes, omnia, que sensus nostros visum, auditum, olfactum percellunt, lues venerea, mala capitidis conformatio.

VII. Idiopathicum dolorem, & internum illum esse cendum est, qui nullis ventriculi, & aliorum viscerum indiciis apparentibus invadit, nec tactu, & pressione mutatur.

VIII. Haud infrequens est utero affecto solum verticem capitidis prope futuram coronalem, ventriculo vero, anteriorem capitidis partem vexari.

IX. Dolor capitidis certis, statisque temporibus recurrens sola mutatione etatis, locorum, & temporum curari solet.

X. Ubi morbus ex plenitudine sanguinis, atque impetu in caput exorta-

### L I B. I. C A P. IX.

oriatur, id quod tensionis, ac pulsationis sensus manifestat, venarum tumor, faciei rubor, oculorum turgentia, aliaque hujusmodi, sola venae sectione ex brachio, & si suppressi sint improviso menses, vel haemorrhoides, ex pede, tandem ex jugularibus, vel arteria temporali, ac diaeta tenui curationem instituo.

XI. Si æger nimis tenellus sit, hirudines temporibus, vel cucurbitulam magnam occipiti applicari jubeo.

XII. Si a crassa, lenta, ac difficulti materia exoriatur, qui gravativus plerunque est, eos invadit, qui laxioris sunt habitus, quorum corpus, & facies pallet, praeter phlebotomiam, cauteria, fetacei item, aut vesicantia cervici, aut prope aures, errhina ex fol. betton. nicotian. castor. pul. visa sunt convenire.

XIII. Interim vero pilulæ succinat. Crat., vel capit. Paracel. a 3 s. ad 3. ii. trochis. alhand. gr. ii. ad v. exhibeantur, repetendæ bis, terque in mense.

XIV. Horum dierum intervallo decoctio theifor. fol. betton. salv. fl. anth. præmisso bolo ex sale volatili succin. gr. vi. ad x. cum extracto radic. pæon. aut conser. primul. ver. q. s. eximiam operam præstat.

XV. Hisce frustra adhibitis lequens decoctio exhibenda. **24.** Sars. peril. 3 iii. radic. Chin. 3 i. s. rasur. Cor. Cer. ebor. a 3 i. carn. vitul. a pingued. sep. lib. semis, fl. anth. M. i. rad. pæon. valerian. sylvestr. a 3 s. aq. font. Lib. x. M. f. inf. per xxiv. horas, tum ebul. ad consumpt. tertiae partis, colatura mane exhibeatur jejuno stomacho ad 3 vi. per xxiv. canticiter dies. Si lues venerea conjuncta sit, lignis adde antimon. crudi crassiuscul. contus. & nodul. inclusi. 3 iii. Reffid. quod est cum radic. gramin. lign. saffaph. a 3 i. s. Cinnam. integr. 2 ii. Aq. font. Lib. xii. ebul. usque ad consumpt. tertiae partis pro potu ordinario.

XVI. Ad cinnaberina tandem deveniendum.

XVII. Si venæ sectionem excipias, eadem fere methodo pertractandus est dolor capitidis a serosa colluvie, eos plerunque exercens, qui caco-chymi sunt, qui tumoribus pedum edematosis laborant, quibus feri, lymphæ per os, nares, aures excretiones suppressæ sunt.

XVIII. Purgantia, cephalica calida, extimulantia quevis in dolore capitidis, ut ajunt, calido in biliosa, & sicca temperie, adustisque corporibus omnino vitanda.

XIX. Solum his alvus lubrica servanda usu clysterum emollientium, ol. amygdal. dulc. f. i. r. e. Sero lactis tamarindato.

XX. Ubi vigiliæ intensæ urgeant, emulsiones ex femin. melon. quatuor frigidor. in aq. violar. nymph. lactuc. aut similibus cum nitri puriss. 3 i. additis interdum camph. gr. iv. & fyrup. violar., eximiam operam præstant.

XXI. In contumaci morbo ad serum lactis destillat. cum fumar. cichor. portulac. Boragi, vel succos earumdem plantarum ex juscuso tenui, balnea aq. dulcis, aquas nocerianas tepidas, stillicidia in affectam partem

170 DE COGNOSCENDIS, ET CURANDIS MORBIS  
ex hydrogola, in qua ebullient f. sambuc. lilio. albor. verbasc. mellilot.  
malv., deveniendum.

XXII. Si dolor capitis ab aliis morbis dependeat, jisdem est occurrens.

## C A P U T IX.

### De dolore Capitis.

I. **D**olor capitis est tristis sensatio nervarum, & membranearum partium capitatis a soluta continuitate &c.] A plerisque Veterum traditum est proximam, atque immediatam causam doloris esse divisionem continui, atque dissolutionem texturæ fibrarum humanum corpus constituentium. Hanc sententiam suis temporibus vigentem eradicare conatus est Alphonsus Borellus de mot. animal. par. 2. cap. 18. Ac primum quidem propos. 205. adversus eamdem ita arguit. Si dolor esset divisio continui, seu dissolutione texturæ fibrarum humanum corpus constituentium, nulla fieret in vivo Animali dissolutio texturæ ejusdem, seu divisio continui, ac nullus fieret dolor absque divisione continui: experientia autem contrarium evincit: siquidem in vivo Animali cum substantia ossium, tum viscerum fere omnium, ut Cerebri, Jecoris, Lienis sine dolore scinditur, phtisici sine ullo doloris sensu pulmonem expuunt, dolor aceritus obortus a contuso, puncto que nervo, aut tendine, si nervus, aut tendo ex integro scindatur, omnino cessat. Proximam igitur, ac continentem causam doloris non esse dissolutionem texturæ fibrarum nostri corporis, ac divisionem continui, perspicuum est. Præterea propos. 206. aliis rationibus eamdem impugnat, quarum præcipuae haec sunt. A simplici attritione festucae super verticem facta tristis sensatio exoritur, a forti imaginatione, a perturbationibus animi, gravissimi, ac fere intolerabiles dolores enascuntur. In his autem nullam fieri dissolutionem texturæ fibrarum corporis, ac divisionem continui, manifestum est. Quibus liquido constare existimavit aliunde, quam a divisione continui, ac dissolutione texturæ fibrarum corporis proximam, ac continentem causam doloris repetendam esse. Undenam vero repetenda sit ostendit propos. 207. atque illam quidem esse putat vellicationem in nervis factam. Quod a senioribus interpretibus hanc propositionem, & rationes ad examen sedulo revocantibus ita acceptum est, ut per vellicationem in nervis factam motum dissentaneum, & asymmetrum eorumdem intelligendum esse facile judicaverint. Et sane quid est cur eum id intellexisse non credas? Scimus opus hocce Alphonsi Borelli de mot. animal. posthumum esse, propterea si non certo statuere, saltem ad suspicandum vehementer adduci possumus multos errores in eo irrepsisse, quos forte emendasset præclarus auctor, nisi insigni rei litterariae damno tristi fato ereptus fuisset. Opera in manus hominum mittenda nonum, præcipit Horatius, premantur in annum. Membranis intus positis delere licebit, quod non edideris: nescit vox missa reverti. Ut ut autem res est, vel id intellexerit Borellus, vel neutquam, si ostendero in omni divisione continui fieri dolorem, & nullum fieri dolorem absque divisione continui, Borelli sententiam per se corruere nemo est qui non videat. Quod si ita res habeat, ecquis Veterum defensores continere poterit, quin adversus Recentiores Medicos altiori voce exclament injuria factum esse, ut quid quid ab Veteribus prolatum fuit, a Modernis novitatis amore illectis tamquam commentarium ejiciatur? Si quæ a Veteribus Medicis sunt tradita illustrentur, dici vix potest quanta perspicuitate, ac subtilitate sint dicta. Quod eo sane di-

co,

L I B. I. C A P. IX. 171  
eo, ut intelligent adolescentes solutionem continui longe diversa ratione ab ea, quam Borellus, aliquie ipsum sequuti existimarent, intelligendam esse. Qua in parte enituit Cl. Bellini solertia. Cum enim ostenderit sensum querilibet conjunctum esse cum tremore nervorum, idest alterna eorum contractione, & distractione; alternari autem distractionem, contractionemque fieri non posse sine mutato excursu ad contactum partium, ex quibus nervus componitur, neque hic excursus sine successiva contactum mutatione, idest sine solutione quadam, eo adductus est, ut crederet tunc cum solutio ista major sit, & vehementior, quam natura ordo postulet, validiorem quoque tremorem, tristemque sensationem excitari, quæ dolor nuncupatur. Si hoc modo intelligatur Veterum sententia, quid tandem esse potest, cur excludatur? Quo loco animadvertis velim perperam sumplisse sibi demonstrandum Borellum, nullam fieri divisionem continui in vivo animali absque dolore, ob id potissimum, quod substantia ossium, & viscerum fere omnium absque ullo dolore scinditur, & quod phtisici sine ullo doloris sensu pulmonem expuunt. Præterquam enim quod abstolare id affirmari neguit, accedit præterea id evenire, quod prædictarum partium substantia obtusissimo sensu est prædicta, ideoque licet scissa, ac soluta impar est ad validiorem tremorem nervorum, idest alternam eorum contractionem, & distractionem excitandam, quæ cum mutato contactu particularum, ex quibus nervus componitur, idest cum solutione, conjuncta est, unde nulla, aut fere nulla tristis sensatio, nullus dolor. Cum porro dicit falsum esse, nullum fieri dolorem absque divisione continui ob id potissimum, quod nata divisio continui interdum eamdem solvit exemplo nervi, aut tendinis contusi, aut pauci, qui dolorem acerimum parit, definit autem si totus scindatur, dici vix potest in quanta obscuritate versetur. Ecquis enim est, qui non videat dolorem plane cessare, quod tenuissima filamenta affectum nervum constituentia, cum ex integro scindantur, æqualiter distrahitur, contrahunturque, ideoque cessat in iis præternaturalis solutio continui, quæ ex inæquali alterna contractione, ac distractione eorumdem filamentorum oriebatur? A simplici attritione festucae super verticem facta, a perturbationibus animi, a forti imaginatione, cur solutionem continui nullam fieri dicat, omnino non video. Tantum enim abest, ut nulla fiat solutio, ut ex mea sententia vehementior fiat, quam natura ordo postulat, unde tristis sensatio, ac dolor. Cum enim tremores validiores in nervos inducere valeant, vehementiori pariter solutioni continui excitande pares esse manifestissima res est. Quid quod a sonis vehementibus non modo aurium, sed etiam aliarum partium corporis dolores, a coloribus vītū organa nimis ferentibus, a Solis radiis vīsus perturbationes, insignes capitū lēsiones, atque interdum convulsiones, ex odoribus gravibus, scēnūque maxime in fāminis totius corporis concussions, horrores, vomitus, sternutations non alia de causa enascuntur, nisi quod organa sensibus externis, internisque, ac motui fāmulantia nimis vehementer percelluntur, ac validiores nervorum tremores excitantur, atque abhinc vehementiori continui solutio proficietur? Sed erunt molesti quidam, qui a nobis querent, qua ratione hac admissa sententia explicari possit voluptatis differentia a dolore, cum explicari commodiſſime possit in alia Borelii affirmando voluptatem esse motum suavem, jucundumque, vel moderationem, cessationemque dissentanei, & asymmetri, qui dolorem excitabat: unde præclare ait Tullius 1. de finibus: *In omni re doloris amotio successionem efficit voluptatis.* Voluptatem enim, & dolorem differre inter se tantum secundum magis, & minus manifestum est. Cujus rei exemplum esse potest ignis, qui moderatus motum suavem, jucundumque excitat, quo voluptate afficiuntur, vehementes vero dissentaneum, quo afficiuntur dolore. Quod evidentissime expressit

Y 2

Plato

Plato in Phaed. quo loco Socratem retulit, simul ac denuntiata morte ex compedibus solutus fuit, crus contraxisse, atque inter fricandum dixisse: *Quam mira videtur haec res esse, quam homines voluptatem nominant, quamque miro se habet modo ad dolorem, qui ei contrarius esse videtur! Si quis enim alterum capit, fere semper alterum quoque accipere cogitur; quasi ex eodem vertice sint ambo conexa.* Rechte illi quidem; at quis non videt nominibus eosdem hærere? Nempe igne moderato voluptate afficiuntur, quod tremores nervorum, id est alterna eorum contractio, & distractio a particulis ignis excitata, quæ sine mutato contractu particularum, ex quibus nervus componitur, id est sine solutione quadam hæri nequit, placida, lenis, ac mitis est, si validior fiat, quam naturæ ordo postulat, validiorem quoque solutionem continui, atque hinc tristem sensationem exoriri necessum est: id quod evenire, si ignis immoderatus sit, manifestius quidem est, quam ut ullis rationibus possit comprobari.

Hactenus quæstionem explicavimus quid sit dolor, ut est affectio corporis, quod scire utile, ac necessarium est Medicis. Quærere quid sit dolor ut est affectio animi, non medicorum, sed metaphysicorum provincia est. Quæstionem explicavit luculentissime D. Augustinus lib. 14. de Civitate Dei cap. 15. quem sanores philosophi sequuti sunt, quo loco: *Dolores, inquit, qui dicuntur carnis, animæ sunt in carne, & ex carne, & quedam ab ejus passione diffensio, sive animæ dolor, que tristitia nuncupetur, diffensio est ab iis rebus, que nobis nolentibus accidunt.*

Dolor igitur ut est affectio animi nihil aliud esse videtur, quam diffensio animæ a tremoribus illis validioribus nervorum, qui continuatatem tenuissimum filamentorum eosdem constituentium vehementer solvunt. Cum enim Mens mere spiritualis sit, per se, & proprie nullis cieri posse validioribus tremoribus, seu quod eodem recidit, nullam pati posse divisionem continuu manifesta res est. Cum vero Mens conjuncta sit corpori, atque illud tueatur, teatrumque conservet, validioribus ejus tremoribus, vehementioribusque alternis nervorum contractionibus, ac distractionibus non dissentire non potest.

II. *Causæ remotaæ sunt perversa earumdem partium structura, atonia &c.*] Quacumque ratione vitientur solidæ partes, vel quod ipsarum structura lœdatur, vel quod ab eutonia recedentes nimis laxæ fiant, vel adstrictæ, liberum, facilemente humorum per vasa circuitum impediri contingit, secretionem, excretionemque per destinatos a natura ductus, ac meatus depravari, serum, lympham aliqui hærere, atque eam acrimoniam nancisci certis, statisque temporibus, qua tenuissima filaments nervea vellicantur, atque in validiores tremores adigantur, unde solutio continui, ac dolor.

*Nimia copia sanguinis, rarescentia, auctus ejusdem motus &c.*] Vitia solidorum partium, fluidarum vitia sequuntur. Sive autem copia peccet sanguis, sive nimia expansione, ac rarescentia, ob id potissimum dolorem parit, quod in tantam molem excrescit, ut intra naturalis diametri vasorum sanguiferorum capacitatem libere fluere nequeat. Quapropter eorumdem latera nimis distendi contingit, atque fibras, nerveaque filaments tunicas vasorum constituentia plus & quo a fe invicem distrahi, hinc solutio continui, hinc dolor. Ad nimis auctum motum sanguinis in caput quod attinet, dupli de causa dolorem parit, tum quod magna vi in vasorum latera impingit, atque nerveas tunicas in vehementiores contractiones, distractionesque sollicitat, tum etiam quod insignem partium, quibus componitur, collisionem, attritionemque patitur, unde rarefit, exfolvit, amplioremque diametrum exposcit, unde violenta distractio, ac continua solutio.

*Crassities, visciditas, lentor.*] A crassitie, visciditate, ac lentore sanguinis con-

continuitatem fibrillarum nervearum solvi nemo insciabitur, qui sedulo perpendit sanguinem ita constitutum per vasa omnia difficultime fiuere, atque ea præfertim, quæ minima fere vi elastica sunt prædicta. Cum ejusmodi sint vasa cerebri, facile iisdem adherere, atque eorumdem latera nimis distendendo vehementiores tremores, atque continua solutionem parere adeo manifesta res est, ut manifestior sit nulla. Quo loco illud animadverti velim, mirabilem in suis operibus naturam vasa Meningum variis anastomosibus juncta efficiisse, ut si forte sanguis per ramum aliquem libera circulatione trajici non posset, per alterum liberrima posset. Id quidem sanguine naturaliter constituto. Si vero sanguis crassitie, visciditate, lentore peccet, quis non videt infaretus, obstructiones, atque abhinc prodeentes gravissimas affectiones excitari debere? Atque hanc quidem philosophandi rationem confirmant observationes in cadaveribus institutæ eorum, qui diuturnis, ac contumacibus doloribus capititis obnoxii fuerunt. Venas enim, & arterias nimio sanguine repletas, pariterque Meninges ob violentiam distractionem sideratas apparuisse Bonetus, aliique præstantissimi Anatomici testati sunt.

*Tenuitas nimia, acredo.*] Quotiescumque sanguis nimia tenuitate, atque acredine peccat, manifestum est per vasa sanguifera capitum circulantem tenuissima nervea filamenta tunicas eorumdem vasorum constituentia mordere, pungere, in inordinatos, irregulares, violentosque tremores proritare, unde continuatatis solutio, ac dolor.

*Serosa colluvies.*] Num vasa lymphatica in Cerebro, atque Meningibus existant, dubitant Recentiores Medici. Ea certe nondum se observavisse fatentur. Ea autem revera existere verosimile putant nonnulli ob id potissimum, quod tot sint glandulae excretoriae, quæ vix concipi possunt sine lymphaticis vasis. Vel autem existant, vel neutiquam, illud negari non potest plurima esse in Meningibus emissaria, a quibus serum sensim sensimque separatur, & in cavitates depluit. Quotiescumque igitur nimio sero ea abundant, nimis dilatari perspicuum est, distendi, ac continuatatem nerveorum filamentorum, quibus conflata sunt, tolli, unde dolor. Quod si effusus jam sit serosus humor, nemo est, qui non videat diuturna mora acredinem facile acquirere, qua nervea filamenta vellicantur, punguntur, & in validiores contractiones, distractionesque coguntur, unde continuatatis solutio, ac dolor. Hujuscemodi rei pariter locupletissimos testes habemus Bonetum, qui in vitro quodam dolore capititis mortuo plusquam libræ tenuissimi seri inter duram, & piam matrem effusæ invenit, eodemque ventriculos cerebri, & glandulam pituitariam repletam; Riverium obs. 37. cent. 1. nec non M. N. C. D. 2. an. 10. obs. 3. quorum historias, cum eodem fere recidant, brevitatibus gratia prætermittit.

*Vermes, calculi, ossicula &c.*] Vermes haud infrequenter dolorem capitum parere solent. Id autem efficiunt, quod motu violento, vel erosione, vel aspera superficie nerveas fibrillas vellicant, irritare, validioresque nervorum tremores excitare habent, unde continuatatis solutio. Id quod pluribus cadaverum distinctionibus innotuit, & Cl. virorum Foresti, Schenchiæ, aliorumque testimonio confirmatur.

Ex calculis pariter, ossiculis, tumoribus, pure, abscessu, aliisque similibus vitiis gravissimos, ac diuturnos capitum dolores obortos adnotarunt Cl. Bonetus, & Willius de an. brutor. aliique, ut cum constantia in hisce rebus, tum ne frequentia quidem minime desideretur.

*Ventriculi, aliorumque viscerum affectiones.*] Nullus fere morbus inveniri potest, in cuius explicatione in memoriam revocandum non sit, quod toties inculcavimus, eam esse inter nervosas partes connexionem, ut una affecta aliae quoque

## DE COGNOSCENDIS, ET CURANDIS MORBIS

que licet longe distit afficiantur. Quo loco minus mirari subit ventriculi, aut aliorum viscerum tunicis vellicatis, prioritatisque caput etiam in consensu trahi, & dolores gravissimos excitari. Violentæ enim nervearum fibrillarum tunicas ventriculi, aliorumque viscerum constituentium contractiones, distractio[n]esque, ortaque hinc continuat[us] solutio per nervorum ductum usque in cerebrum propagatur, & Meningibus, nerveisque tunicis communicatur, hinc dolor. Quamquam non potest diu ventriculus, aliaque viscera male habere, quin pravi succi generentur, atque in sanguinis massam invehantur, sanguis crassus, viscidus, lensusque fiat, vel acris, hinc qua obstruendo vasa capitis, qua nerveas fibras mordendo, pungendoque continui solutionem pariat, unde dolor ex totius corporis intemperie excitetur.

III. *Ratione causarum dolor capitis in tensivum, gravativum &c.*] Pro vario modo, quo fibrarum nervearum continuitas solvit, variæ doloris species extoruntur. Varie autem solvit pro varietate causarum easdem fibras afficiuntur. Ubi copia sanguinis peccet, dolor plerunque gignitur tensivus, cum vide licet pars distrahi, distendique videtur, ea prorsus ratione, qua Abdomen in colla flatuenda, eumque non ad aliam causam aptius retuleris, quam ad vasorum sanguiferorum distentionem, distractio[n]emque violentam. Interdum etiam ab hac causa fit pulsativus, in quo videlicet arteriæ pulsatio simul percipitur: atque ille quidem ob id potissimum, quod vasa sanguifera in violenta distensione diu manere non possunt, quin tandem eamdem ægre ferentia contrahantur, impedianque, ne sanguis per vasa minima fluat, unde nitens ille quaquavsum arterias validius urgeat, sive pulsus, qui in naturali nullus appetet, commode jam percipiatur. Idem plane dictum velim de nimia expansione, ac rarefentia sanguinis, deque aucto nimis ejusdem motu in caput. Utraque enim de causa, & nimis distenduntur vasa, & liber sanguinis excursus impeditur, unde dolor tensivus, & interdum pulsativus exoritur. Gravativus dolor, sensum nimirum afferens quasi ponderis gravantis, ac prementis, efficitur præfertim a materia crassa, & viscida cerebrum infarciente. Hæc tamen eadem causa pulsativum valet progignere, si obstruens vasa liberum sanguinis excursum prohibeat.

Pungitivus, seu qui sensum afferit ei persimilem qui ab acu, aut cuspide aliqua acuta pungente afferri solet, fit potissimum a sanguine nimis tenui, atque acri nerveas fibrillas mordente, ac fere erodente. Tantus quandoque morsus est, atque erosio, ut in spasmos proritentur, liber idcirco sanguinis excursus prohibeat, atque hic dolor pulsativus subsequatur. Colluvies serosa gravativum dolorem excitat; si tamen diurna mora extra vasa serum acre evaserit, nerveas fibrillas pungendo pungitivum procreat.

IV. *Ratione sedis in idiopathicum, & sympatheticum.*] Si causa dolorem efficientes immediate operentur, qua obstruendo, qua vellicando, qua pungendo, qua convellendo, in solidas capitis partes, dolor dicitur per idiopathum, seu per efficiam fieri: si vero aliunde proveniat, puta a ventriculo, utero, aliisque visceribus male affectis, dicitur per sympathiam, seu consensum oriri. Quæ distinctione plerique aliis morbis congruit, præfertim Melancholiæ, Epilepsiae, & similibus. Atque hoc etiam loco illud animadvertisendum est, perpperam a plurisque Veterum Medicorum traditum esse, dolorem capitis per consensum, seu sympathiam fieri a pravis humoribus in ventriculo, utero, aliisque visceribus existentibus, quasi ex minera ad caput elevatis, ut fuse ostendimus cap. de Epilep. com. in aph. 4.

*Idiopathicus rursus in internum, & externum.*] Nemo ignorat partes caput constituentes alias internas esse, alias externas. Ad internas spectant Meninges,

vasorumque membranæ alte penetrantium substantiam Cerebri; ad externas vero membranæ cranium obvolventes &c. Si Meninges, & vasorum membranæ cerebrum alte penetrantium afficiantur, dolor vocabitus internus; si membranæ cranium obvolventes, externus, Meninges, inquam, & vasorum Membranae Cerebrum alte penetrantium: nam substantia Cerebri omni fere sensu caret; hinc est magnas illius portiones a Chirurgis scindi sine ullo dolore.

V. *Uterque in univeralem, & particularem: iste quidem in hemicraniam &c.*] Ex eodem fonte aliæ doloris capitum differentiæ emanarunt. Vel enim universum caput afficitur, & partes quæ in crano continentur, vel peculiaris tantum pars. Si dimidia tantum pars capitis, dextera scilicet, vel sinistra, dolor hemicrania dicitur, quæ doloris species diurna, & contumax esse solet: Si vero una tantum pars inter futuram sagittalem, & temporalem, ovum appellatur, quæ porro species facile remittit. Tandem si minor etiam pars afficiatur, quam quæ ovi magnitudinem æquet, dolor ipse clavi nomine insignitus fuit, hysteris præfertim Mulieribus familiaris, unde orta in illis clavi hysterici denominatio diu, assidue, atque vehementer easdem exercens.

Ille vero in Cephalalgiam, Cephalæam. ] Ad dolorem quod spectat, qui universum caput occupat, vel recens est, & mitis, ac cephalalgia simpliciter dicitur; vel antiquus, vehemens, & peculiaris nomine Cephalæa vocatur. Quæ doloris species levi quacumque causa sensuum organa percellente exacerbatur, ut quam plurimæ profest historiæ, ægros nec ullum strepitum, nec lucem, nec odores suaves, foetidosque paullo vehementiores, nec corporis motum, nec corporum celeriter circumactorum, & excurrentium, nec capitidis inclinationem, nec vini potum ferre posse. Cum enim hæc omnia validiores tremores in nervos excitent, vehementiorem quoque continui solutionem, tristemque sensationem progignunt. Ex quo liquet perpperam a nonnullis Cephalalgia nomen generice omnibus capitidis doloribus tribui, cum ratione diurnitatis, ac vehementiæ differant inter se.

Cephalæa tandem &c. in continuam, & periodicam. ] Animadversione dignum est Cephalæam quandoque per intervalla, certosque periodos recurrere, & invalefcere, ut non desint observationes, quosdam oriente Sole incipientes dolores capitidis circa meridiem ingravescere, alios nocturno tempore, alios quolibet tertio, quinto, octavo die, quosdam ad Lunæ phases, aut certis anni tempestibus ægros dire exercere. Undenam autem certa hæc periodorum, ac recursuum ratio repetenda sit, arduum, ac perdifficile explicatu judicaverim; nihil tamen minus qui rem paullo diligentius ad examen revocaverit, haud majorem difficultatem in hoc negotio offendet, quam in exponentibus febrium intermittentium periodis, quarum aliæ singulis, aliæ alternis, vel tertia, quartaque die redire solent, ut quintanas, sextanas, & nonadas febres mittam, que apud Hippocratem, aliosque Scriptores leguntur. Cl. Bellinus, ut explicaret quæ de cauâ intermittere soleant febres, & per certa temporum intervalla recurrere, affirmare non dubitavit id potissimum evenire ex eo, quod lentus fomes certis temporum intervallis cumulatus ad capillares arterias ita post ab iisdem disjicitur, & transit in venas, ut nulla ejus portio minimarum, capillariumque arteriarum extremitatibus impacta remaneat, ideoque ab illius infarctu eadem liberentur. Quæ dum fiunt liberum excursum sanguini dari contingit, lento remque in frusta variæ magnitudinis, & figuræ dividi, & a fluidissimo sanguine pelli ad latera vasorum (quod plane in fluminibus accidere videmus, cum fluidissima aqua rapido motu fluens limum, & arenam in fundum, & ad ripas deponit) adhærentem autem lateribus vasorum celerius, aut tardius percurrere vias sanguinis, & ad capillares arterias recolligi pro conditione lensoris ejusdem

dem magis, aut minus fluxilis, sive ad motum expediti, unde brevius, vel longius temporis intervallum a febre vacuum, in quo scilicet sanguis naturali modo movetur, relinquitur.

Tametsi justis laudibus æquare non valeam, quæ de lentore sanguinis, qui in omni febre intermitte gignitur, ingeniose tradit Bellinus, parcat tamen si in suam non eo sententiam, cum docet lentorem hunc integrum manere. Cum enim incredibilis fere sit cordis, pulmonum, & aeris inspirati vis ad sanguinem solvendum ( id quod manifestum reddit chylus, qui harum virium momentis in sanguinem vertitur ) captu perdifficile est, quomodo lento minime solvatur. Præterea vel non solvatur lento, & in frusta varia magnitudinis, & figuræ vias sanguinis percurrat, cum non minus tenuia sint vasa pulmonum, per quæ certe traci debet, priusquam ad arterias denuo cumuletur, quam sint arteriae ipsæ capillares totius corporis peripherie, quæ potest cur non Dyspepsia potius, inflammatio, strangulatio, quam frigus febrile generetur. Huc accedit vix, ac ne vix quidem concipi posse, quomodo a lentore sanguinis oriri possit post frigus calor febrilis, & quomodo frustula lento, quæ efficiunt e. gr. febrem quotidianam, mutari queant in illa, quæ febrem tertianam, quartanam procreant, unde mutua febrium convercio. Sed quod magis est, arduum explicatu est, qui fieri possit, ut si prima accessio cum Cardialgia, aut Vomitum, aut Cephalalgia conjugatur, ceteræ item iisdem symptomatibus stipatae recurrent. An consistere posse credas pravos humores in ventriculo, in capite, qui varie inordinateque concutendo nerveas fibrillas, cardialgiam, vomitum, hemicraniam, aliasve similes affectiones excitant, quin ad peculiare solidarum partium vitium configias? Sed hac de re plura ubi de febribus, interim silentio illud minime prætereundum est, optime hac in re sensisse Galenum, quem postea Ferrelus, Sennertus, ac plerique Recentiorum, Sylvius de le Boe, & Borellus, aliqui qui de febribus accurate scripsierunt, sequuti sunt, existimantem ad febrium phænomena particularia explicanda necessario configiendum esse ad particulare solidarum partium vitium, quod sit sedes, & focus ipsiusmet febris. Focus porro iste a vitio plerunque ventriculi, vel hepatis, vel lienis, vel pancreatis, vel aliarum glandularum desumitur, quo fit ut materia morbifica iisdem visceribus collecta certo, statoque tempore in sanguinem introducatur, ac febrilem paroxysmum excitet. Plerumque, inquam, a vitio ventriculi, vel hepatis: Remanere enim potest eadem materia morbifica in sanguine ob obstruktionem emissariorum ductuum, ac meatum, qui ejusdem secretioni a natura comparati sunt, vel eidem ingenerari ob id potissimum, quod viscus aliquod laboret atonia, aut laxitate, aut adstrictione, quo fit ut sanguis consistens, herensque vitium capiat, ac paroxysmos febriles excitet. Quæ cum ita sint, quidni licet conjectare recrumenta quedam sensim in capite colligi, ob peculiare vitium, quæ certis, statisque temporibus partes ejusdem fibrosas, ac membranas moleste afficiant, validioresque tremores excitant, unde continui solutio, ac dolor?

VI. *Causæ antecedentes sunt aer intemperatus, & præsertim austrinus, borealis.* ] A ventis australibus aerem rarefieri thermometra preclare ostendunt. Liquor enim iisdem contentus altius attollitur, indicio manifestissimo, aerem ipsum rarefacere; ab iisdem pariter aerem leviorum fieri manifestum reddunt Barometrya: Mercurium enim descendere observamus, indicio manifesto minorem pressionem contra eumdem exercere. Cum ergo ita res habeat, ab aere calido, & parum gravi sanguinem plus equo expandi contingit, ac vasa Cerebri distendi, hinc dolor capitis. Rarescere sanguinem ab aere summe dilatato, & raro, ac nulla fere elasticitate prædicto experimentis, quæ in machina pneumatica fu-

mi solent manifesto evincitur. Si enim sub recipiente Animalia viva reponantur, extracto aere intumescunt; siquidem aer, qui in Animalium visceribus, & fibris continetur, sublata externi aeris pressione, sepe expandit, & Animalia intumescere facit. Huc accedit flantibus ventis australibus poros, ac meatus cutis facile obstrui, ac materiae perspirabilis, halitumque calidorum exhalationem impediri, hinc aucta sanguinis, humorumque massa, vasa distendi, nerveas fibrillas divelli, hinc dolorem excitari. Obstrui autem ductus, ac meatus cutis facit potissimum aer aqueis particulis refertus in tali ventorum constitutione. Apte in rem cadit quod tradit Hippocrates aph. 5. sect. 3. *Austri auditum hebetant, illique graves sunt, caliginosi, & tenebrosi, nec non capitum gravitatem, sequentem, seu lentitudinem, & corporis laxitatem adferunt.* Quo loco minus mirari subit, ut refert Galenus de theriac. ad Pif. cap. 2. quemdam ex suis sodalibus in lecto cubantem solitum divinare, quis ventus spiret, nam quoties gravari sibi caput sentiebat, statim dignoscebat ventum austrum esse. Obstruunt & venti boreales nimis vehementer flantes. Eadem ergo de causa dolorem capitum exoriri adeo manifestum est, ut probatione nullatenus indigeat. Sed ultrquam quod obstruunt venti boreales, particulis præterea, quibus scoti sunt, nitrosis fibrillas cutis vellicant, pungunt, ac vehementer adstringunt, liberumque sanguinis excursum per extrebas capillares arterias prohibent, hic autem nitens quaqua versum in eorumdem latera fortius impingit, hinc dolor. Nimis, inquam, vehementer flantes: secus enim si modum servent, saluberrimi venti sunt, ut liquet ex Plin. hist. natur. ex Hippocrate sect. 3. aph. 17., ex Celso lib. 2. cap. 1. sect. 20. ex Verulamio in hist. ventor.

*Insolatus, vini, liquorumque spirituorum abusus.* ] Insolatus non solum fibras capitum duras, arescentes, ideoque ad oscillandum minus promptas reddit, sed sanguinem assat, atque congelat, qui propterea facile subsistit, & obstructionem facit, unde continui solutio, ac dolor. Quamquam ab insolatu levi, nec diuturno capitum fibrilla potius laxantur, sanguis rarefit, atque expanditur, hinc contraria fere ex causa continui solutio, ac dolor. Dum vinum, atque spirituosi liquores immoderate sumuntur, ob id potissimum dolorem capitum excitant, quod sulphureis, quibus scatent particulis sanguinem rarefaciunt, atque exsolvant, hisce vero exhalantibus, acidis, terrestribusque remanentibus, eumdem cogunt, figunt, viscidum, lentumque reddunt. Sanguinem porro vel plus justo rarescentem, vel crassum, viscidum, lentumque continuatatem fibrarum nervearum capitum solvere, ex dictis adeo manifesta res est, ut manifestior sit nulla.

*Somni vel deficiente, vel immoderati.* ] Quemadmodum somni naturalis utilitates non paucæ sunt, ita deficiente, aut immoderati noxæ haud exiguae, levesque. Si enim de somno deficiente fermo sit, tenuibus avolantibus particulis, oleofisi, ac balsamicis dissipatis, acres, vellicantesque in eodem cumulari, salinas, terrestres congregari contigit, nerveas cerebri fibrillas morderi, varie, inordinateque concuti, unde continui solutio, ac dolor. Quæ quidem inordinata concussio tanta quandoque est, ut delirium, ac convulsionem non raro progignat docente Hippocrate aph. 28. sect. 7. Somno immoderato solidarum partium tonus majorem in modum infirmatur, sanguis humoresque crassi, viscidii, lentique fiunt, unde cum ægre fluant per vasa corporis universa, tum difficillime excurrunt per vasa capitum, maxime cerebri, quæ mollia sunt, ac nulla fere elasticitate prædicta, ut mittam horizontalem decubitum efficere, ut sanguis multo facilius in caput effatur, præ crassitate autem, ac lento facillime subfistere, obstrukiones progignere; unde capitum dolor.

*Exercitationes corporis nimis violentæ &c.* ] Quomodo vehementes corporis motus dolorem capitum progignant, facillimum explicatum est. Cum enim musculi ni-

mis frequenter, ac fortiter contrahantur, relaxenturque, sanguinem exagitare habent, ac vehementer commovere, qui propterea rarefit, atque expanditur ea ratione, qua vasa capitis distenduntur, unde continui solutio, ac dolor. Quamquam si violenti fuerint, ac diurni, tenuibus ejus partibus, volatilibus, sulphureisque exhalantibus crassiores remanent, hinc crassus, viscidus, lentusque fit, ac propterea in vasis capitis facile subsistit, atque obstructionem efficit, unde dolor.

*Vita deses, & otiosa.*] Quid si solidarum partium tonus languescat, aut plane definit? Sanguinem nimirum, humoresque crassos, viscidos, lentoisque fieri tam nota res est, quam quæ notissima. Quemadmodum corpus moderato labore firmatur, ut Hippocrates lib. de dieta 5. 28., ac Pechlinus lib. 2. obs. 34. testati sunt, ita dici vix potest, quantum flaccescat ignavia, atque otio. Cum Socrates animadvertisset aquas desides putrefactare, ad credendum vehementer adductus est eadem ratione corpus humanum otio, atque ignavia corrumphi; quod apte expressit Ovidius in sexta missa, de Ponto eleg. ubi ait:

*Cernis ut ignavum corrumpant otia corpus,*

*Ut vitium capiant, ni moveantur aquæ?*

Hinc saepius saltitare solitum fuisse Socratem testis est Laertius.

*Animi affectus graviores.*] Nemo ignorat in ira spiritus agitari, cor, & arterias crebrius, fortius, & si vehementior fuerit, etiam inæqualiter contrahi. A violento motu cordis, & arteriarum sanguinem atteri, fundi, rarefieri perspicuum est. Sanguinem plus justo rarefcentem dolorem capitis ciere ex dictis adeo manifestum est, ut nihil supra. Quod si de profundis meditationibus, deque intensis studiis sermo sit, quis est, qui non videat spiritibus in cerebro detentis corrugari ejusdem fibras, seu vehementius quam par est tendi, atque obrigesce-re, liberum sanguinis, atque humorum per ipsius vasa excursum præpediri, obstrunctiones, infarctus, distensiones, divulsionesque præternaturales exoriri? Quod si diurnæ, ac violentæ fuerint, cum nervæ capitis fibræ, atque ex præsertim, quæ duram, ac piäm Matrem constituant, ob violentiam contractionem, atque distractionem, majorem in modum laxantur, tum reliquæ partes, ac viscera, spiritibus alio avocatis, debito eorumdem influxu defluita functionibus suis rite obeundis inepta redduntur, secretiones omnes, excretionesque pervertuntur, humorum textura, ac crasis vitiatur, unde dolores capitis ex totius corporis intemperie exoriuntur.

*Omnia, quæ sensus nostros, visum, auditum, olfactum percellunt.*] Haud infrequens est a rebus, quæ sensus nostros percellunt, dolores capitis exoriri. Quæres ansam dedit Cl. viris Borellum sequitis ad statuendum causam proximam, & continentem doloris neutiquam in solutione continui collocandam esse, sed in diffinanteo, & asymmetro motu nervarum fibrarum. His tamen satisficeris nisi sumus afferentes cum Bellino per solutionem continui validiores tremores, alternam scilicet nervorum contractionem, & distractionem, quæ sine mutato contactu particularum, ex quibus nervus componitur, idest sine solutione quādam fieri nequit, intelligendam esse. Si igitur a rebus visus, auditus organa percellentibus validiores tremores, vehementioresque contractions, ac distractio-nes excitentur, validiore quoque continui solutionem exoriri, atque hinc dolorem subsequi necessum est. Exemplo sint odores fortiores, vel suaves, vel foetidi, a quibus præ cæteris dolorem capitis excitari experimur. His enim nervæ filamenta narium membranam Scheneidherianam ab ejus inventore dictam constituentia exquisitissimo sensu præditam ob insignes nervorum ramifications, quæ a dura Matre in eamdem parquentur, vellicantur, atque in similem tensionem, contractionemque eamdem adiungunt, hinc dolor.

Lues

*Lues Venerea, mala exhiis conformatio.*] Veneni celtici est acres, vellicantes, erodentesque particulas viscido tenacissimo involutas in sanguinem introducere, eumque ea ratione inficere, qua infarctus, obstructions in cariem ossium degenerantes subsequantur. Gravissimam Cephalalgiam a carie ossis frontalis tumori cuidam celtico suppurato superveniente obortam vidi Bononiæ in Xenodochio S. Job, ejusque curationem felicissimam a præstantissimo Medico, ac Chirurgo Jo. Galli ossis frontalis portionibus sensim, sensimque scalpello excisis, donec totum detractum fuerit. Nobilem quemdam virum eadem ratione Parisiis curatum novi.

A mala capitis conformatione in primordiis vitæ, Meningum crassitie, & futurarum constrictione, ac relaxatione graves, contumacesque dolores capitis obortos tradiderunt Hippocrates, & Celsus; quod pariter in iis, qui caput acutum habent notavit Galenus 6. Epid. com. 1. t. 3. In his nempe sanguinis, humorumque liber circuitus per vasa capitis perturbatur, unde obstructions, distensiones violentæ, distractio-nesque nerveorum filamentorum, atque abhinc dolores excitantur.

*VII. Idiopathicum dolorem, & internum illum esse censendum est, qui nullis ventriculi &c.*] Dolorem capitis idiopathicum internum ab externo distinguunt Galenus, quod internus ad oculorum radices pertingat, quo nempe dura Mater porrigitur, externus vero non item. Cum enim doloris interni sedes in membranosis partibus Cerebri, dura præsertim Matre statuenda sit, fieri vix, ac ne vix quidem posse putat, ut eæ violenter corrugentur, contrahanturque, quin corrugationis, ac contractionis sensus ad ejus radices propagetur. Verum qui rem paullo diligentius ad trutinam revocarunt, nulli firme fundamento inniti Galeni sententiam invenerunt, cum ob alias rationes, tum ob hanc potissimum, quod haberi idem sensus queat, si valorum membranæ cerebrum alte penetrantium afficiantur. Quid quod Pericranium succingit oculorum orbitas, efformataque primam eorumdem tunicam adnatam, conjunctivam dictam? Quare optime sensisse visi sunt, qui a nulla apparente lesione ventriculi, aut aliorum viscerum imi ventris potissimum, tactu ipso idiopathicum, internumque dolorem a sympathico, & externo distinguunt affirmarunt. Internum tactu, & pressione mutari non posse vel lippis, ac tonsoribus notum est.

*VIII. Haud infrequens est utero affecto solum verticem capitis &c.*] Non defuere, qui ex loco, in quo situs est dolor, cuius partis vitio ille fiat, altius, ac subtilius divinare voluerunt. Ita Cl. Joubertus dolores capitis ab utero affecto prodeuentes posteriorem capitis partem, & verticem, a ventriculo vero anteriorem vexare se frequentibus observationibus deprehendisse testatus est. Langius ipse lib. 1. epist. fatetur se frequenti experientia compertum habuisse, utero affecto solum verticem capitis prope futuram coronalem, ubi glaciei frigus, & pondus se sentire afferunt, lege quadam consortii condolere. Quod postea & Baglivii, aliorumque observationibus sic confirmatum est, ut dubitandi locus nullus supersit, ut ut Bellinus id inficiaverit.

*IX. Dolor capitis certis, statisque temporibus recurrens &c.*] Dolorem capitis, qui certas habet periodos, qui certis Lunæ phasibus, certis anni temporibus recurrit, a perversa solidarum Cerebri partium structura, aut atonia originem mutuari supra ostendimus.

Fit enim exinde, ut humores sensim sensimque cumulerant, atque eam acrimoniæ acquirant diuturna in eodem mora, qua nervæ fibrillæ varie, inordinateque concutiantur, ac præternaturalem continuo solutionem patientur, unde dolor. Ubi autem ab hisce causis oriatur dolor, nullam medicinam præter mutationem ætatis, locorum, & temporum, qua fit, ut solidæ partes a peculiari

Z. 2

vitio

vitio recedentes naturalem eutoniam adipiscantur , sanare illum posse manifestissima res est . Qui plura ad prognosim facientia videre cupit , legat præ ceteris Hippocratem in aphor. in prorrhetic. in coac. , a quibus superfedemus , ne diuitius quam par est in morbi physiologia immoremur.

**X. Ubi morbus ex plenitudine sanguinis , atque impetu in caput exoriatur** *Oc. sola venæ sectione* *Oc.* ] Quamplurima sunt , quæ plenitudinem sanguinis tollere possunt . Emetica , cathartica , diaphoretica , diuretica , emissaria artefacta , inter quæ fonticuli , setacei , vesicantia , aliaque id genus etinrent . Hisce tamen palmarum præripit venæ sectio ab Hippocrate , Galeno , aliisque hodie florentissimis Medicis celebrata quam maxime , quidquid alii senserint cum Chryslippo , Aesclepiade , Erasistrato , novissime vero Helmontio , qui eandem damnarunt , & quantum illis fas fuit de medio tollere conati sunt . Cujus rei ratio potissima esse videtur , quod omnium promptissime , ac tutissime plenitudinem sanguinis tollit . Ecquis est , qui non videat secta venæ , aut arteria momento fere temporis insignem sanguinis quantitatem educi ? Cætera evacuantia præterquamquæ non adeo prompte materiam sanguinis minuunt , accedit præterea alia extimulando agere , alia etiam acres , urentesque particulas in sanguinem introducendo , unde totum nervosum genus mitrum in modum percelli contingit ; cor , vasa sanguifera validius , & fortius contrahi , hinc sanguinem exagitari , fundi , rarefcere , ejus principia solvi , unde aut disruptiones vasorum ; aut graviores morbi facile subsequuntur . Venæ sectionem remedium esse doloris capitū ab impetu sanguinis pendentis non omnes facile dixerint . Cum enim detracto sanguine augatur ejus velocitas , augeri morbi causam , aut confirmari arbitrantur . Qui quanta in obscuritate verfentur dici vix potest . Distinguenda enim est velocitas sanguinis ab impetu . Velocitas siquidem , ut ex physicis liquet , est promptissimo ad percurrentem certum spatium certo tempore . Impetus vero est massa multiplicata per velocitatem . Ita si velocitas e. g. sit 4. massa sit 3. impetus , seu mavis quantitas motus cum Volphio erit 12. Possunt autem diverso impetu duo corpora eadem velocitate moveri . Fac nempe globulum sphæricæ figuræ plumbeum , & ligneum eadem mole præditos æquale velocitate moveri , impetus in plumbeo tanto debet esse major , quanto majorem habet massam . Habet autem plus massæ , quia plus materiæ , quam ligneus . Solum moles , seu volumen æquale est , quod a physicis non consideratur . Tanto ergo major erit impetus in plumbeo , quanto major proportio materiæ ad materiam . Quod etiam ad experimentum illustratur . Si enim adversus plumbeum , & ligneum globulum moveantur corpora , quæ vires inter se æquales habeant , ictus erunt diversi ; maximum quidem recipiet unum ex his corporibus a globulo plumbeo , minimum e contra recipiet alterum ex ligneo . Fluida ergo nostri corporis possunt eadem velocitate diverso impetu moveri , prout majorem , minoremve habent massam . Quibus sic constitutis licet colligere nominibus hærere , qui detrahendum non esse sanguinem sustinet , ubi nimis sit impetus sanguinis in caput ob id potissimum , quod cum augeatur sanguinis velocitas , augetur morbi causa . Quid enim quod velocitas ab impetu sit distinguenda ? Quare licet detrahe sanguine augeatur sanguinis velocitas , materiam tamen , seu massam sanguinis minù manifestum est . Cum autem massam minuimus , impetus quoque imminui debere necessum est . Hoc autem imminuto morbum sedari manifestius quidem est , quam ut ullis rationibus possit comprobari .

**Ex brachio , & si suppressi sint improviso menses , vel hemorrhoides , ex pede .** ] Sanguinem in dolore capitis ex superioribus partibus detrahendum esse facit potissimum hæc ratio . Cum sanguis in vasis facile subsistat , minimam fere eadem vim habent se contrahendi : si igitur a locis parti affectæ proximis sanguis detra-

detrahatur , promptissime caput exoneratur , hinc vasa depleta validius , & fortius se se contrahentia , quod adhæret lateribus eorumdem dimovent , ac circulo restituunt . Tunc solum a partibus longe a capite diffitis detrahendus est sanguis , cum ab his ad caput insignis est ejusdem affluxus , quod tunc contingit cum suppressi sunt improviso Menses , aut Hemorrhoides , ut idem saltem per aliquod tempus cohabeatur , quo tempore depleta vasa poterunt a distensione liberari , atque hac ratione morbus tolli penitus , vel plurimum saltem imminui . Vid. cap. i. com. in aph. 15.

**Tandem ex jugularibus , vel arteria temporali .** ] Magnam fieri a parte affecta revulsionem , cum vena tunditur proxima arteriæ , quæ proxima sit arteria partis affectæ , ostendimus loc cit . Si secetur vena basilica brachii , magnam fieri revulsionem , si jugularis externa , maximam : hinc est in gravissimis capitis affectionibus ad eiusdem sectionem deveniendum esse , quo solo remedij genere certo , feliciterque debellari compertum est . Quid de sectione arteriæ temporalis dicendum ? Tanti enimvero facienda est , ut si quid sperari in summa rerum angustia possit , & in desperatis hemicranis , ab hoc uno remedii genere sperari jure merito possit . Cujuscce rei locupletissimos testes habemus , præ ceteris Cl. Turnerum , qui Hemicranis deploratissimis oppressos , aliis omnibus incassum tentatis , feliciter liberatos fuisse testatus est . Quo loco animadvertisendum est , quod notat Willius sectionem arteriam facile callum inducere , ex quo sit , ut cavitas , & diameter minor fiat , parumque sanguinis ad affectam partem vehere possit , hinc materia morbum faciens partim exhaleretur , partim a venis absorbeat . Quod quidem confirmatur exemplo illorum , qui tumores equorum curant . Arteriam enim ad tumescentem partem filo ligant , atque humorum ad eamdem derivationem præpediunt , quo fit , ut a tumore liberentur . Id quod Arvæ scyrrhosos tumores curanti solemine fuisse notum est . Solet porro arteria temporalis transversim secari , idque felicius , quam ubi pungitum incidit ; sic enim magis coeunt divisa arteriæ partes , sanguis iuxta quantitate educitur , vulneri postea adstringentia albumine ovi subacta applicantur . Fascia tandem , ut in vulneribus solet , caput deligatur , ut cito coalescant . Si hæc cautiones serventur , vix ullus est Aneurysmatis metus ; quo plerique perterriti a tanto remedio abstinuerunt .

**Ac diæta tenui .** ] Diæta post venæ sectionem præstantissimum est remedium ad materiem sanguinis minuendam , ac plenitudinem tollendam . Post , inquam , venæ sectionem ; cum enim sanguinis plenitudo peccat , statim tollenda est , ut gravioribus malis aditus præcludatur , quod per simplicem diætam obtineri non potest . Nam si v. gr. opus sit detractione diætarum librarum sanguinis , cum per diætam spatio viginti quatuor horarum vix quatuor libræ sanguinis minuantur , ut Cl. Sanctorii experimentis compertum est , duas libras sanguinis per horas duodecim decedere manifestum est , cum per phlebotomiam fere minuto secundo decadant .

**XI. Si æger nimis tenellus sit , birudines temporibus , vel cucurbitulam** *Oc.* ] Hirudines adhiberi solent a Medicis , ubi evacuatione opus est universali , vel particulari . Si primum , ad loca majorum venarum adhærere sinuntur ; idque fere in infantibus , in quibus venæ sectio ob nervorum , arteriarumque complicationem , vasorumque exilitatem minus tuto celebrari potest . Sin alterum , iis partibus applicantur , quæ aut affectæ sunt , aut eidem proximæ , vicinæque . Ita in doloribus capitis diuturnis hirudines temporibus affixas mira præstare observamus . Id quod Zacuti , & aliorum observationibus confirmatum est , qui contumacissimos capitis dolores hoc remedii genere sublatos vidisse testati sunt . Cucurbitulam magnam occipiti applicatam sanguinem magno cum fructu fugere in violentis capi-

capitis affectionibus ex alibi dictis de Apoplexia, Lethargo, & Phrenitide manifestum est. Quid si tenellus sit æger, ut citra discrimen venæ sectio celebrari non possit?

XII. Si a crassa, lenta, ac difficili materia exoriatur *Oc. canteria*, *setacei* item, aut *vesicantia* *Oc.*] Solent fonticuli, *setacei* in diuturnis capitis affectionibus collo, vel brachiis ad nova emundatoria naturæ paranda excitari, quibus excrementiæ sanguinis fordes, quæ alicubi impactæ obstructionem efficiunt, qua data porta extra corporis confinia educantur. Neque desunt exempla eorum, qui fonticulis excitatis pertinacissimis capitis doloribus egregie convaluerunt. Virginem a diuturno capitis dolore, qui noctu præsertim eamdem dire exercebat, fonticulum in capite excitato liberatam fuisse testis est Grammis in M. N. C. Dec. 1. an. 3. obs. 81. De efficacia plane mirabili *setaceorum* celebris est Cl. Ruijchii obseratio 40., ut alias mittam Hildani cent. 4. obs. 6., *Oc* 7. qua rebellum quamdam *Cephalæam*, *setaceo* excitato, penitus ablataam fuisse, eodem vere consolidato, recruduisse, rursus admoto evanuisse, iterum consolidato, tertia adhuc vice repetitæ compertum est. Priusquam vero excitentur ad causam morbum facientem respiciendum est. Si plenitudo sanguinis peccet, cum extimulare habeant solidas partes, eane pejus, & angue abstinentendum esse, ex prædictis manifestum est. Si in gracilibus, adustisque corporibus, in nimia fibrarum rigiditate, humorum acrimonia, tenuitate, ac nutritiæ roris defectu, non solum nullam eximiam praestabunt operam, sed summopere hident. Tunc igitur solum, ubi crassorum, viscidorumque humorum cerebrum, ejusque membranæ infarcientium indicia se prodant, id quod potissimum in corporibus succi plenis, obesis, laxaque fibrarum textura donatis contingit, sunt applicanda.

Idem plane dictum velim de vesicantibus, quorum acres, stimulantes, ac ferre urentes particulæ cum crassis, viscidisque quisquiliis incidentis, tum fibrum elateri intendendo opportunissimæ existunt, unde validius, & fortius se se contrahentes easdem vasorum parietibus tenaciter adhærentes dimovere habent, circulo restituere, & qua data porta extra corporis confinia per ulcuscula ibidem excitata educere.

Huc quoque spectat usus capitis, cuius præclarum exemplum legere est in A. R. S. P. an. 1708. a D. Hombergio relatum, qui *Cephalalgiam* pertinacem, & inveteratam per combustionem accidentalem curratam vidisse testatus est.

*Erhina ex fol. betton. Oc.*] Ubi dolor capitis ab humorum crassitate, visciditate, ac lentore exoriatur, ac fibrarum laxitate, *erhina* ob id potissimum eximiam operam præstant, quod irritatis nervis fibris, quarum extremitates in interiori narium tunica expanduntur, spasmus excitatur, qui per nervorum ductum membranæ cerebri, & partibus respirationi interventibus communicatur, hinc sternutatio exoritur, quo motu humores viscidæ, lenti, ac difficiles vasorum parietibus adhærentes excutiuntur, qui propterea ex glandulis narium, fauci, vicinarumque partium sub aquæ, aut pituitæ, mucique viscidæ specie ejiciuntur.

XIII. Interim vero *pillul. succin.* *Craton.* vel *capital.* *Paracel.*] Si ullo in capitis dolore purgantia locum habent, in eo maxime locum habent, qui a crassis, viscidisque humoribus, a fibrarum laxitate, quem frigidum Veteres appellabant, proficiuntur. Non autem quæcumque usurpari tuto possunt. Fortiora enim si exhibeantur, periculum est, ne serofis partibus sanguinis eductis, crassis, terrestres, viscidioresque remaneant, quæ obstructionem, atque abhinc prodeuentem morbum augeant, aut confirmant. Ea porro convenire vita sunt, quæ crassis, mucosæisque quisquiliis blande attenuare habent, incidere, obstructionesque hinc eratas referare, & per alvum extra corporis confinia educere. Inter hæc eminenti-

pilu-

pilulæ succinat. *Craton.* vel *capital.* *Paracel.* quarum basis *Aloes* est, cætera ingredientia, quæ tenuibus, ac volatilibus, blandis tamen particulis feta sunt, quæque specifica quadam virtute capiti succurrere communiter reputantur.

XIV. *Horum dierum intervallo decoct. theiform. fol. bettonic. salv. fl. anth. Oc.*] Idem plane dictum velim de alterantibus. Ea enim in frigido dolore feligenda sunt, quæ tenuibus, volatilibus feta sunt particulis, quæque meritosas partes ad oscillandum excitant, earumdem tonum intendunt, humoresque spissos fibris tenaciter adhærentes dissolvunt, & ad fluendum aptos reddunt. Quæ fere calidorum cephalicorum nomine veniunt. Ejusmodi sunt *salvia*, *bettonic.* &c. Hisce tamen palmam præripit *Succinum*, & ex eo parata medicamenta, cuæ circa nimium motum, atque irritationem prædictis muneribus obeundis aptissima existunt.

XV. *Hisce frustra adhibitis Oc. Sarf. peril. radic. Chin. Oc.*] Quandoque visciditas, ac lento tantus est, ut istius generis medicamentis tolli nullo modo possit. Ea porro quæ sanguinem refermentandi, ut ajunt, virtute pollent, in usum vocanda. Horum in censu veniunt ligna quadam sudorifica dista, inter quæ *sar. peril. rad. Chin.* & hujusmodi alia, ut alibi demonstratum est.

*Si lues venerea conjuncta sit, lignis adde antimon. crud. Oc.*] *Antimonium* particulis valde tenuibus, mobilibus, & solidis, diuque in actione perennantibus constare creditur: propterea ubi in massam sanguinis pervenerint, eamdem vehementer rarefacere, atque attenuare, humores vasorum parietibus tenaciter adhærentes dimovere, superfluitates omnes extra corporis confinia per insigines excretionum vias educere. Hoc certe remedio in decoctum ex *sar. peril.* & *Chin.* &c. recepto contumacissimum capitis dolorem, frustra adhibitis mercurialibus, felicissime curatum vidi. Nempe licet pulcherrima laus sit Mercurii, efficere in morbis venereis, ut iuquit *Helmontius*, *quidquid Medicus, et Chirurgus potest optare suando*, in dolore tamen capitis a *lue celtica* orando fecus res habet. Deprehensum enim est etiam post salivationem mercuriale sapissime perdurare.

XVI. Vid. com. in aph. 28. Cap. 8. de Epilep.

XVII. *Si vena sectionem excipias, eadem fere methodo pertractandus est dolor capitis a serosa colluvie Oc.*] *Serosa colluvies* a solidis partibus potissimum repeatenda est, cum nempe laxato earumdem tono, nec alimenta teruntur, nec *Chylus* rite subigitur, præterea cor, & arteriæ chylum male a ventriculo subactum parum solvunt, nec non parum salis, & sulphuris ab eodem expediunt, unde optima, ac congrua componentium sanguinem partium miscela tollitur, ejus compages solvitur, unde serosa pars a reliquarum nenui secundens facile intra laxam partium structuram subsistit. Si fecetur vena, & detrahatur sanguis serosa peccante colluvie, cum materia proxima spirituum exauriatur, solidas partes eorumdem influxu destitutas jam magis magisque flaccescere, ac collabi debere, hinc morbos ab eadem pendentes augeri, aut confirmari adeo manifesta res est, ut nulla sit manifestior. *Purgantia* porro blanda, ac sudorifica serum superfluum eliminando, *cephalica calida*, quæque tenuibus, ac volatilibus partibus sunt feta, extimulantia medicamenta, qua spiritus erigendo, qua solidas partes ad oscillandum excitando, qua massam sanguinis exagitando, ejusque sales, ac sulphura expediendo egregie opitulari doloribus capitis a serosa colluvie pendentibus perspicuum est.

XVIII. *Purgantia, cephalica calida*, extimulantia quovis in dolore capitis, ut ajunt, *calido Oc.*] Non est silentio prætereundum celebrem fuisse divisionem apud Veteres fere Medicos doloris capitis in frigidum, & calidum ratione sensus frigoris, aut caloris quocum conjungitur. Ille enim per frigus, saltem per fen-

sensum ponderis, quo caput gravatur, manifestus fit, hic vero per calorem, qui universum caput afficit, & præsertim frontem. Atque hi quidem rem omnem felicissime expedient humores frigidos, aut calidos, exundantem humiditatem, aut siccitatem in medium afferentes. Quos tamen redarguit Cl. Sennertus, ridiculum plane esse affirmans omnes morbos per quatuor illas qualitates velle explicare. Cui quidem ansam dedisse visus est Hippocrates de Vet. Medic. inquiens: *Quicumque calidum, aut frigidum, aut humidum, aut siccum voluerint principium causamque tum morborum, tum mortis hominibus, horum unum, aut duo præponentes, hi in multis, que dicunt, manifesto errasse reprehenduntur: subdens paulo post: Frigiditatem autem, & caliditatem ego omnium facultatum minime potentes esse in corpore existimo.* Recentiores porro Medici morbos, quos calidos Veteres appellarunt, nonnisi ex acribus, volatilibus, sulphureis particulis exaltatis in sanguine, atque in universam ejusdem massam diffusis, ejusque fervorem excitantibus, frigidos vero ex iisdem omnino depressis, terrestribus, crassis, & ad motum inertibus præpollentibus repetendos esse sunt arbitrati. Quæ cum ita sint, quamvis pillulæ capitales Paracelsi, vel succin. Cratonis, vel similes mitissima purgantia sint, ut stimulo opus sit ad earumdem operationem juvandam, cum tamen istorum basis Aloes sit, quæ constare creditur sulphure quodam tenuissimo, & insignis efficacie, sale pariter quodam summe subtili, & acri ad pungendum, irritandum, & erodendum aptissimo, si in humorum tenuitate, atque acredine, in temperamentis fervidioribus, siccis, adustisque adhibeantur, verendum est, ne nervæ fibrillæ ea ratione afficiantur, qua opus est ad convulsivas, & non ordinatas contractions inducendas. Idem omnino dicendum de cephalicis calidis, quæ cum extimulare habeant solidas partes, motum sanguinis accelerant, ipsum dissolvunt, acredinem humorum augent, hinc vel delirii, vel inflammationis, vel alterius morbi periculum. Egregie propterea notat Cl. Hoffmannus lib. 2. de medicament. offic. c. 132. p. 379. sect. 10. quod sicut ex aromaticorum, calidorumque cephalicorum usu in intemperie frigida haud exiguum levamen, ita e contra, ubi morbi a caliditate exoriuntur, insignem ex illis læsionem, certamque noxam expectandam esse. Dodonæus ipse calidorum hujuscemodi caput implantum usu & morbum intendi, & ægrum in periculum induci haud dubie affirmavit. Quid de Vesicantibus dicam, quorum est non solum cutim cui applicantur divellendo extimulare, sed acres, erodentesque particulæ in sanguinem introducendo, & universum genus mire percellere, & sanguinis principia solvere, & motum ejusdem accelerare ea ratione, qua inflammations sœpe sequuntur?

XIX. *Solum his alvus lubrica servanda usu clisterum emollient. ol. A. D. &c.*] Ea porro in dolore capitis a nimia sanguinis tenuitate, & acredine, in fervido aegrotantis constitutione visa sunt convenire, quæ nimium motum, fervoremque sanguinis compescendi, particulæ acres, vellicantesque temperandi, universum nervorum genus relaxandi, emolliendi virtute donantur. Inter hæc eminent Clysteres emollientes, qui præterquamquod materiam in crassis intestinis hærentem evacuant, qua subducta etiam tenuja facilius exonerantur, humoresque ad eas promptius accurrentes ad superiores minus vergunt, accedit præterea balneo illo, ac fotu intestinalium fibras ea ratione affici, qua per mirabilem nervosarum partium consensum reliqua etiam, præcipue capitis, relaxantur. Quid ad spasmaticas, & convulsivas contractions ob. ramolas, mites, lævesque, quibus fœtum, particulæ emolliendas, quid ad acres, stimulantesque humores irretiendos, universo nervorum generi exoptandam tranquillitatem conciliandam ol. A. D. prestantius? Quid ad biliosos humores evanquandos, & ex massa sanguinea præcipitandos, ejusque effervescentia nimia temperandæ suavi

a co-

DE COGNOS. ET CURAND. MORB. LIB. I. CAP. IX. 185  
acore, quo sunt prædicti, Tamarindis, Serò lactis efficacius, aut pro ægrorum opportunitate valentius?

XX. *Ubi vigiliae intensæ urgeant, emulsion. ex Sem. Melon. &c.]* Opiatis medicamentis utendum esse docuit Baglivus in his præfertim, qui ob nimium sensum, ac fibrarum ariditatem capitis dolore premuntur. Verum in narcoticorum usu cautiissimi sint oportet Medentes. Quies enim, quæ narcoticis conciliatur, torpor potius est, quam placida exoptanda tranquillitas, ut ostendimus cap. 4. de Phrenitid. com. in aph. 18. Si in parca dosi adhibeantur, vix, ac ne vix quidem dolorem obtundunt, mox vero cessante eorumdem actione, ægrum dirius exercens dolor deuio excitatur. Si in magha, & repetitis vicibus, periculum est, ne quem obdormire volumus, excitare postea non possimus. Quare si narcoticis utendum est, in usum ea vocanda sunt, quæ leviora sunt, & anodyna potius facultate donantur, a quibus certum levamen, nullum noxæ periculum sperari queat. In horum censu veniunt emulsiones femin. Melon. quatuor frigidorum in aquis refrigerantibus paratae, addita camphora, cujus repetito usu, depletis prius vasis venæ sectione, & alvo aperta lenientibus medicamentis, testor me mulierem quamdam diris convulsionibus obnoxiam, atque enormi hemicrania laborantem felicissime sanatam vidisse.

XXI. *In consumaci morbo ad serum lactis destillat. cum fumaria, cichor. &c.]* Aperte docuit Hippocrates: *Morbus qui in secco est, stabilitur, & non cessat.* Quo loco mirari minus subit dolorem capitis a sanguinis tenuitate nimia, atque acredine, fibrarumque ariditate orijundum plerunque levioribus medicamentis non cedere. Quod ubi contigerit, ad universalia configendum est, quæ diluere habent, temperare, edulcere, & nutritio tore humectare, atque in eorum usu diutius persistendum, ut optato fine potiamur. In horum censu venire ferum lactis destillatum cum plantis, quæ nitroso sale, aut nitro persimili fœtæ sunt, cujusmodi sunt, si Boerhaavio fides habenda sit, Fumar. Cichor. &c. notum est. Huc quoque balnea aquæ dulcis, lactis usus, stillicidia in affectam partem, aliaque ejusmodi, quibus diuturnam hemicraniam felicissime curatam vidi, cum alia minus commode responderint.

# INDEX

## RERUM, ET VERBORUM.

## A

- A** Excessus cerebri cranii fracturis sufficiunt. pag. 10  
Apoplexiae tribuunt. ibid.  
Abscessus cerebri doloris capitum causa. 173  
Absorbentia medicamenta adversus hydrophobiam commendantur. 135  
Quænam sit eorum materies? ibi.  
Inutilia esse ostenditur. ib.  
Acetum spiritus cuiusdam tenuissimi, ac subtilissimi dives est. 59  
Qua ratione soporem tollat? ib.  
Cur ebrietati contrarium? ib.  
Aceti spiritus cur sanguinem dissolvat? ib.  
Sallum volatilium, ac spirituum alchinalorum usui anteponendus in cari curatione. ib.  
Aceti vires insignes adversus pestem, febres contagiosas. 134  
Ad virus animalium rabidorum corrigendum. ib.  
Acida optima in phrenitide quænam. 85  
Quomodo agant? ib.  
Acida mineralia non conveniunt in epilepsia. 164  
Aer austrinus leniter spirans salutaris. 14  
Modum excedens, cur plurimorum morborum causa? 15  
Aer borealis cur perniciosus hominibus, & frugibus? ib.  
Aer palustris, locorumque humidorum incolatus lethargo producendo opportunitus. 61  
Aer nimis calidus cur phrenitidis causa? 78  
Aer austrinus, borealis quomodo dolorem capitum excitet? 176, & seq.  
Alvi fluxus morbis capitum superveniens cur salutaris? 34

- Prenitidi supervenientis optimus. 83  
Amor insanus est. 76  
Furor divinus est. 94  
Amor insanus quomodo dignoscatur. 111  
Quibus remediis tollatur? ib.  
Amor quid sit in genere? 116  
Quomodo concilietur, & melancholicum delirium inducat? 117  
Quibus symptomatibus se prodat? ib.  
Quas affectiones excitet? 117. 118  
Amor amorenon semper delerit. 121  
Amore insano correpti conjunctione carentur. ib.  
Amor insanus solum præcaveri potest, & qua ratione? 122. 123  
Amplexus, atque oscula summam vim habent amorem conciliandi. 123  
Amuleta quænam facultas insit? 164  
Amygdalæ qua ratione soporem conciliunt? 160  
Analytis quanti facienda ad medicamentorum vires indagandas? 75  
Aneurysmata intra, vel extra cerebrum genita apoplexia causa. 10  
Animi commotiones vehementes quomodo apoplexiæ excitent? 16  
Animæ, & corporis natura, proprietates, affectiones, ratio consensus ignota medicis. 72  
Animæ operationes quomodo depraventur? 73  
Illarum occasiones, seu causæ sunt motus fibrarum cerebri. ib.  
Animus magnam vim habet ad corporis statum mutandum. 120  
Animi graviora pathemata qua ratione epilepsia causa? 147  
Animi perturbationes qua ratione dolorem excitent? 171  
Animi affectus graviores quomodo dolorem capitum excitent? 178  
Animalium venenatorum morsus deliri causa. 75  
Animalia viva per medium dissecta raro

- so capiti applicata quomodo agant in phrenitidis curatione? 89  
Animalium morsus multiplicitate infesti. 126  
Animalium rabidorum osculatione, spuma, carnis contactu, aut esu hydrophobia quandoque excitatur. 127  
Animalium venenatorum morsibus sola eorumdem applicatione occurritur. 135  
An attractione operentur? ib.  
Quanam alia ratione operari queant. ib.  
Quamcitissime iisdem morsibus est occurrentum. ib.  
Animalia in machina pneumatica cur exantato aere intumescent? 177  
Anodyna medicamenta eximiæ virtutis in phrenitide. 87  
Eorum materies. ib.  
In dolore capitum calido. 185  
Antimonium diaphoreticum quomodo operetur? 41  
Antimonium crudum quibus constet partibus? 183  
Quas vires habeat? ib.  
In decocta sudorifica receptum mira præstat adversus contumacem capitatis dolorem. ib.  
Anxietas, angustia circa præcordia in hydrophobis unde? 131  
Apoplexia definitio, causa proxima, remotæ. 1  
Antecedentes, externæ. 2  
Divisio, signa, prognosia. 2. & seq.  
Curatio in paroxysmo. 3  
Extra paroxysmum. 4  
Apoplexia unde dicatur? 5  
Qua ratione differat a paralyssi? 7  
Utrum a defectu spirituum animalium oriri possit? 7. & seq.  
Apoplexiæ optime in universalem, & particularem dividi contra nonnullorum opinionem ostenditur. 16  
Apoplexiæ quænam genuina sedes. ib.  
In Apoplexiæ cur sensus omnes interni, externique, motusque a voluntate pendentives aboleantur. 20  
Apoplexiæ fortè solvere cur impossibile, debilem vero non facile? 23  
Apoplectici cur interdum extemplo mo-
- riantur? ib.  
Apoplexiæ universali cur particularis plerunque succedat? ib.  
Apoplexiæ quomodo Epilepsia superveniat? 157  
Aquaæ antapoplecticaæ quid sint, & quomodo operentur? 30  
In aqua submersi diuturna pedum percussione excitantur. 28  
Aqua frigida quomodo operetur in morborum curatione? 58  
Aquaæ frigidæ usus certis tantum finibus coercendus. 59  
Aquaæ frigidæ affusio in caput cur catarticos excitet. ib.  
Aqua frigida cujusnam lethargi optima remedia? 68  
Aqua analagidis flore phœnico quid præstet in phrenitidis curatione. 85  
Aquaæ tepidæ usus liberalis in phrenitide optimus. 90  
Aquaæ acidulæ quibusnam in capititis morbis convenient. 119  
Aquaæ, & liquidorum omnium aversatio in hydrophobis unde? 131  
Aqua timor ubi invaserit, plerunque lethalis. 133  
Aqua insignis efficaciae adversus venena. 136  
Adversus hydrophobiam. 138  
Aquaæ antiepilepticæ quando convenienter in epilepsia? 160  
Aquaæ florum tiliæ, liliorum convallæ quomodo soporem conciliunt? ib.  
Aquaæ thermales cur pessime quandoque cedant in capititis morbis? 164  
Cur mira quandoque præstant? ib.  
Aqua in nervorum morbis vino substituenda. ib.  
Quam plurimorum morborum medicina. ib.  
Longeviores homines reddit. ib.  
Arsenici, aliorumque mineralium fossiles cur in paroxysmum labantur? 40  
Arteriotomia efficacissimum, & tutum adversus Maniam remedium. 102  
Arteriotomia in temporibus instituta mira præstat in dolore capitum. 181  
Arteria temporalis qua ratione secunda ib.  
Quid efficiendum ad, aneurysma præcavendum? ib.

- Arteriæ plenè sanguine fluidissimo, venæ  
vero plane vacuæ cur appareant  
post obitum in hydrophobis? 129  
Atra bilis Veterum non differt ab hu-  
more acerrimo, valde volatili, ac  
summe acri Recentiorum. 94  
Auræ cujusdam sensus a partibus infe-  
rioribus ad cerebrum ascendentis,  
qui ligatura fistitur, quomodo epi-  
lepsiam portendar? 155  
Aurum tinnitus unde oriatur. 22  
Aurum cur solidissimum sit corpus? 96  
Aurum verum philtrum, seu medica-  
mentum amatorium. 124

## B

- B Alnea in deliciis habita a Roma-  
nis. 106  
A vultuissimis medicis summe asti-  
mata. ib.  
Adversus Maniam summae activita-  
tis. ib.  
Frigida minus tuta, quam tepida. ib.  
Adversus hydrophobiam eximia. 136  
Balnea aquæ dulcis cur pessime quan-  
doque cedant in capitibus morbis? 164  
Cur mira quandoque præstent. ib.  
Quando convenient in dolore capi-  
tis? 183  
Belladonna delirii causa. 75  
Interdum mortis. ib.  
Bezoartica adversus hydrophobiam com-  
mendantur. 135  
Qua ratione operentur? 135. 136  
Brassica capitata cibus faluberimus, &  
medicina plane singularis. 75  
Eadem habet principia, ac solanum  
furiosum. ib.  
Bufo virus ad se attrahit. 135

## C

- C Alculi doloris capitis causæ. 173  
Camphora resina non est. 87  
Oleum est volatilissimum, tenuissi-  
mum. ib.  
Camphora qua ratione frigida censenda  
fit, & quomodo operetur? ib.  
In magna dosi exhibita nihil exagi-  
tat, nihil fundit. 83  
Miscetur optime cum nitro, & emul-  
sionibus. ib.  
Cum Cinnaberi nativa, & antimo-  
nii ubi malignitas adsit. ib.  
Eximii usus adversus phrenitidem.  
ibidem.  
Ad Maniacorum impetus coercendos.  
109  
Camphorata medicamenta nullius pla-  
ne virtutis ad Venerem sopien-  
dam. 122  
Nec ad insanum amorem depellen-  
dum. ib.  
Canes omnium frequentissime morbosa  
rabie corripiuntur. 127  
Dum mordent hydrophobiam exci-  
tant. ib.  
Cur rabie corripiantur adhuc non  
constat. 128  
Canis rabidi signa tradere apprime ne-  
cessarium est. 130  
Capitis tremor in apoplexia invasura  
unde? 22  
Mala capitis conformatio quomodo  
dolorem capitis excitet? 179  
Capræ, pecudes, aliaque animalia cur  
Epilepsia frequentissime premantur?  
146. & seq.  
Carotidum compressio, disruptio, ob-  
structio utrum apoplexiæ causa? 9  
Carotides arteriæ curvæ ad instar litteræ S cur constitutæ a natura? 12  
Carotidum, & temporalium arteriarum  
pulsatio, & turgentia in phreniti-  
de unde? 80  
Carus quid sit? 45  
Eius causæ, signa, curatio. ib.  
Carus qua ratione differat ab Apople-  
xiæ? 50  
Cari symptomata commodissime expli-  
cantur. 58  
Carotici cur febre careant? ib.  
Carus cur apoplexia levis dicatur? 57  
Caro, aut quælibet alia pars animalis  
rabidi vulneri ab eodem inflicto  
admota singularis virtutis. 134  
Carnium elixarum usus moderatus Ma-  
niacis omnino interdicendus non  
est. 109  
Immoderatus summopere nocet. 110

Cat-

- Carbonum fumi affectibus soporosis in-  
ducendis opportunissimi. 52  
Carbones accensi sulphure turgent. 53  
Carbonum ardentium fumi cur narcoti-  
ca vi donentur? 56  
Cantharides quid sint? 137  
Virulenta est earum natura. ib.  
Nulla præparatione vel igne facta im-  
mutari eadem potest. ib.  
Sive externe applicentur, sive intus  
fumantur, in partes urinæ dicas  
agunt. ib.  
Cantharidum veneno qua ratione vene-  
num animalium rabidorum profili-  
gari queat? 137. 138  
Deleterii earum effectus lacte, & li-  
milibus obtundendi. 138  
Castoreum optimum in soporosis affe-  
ctionibus. 32  
Catalepsis ex amore perperam habita.  
121  
Catalepsis quid sit? ib.  
Quo differat a melancholia ex amo-  
re? ib.  
Cataplasmata stimulantia acria quænam  
sint, & quomodo operentur in le-  
thargo? 66  
Catholica, seu universalia medicamen-  
ta adversus venena perperam ha-  
bita quænam? 50  
Cauteria quomodo agant in apoplexia?  
31  
Quo casu abstinentum ab iisdem sit? ib. & 104  
Ad quodnam remedii genus referen-  
da. 103  
Antiquissimum est. ib.  
In quamplurimis capitibus morbis infi-  
gnis efficacie. 140  
Qua ratione operentur? ib.  
In epilepsia, aliisque capitibus morbis  
cur interdum summe nocua? 161  
Cephalica medicamenta quænam sint?  
29  
In Paralysi quænam adhibenda? 41  
Quomodo agant? ib.  
Cephalica nutrici exhibita pueris lacte  
velcentibus egregie conferunt. 167  
Cephalica calida in dolore capitis frigi-  
do optima. 183  
In dolore capitis a serosa colluvie. ib.

Ci-

|   | I N D E X    |
|---|--------------|
| Cibi , & potus rerum frigidarum lethargo producendo opportunissimi .                  | 61           |
| Cicuta delirii causa .  | 75           |
| Cichorea quibus constet partibus ?  | 106          |
| Chylus quarum virium momentis insanguinem mutetur ?                                   | 176          |
| Clystères acres quomodo agant in capititis affectionibus ?                            | 28           |
| Clystères laxantes cujusnam apoplexiæ remedia ?                                       | 33           |
| Cujusnam quandoque Paralyseos remedia ?   | 44           |
| Clystères acres qua ratione Caroticis utilles ?                                       | 58           |
| Emollientes cur eximiæ virtutis in deliriis , aliisque capitis morbis ?               | 84           |
| Inter refrigerantia medicamenta primatum obtinent .                                   | 85           |
| Qua ratione operentur in dolore capitum calido ?                                      | 184          |
| Clavus hystericus quid sit ?  | 175          |
| Colores quid sint ?   | 73           |
| Colores visus organa ferientes qua ratione insignes molestias hominibus inferant ?    | 171          |
| Colloquia amatoria vera philtrea sunt .   | 123. &c seq. |
| Collum latum , & breve quomodo ad apoplexiæ disponat ?                                | 12           |
| Colocynthidis usus internus rejiciendus .   | 28           |
| Solum convenire visa est cum in alias compositiones recepta sit .                     | 41           |
| Coma vigil quid sit ?   | 44           |
| Eius causæ , signa , curatio .  | ib.          |
| Coma somnolentum quid sit ?   | 45           |
| Quomodo dignoscatur quænam ejus causæ ?   | ib.          |
| Comatis vigilis variæ denominations .   | 48           |
| Cur eodem detenti externis sensibus dormiant , internis vero vigilant , ac delirent ? | ib.          |
| Cur profiliant e lecto , in adstantes impetant ?                                      | 49           |
| Convulsionibus obnoxii facile apoplexiæ evadunt .                                     | 12           |
| Convulsionis causa proxima ad repletionem aut inanitionem particularem                |              |

|   |             |
|---|-------------|
| nervorum referenda non est .  | 144         |
| Eiusdem causa remota esse nequit nervorum exsiccatio , & humectatio .                         | ib.         |
| Nec ad inanitionem , aut repletionem vasorum sanguineorum , & totius corporis .               | 146         |
| Ad repletionem , aut inanitionem particularem muscularum referenda est .                      | ib.         |
| Contusiones partium a Cerebro diffitrum qua ratione Epilepsia causa ?                         | 148         |
| Cor musculus antagonista carente quibusnam viribus antagonistis donetur .                     | 18          |
| Cor minima portione liquidi nervosi moveri nequit .   | ib.         |
| Cordis palpitatio per noctem invadens apoplexiæ invasuræ signum unde ?                        | 22          |
| Corni contactus latentem rabiem excitandi vim habet .   | 128         |
| Corpora solida quænam dicenda ?   | 96          |
| Corporis afflictio cur minus tutum insanii amoris remedium ?                                  | 122         |
| Costarum extremerum dolor in paraphrenitide unde ?  | 91          |
| Cranii fracturæ , percussiones , qua ratione apoplexiæ causæ ?                                | 10          |
| Eædem carum inducent .  | 57          |
| Phrenitidem .   | 79          |
| Crocus vi inebriante , & narcotica do- natur .  | 51          |
| Croci odor capiti infestus .  | ib.         |
| Crocus sulphure turget .  | 53          |
| Cur narcotica vi donetur ?  | 56          |
| Crocus delirii causa .  | 74          |
| Crusta lactea in infantibus quid sit ?  | 151         |
| Si supprimatur , qua ratione Epilepsiam excitet ?   | ib.         |
| Crustæ lacteæ excretio in pueris epilepticis quibus remedii promovenda .                      | 167         |
| Cucurbitula magna occipiti applicata in violentis capitum affectionibus singularis virtutis . | 27. 65. 181 |
| In phrenitide .   | 84          |
| In mania .  | 103         |
| Cucurbitula vulneri a cane rabido inflig.   | 80          |

|  | R E R U M , E T V E R B O R U M . | 191 |
|--|-----------------------------------|-----|
| eto applicata qua ratione operetur ?   | ib.                               |     |
| 134  |                                   |     |
| Cucurbitula sicca quomodo operentur in apoplexiæ curatione ?   | 28                                |     |
| In Lethargo ?  | 66                                |     |
| In Caro ?  | 58                                |     |
| Cutis calor in Maniacis unde ?   | 99                                |     |
| Cynanthrophia quid sit ?   | 119                               |     |
| Ad cuius delirii genus referenda ?   | ib.                               |     |
| <b>D</b>   |                                   |     |
| Ecubitus qualis dormientis , aut semimortui in apoplexia unde ?  | 21                                |     |
| In comate vigili unde ?  | 49                                |     |
| Decubitus supinus in lethargicis unde ?  | 62                                |     |
| Delapsus rerum apprehensarum e manibus in lethargicis unde ?   | ib.                               |     |
| Delirium unde ?  | ib.                               |     |
| Delirium in genere quid sit ?  | 69                                |     |
| Eius causæ , & differentiæ .   | ib.                               |     |
| Delirii causam proximam & continenter esse inordinatos motus fibrarum cerebri evincitur .                      | 73                                |     |
| Illorum opinio , qui delirium in imaginationis , & ratiocinationis depravatione consistere putant refellitur . | 71                                |     |
| In quo vere consistat ?  | 72                                |     |
| Non esse imagines , & simulacra in cerebro falso cusa ostenditur .   | 74                                |     |
| Neque incendium spirituum .  | ib.                               |     |
| Neque perturbatum eorumdem motum .   | ib.                               |     |
| Delirium cum furore , audacia , febre &c. in phreniticis unde ?  | 78                                |     |
| Delirium sine febre cum audacia , & furore in Maniacis unde ?  | 98. 99                            |     |
| Delirium Melancholicum quomodo differat a Melancholia ?  | 112                               |     |
| Delirium cum cognitione , & conscientia in hydrophobis unde ?  | 131                               |     |
| Sine cognitione , & conscientia unde ?   | ib.                               |     |
| Dentium stridor in somno venturæ apoplexiæ signum unde ?   | 22                                |     |
| Dentium stridor in phrenitide unde ?   | 81                                |     |
| In Epilepsia unde ?  | 154                               |     |
| Dentito difficilis qua ratione Epilepsia causa ?   | 151                               |     |
| Dentium eruptorum dolor vehemens plurimorum morborum , & Epilepsia causa .                                     | ib.                               |     |
| Dentitionis imminentis indicia quænam sint ?   | 167                               |     |
| Dentium eruptio in pueris qua ratione procuranda ?   | 167. 168                          |     |
| Dæmonibus quænam facultas insit ad morbos excitandos ?   | 153                               |     |
| Desperatio insano amore vexatis familiaris .   | 118                               |     |
| Diaphragmatis inflammationem Paraphrenitidis causam esse contra Wilflium ostenditur .                          | or                                |     |
| Diaphragmatis inflammationem frequentius delirium excitet , quam alia viscera ?                                | ib.                               |     |
| Difficultas ad motum venturæ apoplexiæ signum unde ?   | 21                                |     |
| Diluentium eximiæ virtutes .   | 33                                |     |
| Diæta tenuis tutum ad plenitudinem sanguinis tollendam remedium , sed minus promptum , quam venæ se-<br>tio .  | 181                               |     |
| Dipsadis morsus qua ratione infesti ?  | 129                               |     |
| Dysenteria Maniæ superveniens cur non semper salutaris ?   | 101                               |     |
| Dolorifica medicamenta cujusnam apoplexiæ remedia ?  | 28                                |     |
| Quomodo operentur ?  | ib.                               |     |
| Quando summe nocua ?   | 33                                |     |
| Dolor capitum vehemens cum urinis albis , ac mentis perturbationibus conjunctus cur phrenitidem portentat ?    | 80                                |     |
| Immanissimus unde ?  | ib.                               |     |
| Quid portendat ?   | ib.                               |     |
| Dolores podagrici cautissime sedandi , leniendique .   | 151                               |     |
| Dolor capitum in epilepticis post paroxysmum unde ?  | 154                               |     |
| Dolor capitum quid sit ?   | 168                               |     |
| Eius causæ , signa , curatio pro causa varietate varia .   | 168. 169                          |     |
| Doloris causam proximam non esse divisionem continui , atque dissolutionem texturæ humanum corpus con-         |                                   |     |

- constituentium contra Veteres ostenditur. 170  
 Vellicationem esse in nervis factam juxta nonnullos demonstratur. ib.  
 Si divisio continui sano modo interpretetur, Veterum sententia rejicienda non est. 170. 171  
 Recentiorum opinio contra Veteres refutatur. ib.  
 Querere quid sit dolor, ut est affectio animi, Medicorum non est. 172  
 Quid sit paucis indicatur. ib.  
 Dolor capitis tensivus quid sit, & unde nascatur? 174  
 Pulsativus? ib.  
 Gravativus? ib.  
 Pungitivus? ib.  
 Idiopathicus quo differat a sympathico? ib.  
 Uterque unde proveniat? ib.  
 Internus quinam dicendus? 174. 175  
 Dolor capitis idiopathicus quomodo dico-gnoscatur? 179  
 Internus ab externo quomodo. ib.  
 Ab utero affecto? ib.  
 Dolor capitis certis, statisque temporibus recurrens cur sola mutatione atatis, locorum, & temporum sanetur? 179. 180  
 Dolor capitis qua ratione divisus a veteribus Medicis in calidum, & frigidum? 183. 184  
 Afligata ab iisdem causae rejiciuntur. 184  
 Qua ratione explicandus sit? ib.  
 Dormiendi impotentia in comate unde? 49  
 Dormiendi impotentia in lethargo unde? 62  
 Durities quid sit? 96

## E

- E Brietatis proprietates pessimæ. 78  
 Ecstasis taciturna, & silens desipientia non est. 101  
 Nec vehemens furor est. ib.  
 Ecstasi qua ratione homines corripiantur? ib.  
 Ecstasis cur Mania superveniens salu-

- taris? ib.  
 Cur interdum mala? 101. 102  
 Emetica medicamenta a multis laudata in epilepsia minus tuta sunt. 162  
 Errhina medicamenta quo casu convenient in dolore capitis? 182  
 Quomodo agant? ib.  
 Quænam sit eorum matieres? 31  
 Epilepsia definitio, causa, divisio. 139  
 Varii Epilepsia gradus signa. 140  
 Epilepsia idiopathicæ, & sympatheticæ notæ. ibid.  
 Utriusque prognosis. ib.  
 Curatio in paroxysmo. 141  
 Extra paroxysmum. 141. 142  
 Epilepsia varia denominationes. 143  
 Quomodo differat ab horrore, rigore, tremore. ib.  
 Epilepsia a vitio spirituum primario affectorum unde? 148  
 Quomodo differat ab illa, quæ a viscerum longe a cerebro dissitorum affectionibus enascitur? ib.  
 Epilepsia idiopathica quomodo differat ab epilepsia sympatheticæ? ib.  
 Epilepsia vitio ventriculi enata ab illa, quæ a viscerum longe a cerebro dissitorum affectionibus enascitur, non differt. ib.  
 Utriusque causa quænam sit? 148. 149  
 Epilepsia, aliquique morbi sympathetici aura venenata a stomacho, aut aliis partibus ad cerebrum ascendentibus oriri nequeunt. 149  
 Cur hæc opinio confirmari vifa sit? 155  
 A Fordibus acribus, atque irritantibus in iisdem partibus congestis quomodo excitari queant? 149  
 Undenam aptius repeti possint? ib.  
 Epilepsia hereditaria quænam dicatur? 149  
 Unde nascatur? ib.  
 Epilepsia hypochondriaca quænam dicatur? 152  
 Quænam ejusdem causæ? ib.  
 Epilepsia quomodo differat a soporofis affectionibus? ib.  
 Epilepsia gradus variii optime assignati. ib.

Epi-

- Epilepsia vehementia tanta, ut ægri a Demonibus premi videantur, unde?

152. 153

- Epilepsia idiopathica laborantes cur advenientem paroxysmum minime persentiant?

155

- Cur in idem Iatus perpetuo, & constanter incident?

ib.

- Epilepsia idiopathica cur post pubertatem plerumque incurabilis?

156

- Sympathica cur facile interdum curret?

ib.

- Cur in idiopathicam sape definat?

ib.

- Epileptici cur capite sublimi collocandi?

158

- Epilepsia curatio præservativa in quo consistat?

160

- Cur totis viribus curandum sit, ut Epilepsia paroxysmus præcaveatur?

162

- In Epilepsia curatione sex rerum non naturalium administrationi studendum.

166

- Evacuantia medicamenta cur minus tu-to plenitudinem sanguinis tollant, quam venæ sectio?

180

- Eutonia quid sit?

113

- Excrementorum in Apoplexia involuntarius exitus unde?

21

- Exercitationes immoderatae qua ratione Paralysi tribuant?

39. &amp; seq.

- Exercitationum plura sunt genera.

43

- Quodnam in Paralysi instituendum?

ib.

- Exercitationis moderatae utilitates quamplurimæ.

61

- Immoderatae noxæ insigne.

ib.

- Exercitationes vehementes animi, & corporis cur phrenitidis causæ?

78. 79.

- Epilepsia?

150

- Empyematici quinam dicendi?

64

- Ex lethargo cur tales evadant?

ib.

- Extravasatio sanguinis, ac lymphæ in cerebro quandoque effectus convulsionis Meningum.

11

- Extremorum refrigeratio sine causa manifesta cur Apoplexiam portendat?

23

- Extimulantia medicamenta quævis in Tomo I.

B b

## F

- Faciei color sano similis in apoplectis unde?

21

- Faciei rubor alternus, & pallescentia in epilepticis unde?

154

- Faciei contorsio unde?

ib.

- Facultates Veterum mediæ inter membrum, & corpus nullæ sunt.

73

- Famis tolerantia in Maniacis unde?

99

- Fames naturalis quomodo excitetur?

ib.

- Familiaritas, & consuetudo maris & feminæ quomodo amorem conciliat?

123

- Feminæ præ viris, splendidis, ac generosis muneribus in amorem pertrahi solent.

124

- Quibus speciosis titulis jure insignitæ sint?

ib.

- Fecum involuntaria ejactio in Epilepsia unde?

154

- Febris qua ratione apoplexiæ remedium?

24

- Febres malignæ quænam dicendæ?

48

- Earum causa venenum est.

ib.

- Variæ sunt, variasque causas agnoscunt.

49

- Cur coma vigil excitant?

ib.

- Febres intermittentes perniciose varie denominantur.

57

- Cur istarum accessionibus Carus coniungatur?

ib.

- Quænam tales dicendæ?

60

- Febris lenta in lethargo unde?

62

- Acuta, & vehemens unde?

63

- Vaga, & inæqualis unde?

ib.

- Inter febris acutæ initia a purgantibus abstinentum?

67

- In principio febrium intermittentium perniciosarum purgandum non est.

ib.

- Tutius est nullo tempore eisdem uti.

ib.

- Febres ardentes acutæ qua ratione inflammationis causæ?

79

- Febrem prius desinere in phrenitide, quam

B b

- quam delirium, bonum. 82  
 Febres tertianæ, quartanæ diuturnæ cur melantholiæ cause? 116  
 Febres in hydrophobia unde? 131  
 Febres cur intermittent, & per certa temporum intervalla recurrent? 175  
 Bellini opinio circa hanc difficultem controversiam. 175. & seq.  
 Nonnulli ejusdem errores explicantur. 176  
 In principio Februm intermittentum cur frigus nascatur? ib.  
 Febres intermitentes cum cardialgia, vomitu, aliisque e. m. affectionibus coniunctæ cur iisdem stipatae symptomatibus continuo recurrent? ib.  
 Ad februm phænomena particularia explicanda focus, & sedes ipsarum februm admittenda est. ib.  
 Quid sit focus iste? ib.  
 Festucæ attractatio super verticem facta qua ratione dolorem pariat? 171  
 Festucarum collectio in phreneticis unde? 181  
 Fistulæ caute tollendæ sunt. 151  
 Fluida nostri corporis possunt eadem velocitate, diverso impetu moverri. 180  
 Fomenta calida ventri, ac vesicæ regioni cur applicanda in epilepsia paroxysmo? 158  
 Fonticuli incaute suppressi epilepsia, aliorumque plurimorum morborum cause. 150  
 Quomodo tollendi sint? ib.  
 Fonticuli quonam in dolore capitis locum habeant? 182  
 Formæ insensibilium corpusculorum assignari nequeunt. 96  
 Frictiones dolorificæ quomodo operentur in apoplexia? 28  
 Frictiones utrum inter initia Paralyseos sint adhibendæ? 42  
 Quomodo peragantur? ib.  
 Frictiones asperæ qua ratione operentur in cari curatione? 58  
 Frictiones siccæ cujusnam lethargi optimæ remedia? 66
- G**
- G Arrulitas in imminentे phreniti de unde? 80  
 Glandulæ cerebri quomodo facile comprimantur, & apoplexiæ excitent? 9  
 Glandulis donari Cerebrum observatione anatomica demonstratur. 11. & seq.  
 Guajacum summum diaphoreticum, ac resolvens est. 42  
 Quibus in morbis conveniat? ib.  
 Guttæ Anglicæ quid sint? 29  
 Quas vires habeant? ib.
- H**
- H Æmorrhagia narium in morbis catritis salutaris. 82  
 Harmonia præstabilita Leibnitii rejiciatur. 73  
 Hellebori albi, & nigri vires. 104  
 Helleborus ubinam reperiatur? ib.  
 Ante ejus usum corpus præparandum est. 104, 105  
 Ad ejus vim immutandam facit regio-

- gionum diversitas. ib.  
 Cur radix adhibeatur, & qua ratione corrigena? ib.  
 Extractum solidum quibuscumque aliis præparationibus anteponendum, ib.  
 Quos Maniacos utiliter purget? ib.  
 Helleborus albus cur minus tutum hydrophobia remedium? 136  
 Hemicrania quid sit? 175  
 Hemiplegia quid sit? 19  
 Hierax picra quid sit? 41  
 Caute usurpanda in iis, qui haemorrhoidibus obnoxii sunt. 28. & seq.  
 Hirudines venis narium, & aurium applicandæ a multis laudatae in phreniti. 83  
 Hirudines quid sint? 84  
 in iis quibus suppressi sunt haemorrhoides, sedalibus venis appositæ mira præstant. ib.  
 Item in capitis morbis cum phantasie lassione. 103  
 Hirudines quo fine a Medicis præscribantur? 181  
 Quid præstant in dolore capitis? ib.  
 Humanum corpus quid sit, & quibus moveatur? 95  
 Humanum corpus automa est. 152  
 Humor melancholicus juxta Veteres melancholiæ causa esse nequit. 113. 114.  
 Omnino rejiciendus non est. ib.  
 Humor pituitosus, melancholicus Epilepsia causa non est. 143  
 Hydrargyri, aliorumque fossilium, locorumque diu clausorum halitus quamplurimos capitis morbos exicit. 53  
 Hydrophobia origo, causæ, signa. 125  
 Prognosis, curatio. 126  
 Hydrophobia unde dicatur? 127  
 Hydrophobia citra canis, aut alterius animalis rabidi mortum oriri non potest. ib.  
 Hydrophobi cur non solum ab aqua abhorreant, ejusque recordatione, & conspectu, sed rerum omnium pellucidarum, & instar speculi reflectentium? 132. 133  
 Cur solidos cibos minus aversen-
- tur? 133  
 Hydrophobiam post mortum animalis rabidi non esse invasuram qua ratione multi conjiciant. ib.  
 Hydrophobi non necessitate coacti bibe-re debent, ut multi volunt, sed ad bibendum disponendi sunt. 138  
 Quomodo id obtineri possit? ib.  
 Ubi ad bibendum disponantur, certo feliciterque curari sperandum. ib.  
 Hyosciami usus internus mentem perturbat. 51  
 Hyosciami effluvia eadem ratione capiti infesta. 52  
 Hyosciamus sulphure turget. 53  
 Hyosciamus delirii causa. 74  
 Hyosciamus minus tutum in deliranti bus remedium. 86  
 Hyosciamus ne in pediluvia quidem recipiendus. 109  
 Hyosciami semen laudatum adversus epilepsiam minus tutum remedium est. 157  
 Hypochondria cui introrsum, & sursum revulsa appareant in paraphrenide? 91
- I**
- I Chorum per aures effluentium sup pressio in pueris Epilepsia causa. 151  
 Ideæ quomodo excitentur? 6  
 Ideæ diversæ unde oriuntur? 20. 113  
 Ideæ fagarum a Diabolo excitantur. 48  
 Ideæ a causis in corpore nostro latenteribus quomodo excitentur? 117  
 Ignis moderatus quomodo volupitate afficiat, immoderatus e contra dolore? 171. 172  
 Ignis vis ad ulcerum, & gangrenarum progressum prohibendum. 134  
 Imaginatio quid sit, & quomodo excitetur? 20  
 Imaginationis depravatio juxta nonnullos delirii causa. 71  
 Imaginatio lædi nequit illæsa ratiocinatione. ib.  
 Imaginatiois depravatio ad falsa judicia

- cia referenda. 72  
 Imaginatio magnam vim habet ad nervosum genus percellendum. 132  
 Imaginatio fortis qua ratione epilepsiam excitet? 147  
 Imaginationis vis ad quanplurimos morbos excitandos. ib.  
 Ad maculas fetibus imprimendas. ib.  
 Imaginatio fortis quomodo dolorem excitet? 171  
 Imago rerum terribilium in comate unde? 49  
 Indignationis, odii in phrenitide unde? 80  
 Imago maris, aut feminæ quomodo principem in amore locum obtineat? 117  
 Immersiones in aqua in desperata hydrophobia cur instituenda? 139  
 Impetus, seu quantitas motus qua ratione aestimetur? 50  
 Quid sit? 196. 180  
 Incubus quid sit, & quomodo exciterunt? 22  
 Inedia quomodo apoplexiæ excitet? 16  
 Infantum crura cur nutent? 40  
 Inflammatio quid sit? 77  
 Inquietudo corporis in comate unde? 49  
 Insolatus cur phrenitidem excitet? 78  
 Cur dolorem capitum? 177  
 Insolatus plurimorum morborum causa. 15  
 Insani cur varicibus, & haemorrhoidibus supervenientibus fanentur? 100  
 Insomnia turbulenta antequam epilepsia idiopathica invadat, unde? 154  
 Invertentia medicamenta adversus hydrophobiam commendantur. 135  
 Quænam sit eorum materies? ib.  
 Inutilia esse ostenditur. ib.  
 Inustio ferro ignito eximiæ usus in vulnera e cane rabido inficto. 134  
 Ipecuacannæ radix optimum emeticum. 33  
 Ipecuacannæ virtus adversus dysenteriam in dubium vocatur. 136  
 Ira quid præstet in humanum corpus? 15  
 Ira sanguinem biliosum efficit. 79
- Ad iram proclivitas in phrenitide imminentे unde? 80  
 Ira quomodo dolorem capitum excitet? 178  
 Judicii depravatio cur delirii causa habenda? 72  
 Quomodo depravari debeat, ut vere delirium inducat? ib.  
 Jugularium obstructio utrum apoplexiæ causa? 19  
 Jugularium turgentia cur apoplexiæ portendat? 22  
 Jugularium sectio summum apoplexiæ remedium. 26  
 Quandonam instituenda in lethargo? 65  
 Efficacissimum remedium adversus phrenitidem. 83  
 Dolorem capitum. 181
- K
- K** Utubut. V. Melancholia errabunda.
- L
- Ac asininum Paralyseos optimum remedium. 44  
 Lac asininum caprino, & vaccino obtinuitem anteponendum. 107  
 Plurimorum morborum medicina. ib.  
 Quid præstandum antequam in usum vocetur? ib.  
 Lac aduersus hydrophobiæ efficacissimum. 136  
 Lac post usum cantharidum præstantissimum. 138  
 Lætis in stomacho coagulatio innumerabilium morborum causa. 151  
 Epilepsia causa in pueris. 166  
 Lætis usus eximus in epilepsia. 164  
 In dolore capitum. 185  
 Lacrymatio in phrenitide unde? 81  
 Lapis nephriticus amuletum adversus epilepsiam perperam habitum. 194  
 Lassitudo artuum in epilepticis post paroxysmum unde? 154  
 Laudani opati effectus in epilepsia. 157  
 Lenientia medicamenta optima in phreniti-

- nitide quænam sint? 84  
 Lethargus quid sit? 45  
 Ejus causæ, signa. ib.  
 Prognosis, curatio. 46  
 Lethargus quomodo differat a comate somnolento? 60  
 Lethargici non sanaturi cur cito de medio tollantur? 63  
 Lethargici quinam dicendi? 64  
 Qua ratione empyci fiant? ib.  
 Lethargus una eademque methodo per tractandus non est. 65  
 Lethargici suis nominibus exclamati excitandi. 68  
 Lien in melancholia vel nullam partem agit, vel una reliqua viscera imi ventris sunt accusanda. 115  
 Ligatura fortis supra affectam partem quomodo epilepsiam sympatheticam sistere valeat? 158  
 Lingua arida, nigra, flava in phrenitide unde? 81  
 Lingue exertio, morsus in epilepsia unde? 154  
 Liquor cornu cervi succinatus quid sit? 167  
 Quas vires habeat in epilepsia, aliisque convulsivis morbis? ib.  
 Lucis aversatio in phrenitide unde? 81  
 Lumini summa vis inest ad fibras humani corporis percellendas. 133  
 Luta, ac balnea Aponensis quomodo operentur aduersus Paralysem? 43  
 Quo tempore sint in usum vocanda? ib.  
 Lycanthropia quid sit? 119  
 Lymphaticis vasis donari Cerebrum, ac Meninges verosimile est. 173
- M
- M**ania quid sit? 92  
 Ejus causæ, signa, differentiæ, prognosis. ib.  
 Curatio. 93  
 Mania unde dicatur? 94  
 Quomodo differat ab aliis delirii species? ib.  
 Manæ causa atra bilis non est. ib.  
 Nec humor acerrimus similis Mercuro calcinato &c. ib.  
 Nec acidum valde volatile ac sum-
- me acre. ib.  
 Nec spiritus animales aquæ stygiæ æmuli. 95  
 Quænam sit. ib.  
 Mania cur alia vehemens, & fortis, alia levis, & mitis? 100  
 Mania cur incurabilis plerunque sit morbus? ib.  
 Cur certis, statisque temporibus recurrat? ib.  
 Maniaci cur cataleptici evadant? 101  
 Mandragora narcotica vi valde infesta donatur. 51  
 Mandragora sulphure turget. 53  
 Mandragora minus tutum delirantium remedium. 86  
 Martialis medicamenta quomodo agant in Mania? 107  
 Quomodo adhibeantur? ib.  
 Melancholiæ definitio, causæ, signa. 110  
 Curatio. 111  
 Melancholia delirium cum timore, & mæstria definiri non potest. ib.  
 Potius angor animi in una cogitatione defixi, si per angorem contentiōnem intelligas. 111. 112  
 Melancholia sine delirio quænam? 112  
 Melancholia hypochondriaca quænam? 115  
 Melancholia errabunda quænam? 119  
 Melancholia gradutantum differt a mania. ib.  
 Melancholia ex totius sanguinis intemperie quomodo differat a Melancholia quæ ab animi affectionibus proficiscitur? 120  
 Melancholia quomodo Epilepsia superveniat? 157  
 Melancholicorum animus cur in aliqua certa, & constanti cogitatione sit defixus? 118  
 Melancholici cur stratagemate aliquo sunt decipiendi? 120  
 Membrana mucosa odoratus organum quomodo afficiatur in apoplexia? 20  
 Medulla panis quomodo adhibeat ad explorandum vulnus animalium ravidorum? 130  
 Memoria quid sit, & quomodo exerce-

- tetur? 20  
 Memoria quomodo aboleatur in epilepsia? 154  
 Meningum convulsio frequens apoplexiæ causa. 11  
 Meningum, & cerebri inflammatio vera phrenitidis causa contra Willi-  
 sum. 77  
 Incipiens, & levis quomodo ab in-  
 genti, & confirmata dignoscatur? 81. & seq.  
 Meningum vala cur variis anastomosi-  
 bus juncta? 173  
 Mensura suppressio plurimorum mor-  
 borum cauſa. 13  
 Mensum, aut hæmorrhoidum suppre-  
 sio cur ad melancholiā disponat? 115  
 Mentis certis cogitationibus certi mo-  
 tus corporis respondent, & vicif-  
 sim. 72  
 Mentis congruae cogitationes, ac recta  
 iudicia a concinnis, & ordinatis  
 motibus fibrarum cerebri depen-  
 dent. 73  
 Mentis ad certas, easdemque semper  
 ideās proclivitas unde? 113  
 Mentis torpor antequam epilepsia idio-  
 pathica invadat, unde? 154  
 Mens nullis cieri motibus potest. 172  
 Mercurialia medicamenta pessima in  
 Paralyſi. 42  
 Mercurius qua ratione solidum corpus  
 dicatur? 96  
 Mercurialia medicamenta morborum,  
 qui a lue celtica oriuntur, sacra  
 anchora. 162  
 Mercurius diaphoreticus Thonson unde  
 dicatur? ib.  
 Quas vires, & usum habeat? ib.  
 Mercurius quot modis adhibetur ad  
 salivationem excitandam? 163  
 Quocumque modo salivationem excitet,  
 eximiæ virtutis est ad Epilepsiam  
 ex lue celtica oriundam depellen-  
 dam. ib.  
 Cur interdum summe nocuus evadat  
 in istorum morborum curatione? ib.  
 Mercurius adversus dolorem capitis li-  
 cet celticum, minus tutum reme-  
 dium. 183
- Mictus sanguineus post usum canthari-  
 dum in hydrophobia cur certum  
 salutis præsagium? 138  
 Mineralium, locorumque diu clau-  
 lorū halitus cur narcotica vi do-  
 nentur? 57  
 Mœconii in pueris retentio cur epile-  
 psiam excite? 148  
 Mœcor fibras exſiccac. 41  
 Morbus caducus unde dicatur? 143  
 Sacré unde? ib.  
 Herculeus unde? ib.  
 Comitialis unde? ib.  
 Sonticus, & qui inspuitur, unde? ib.  
 Morbi insoliti abditique Démonibus in-  
 terdum, aut sagis perperam tribu-  
 untur. 153  
 Morbi Dæmoniaci quinam sint? ib.  
 Quibus indiciis se prodant? ib.  
 Morbos idiopathicos a sympatheticis apte  
 dignosci posse contra nonnullorum  
 opinionem ostenditur. 155. 156  
 Mora diuturna iu locis calidis cur epi-  
 lepsiaæ cauſa? 150  
 Mortis causa in phrenitide quænam sit? 82  
 Quænam eamdem portendant? ib.  
 Motus duplex, voluntarius, & natu-  
 ralis. 5  
 Motus partium quomodo peragantur? 6  
 Motus sanguinis perturbatus quamplu-  
 rimos ciet morbos. 9  
 Motus corporis vehementissimi quo-  
 modo apoplexiæ inferant? 13  
 Ad motum muscularum non spiritus  
 tantum, sed subtilior etiam fanguini-  
 portio requiritur. 37  
 Utrum ab eorumdem ebullitione, &  
 effervescentia, ut multi volunt? ib.  
 Etiam naturalis quædam dispositio  
 fibrarum muscularium ad ſe con-  
 trahendum requiritur. 38  
 Ad motum muscularum majore spi-  
 rituum copia opus est, quam ad  
 ſenſum. ib.  
 Motus animalium a nervis oriri ne-  
 quit. 144  
 Undenam oriatur? ib.

Mu-

- Mulierum pulchritudo excellens cur a-  
 morem conciliandi insignem vim  
 habeat? 123  
 Muria salis quomodo virus animalis ra-  
 bidi edulcet? 134  
 Musculi munere suo quando egregie  
 fungantur, & contra? 40  
 Musica instrumenta apprime faciunt ad  
 ſomnum conciliandum. 107  
 Ad multos, gravissimosque morbos  
 animi, & corporis depellendos. 108  
 Cur certis duntaxat musicis ſoni cer-  
 ti morbi profligentur? ib.  
 Mysterium furor eſt. 94
- N
- N** Arcotica medicamenta ob frigi-  
 ditatem ſomnum non excitant.  
 53  
 Nec ſulphure ſuo ſpiritus opprimente,  
 & enecante operantur. 54  
 Nec ſulphure ſuo eosdem irretiente,  
 aut figente. ib.  
 Nec eodem maſſam ſanguinis rare-  
 faciente, unde comprimantur du-  
 etus, atque emissaria Cerebri. 54.  
 55  
 Specifica, & occulta vi agere cen-  
 ſendum eſt. 56  
 Quid per eamdem intelligendum ſit? ib.  
 Narcotica alia ſanguinem, ac mate-  
 riem proximam ſpirituum figen-  
 do, & cogendo agunt, & quæ-  
 nam? ib.  
 Quædam rarefaciendo. ib.  
 Narcotica a diuersa ſulphuris combina-  
 tionē diuersam ſoporem conciliان-  
 di facultatem acquirunt. 160  
 Natatio frequens cur Paralyſi tribuat?  
 40  
 Nervi impervii a quibusdam habiti. 5  
 Tales non ſunt. 6  
 Nervi ſemel vitiati in pristinum ſta-  
 tum reſtitui nequeunt. 23  
 Nerveorum filamentorum ſtructura cur  
 facile pervertatur? ib.  
 Nervi fulmantे motui voluntario a  
 Cerebro, motui naturali a Cere-  
 bello ortum traducunt. 17  
 Nervis ſumma vi inefſt ad functiones  
 39  
 Quid ſit? ib.  
 Nutritio ſomni tempore augetur. 47  
 Nutrix optimo viſtu regimine guber-  
 nanda; ut plerique morbi pueros  
 lacte
- humanī corporis multipliciter va-  
 riandas. 108  
 Nervo uno aliquo affecto, cur alii  
 quoque afficiantur? 108. 109  
 Nervi unde incipient, quo definiant? 145  
 Nervos exſuccos contrahi non poſſe  
 contra Galenum oſtenditur. ib.  
 Nervorum exſiccatio cum extenuatio-  
 ne atque ariditate chordarum mu-  
 ſicalium comparari nequit. ib.  
 Nervus, aut tendo contusus, aut pun-  
 etus cur insignem dolorem excitet? 171  
 Si totus ſcindatur, cur eumdem fol-  
 vat? ib.  
 Nitrum quomodo agat adverſus phre-  
 nitidem? 85  
 Cur urinæ ſeparationem promoveat? ib.  
 Nitri eximius uſus ad Maniæ effrænes  
 impetus coercendos. 109  
 Noctambuli quinam ſint? 47  
 Quo ſomno corripiantur? ib.  
 Noſtalgia quid ſit? 121. 122  
 Cur Helvetiis familiaris? 122  
 Cur Melancholia ex amore laboran-  
 tibus ſuperveniat? ib.  
 Nucis moſchatae uſus itmodicuſ capi-  
 ti infelſus. 51  
 Nux moſchata ſulphure turget. 53  
 Cur vi narcotica donetur? 56  
 Nucum juglandium umbra utrum capi-  
 ti, & ſirpibus infesta? 52  
 Nuces juglandes quo modo adhibeantur  
 ad explorandum vulnus anima-  
 lium rabidorum? 130  
 Eximiæ virtutis ſunt adverſus pe-  
 ſtem, & malignos morbos. 136  
 Adverſus hydrophobiam. ib.  
 Qua ratione operentur? 136. 137  
 Nux vomica alexipharmacæ a nonnullis  
 habita. 52  
 Animalia certo necat. ib.  
 Hominibus infestissima. ib.  
 Nutritionis materia ſanguis non eſt.  
 39

laetevescentes exercentes curen-  
tur. 167

## O

- Oblivio in lethargo unde? 62  
In phrenitide imminente unde? 80  
Antequam Epilepsia idiopathica invadat? 154  
Objectorum geminatio in phrenitide unde? 80  
Occasionales causæ Mallebranchii reji-  
ciuntur. 73  
Oculorum apertio, & occlusio mutua  
in comate unde? 49  
Oculorum rubor in phrenitide unde? 80  
Oculi quomodo potissimum in amore  
partem agant? 117  
Oculi a forti lumine vehementer la-  
duntur. 133  
Oculorum contorsio in epilepsia unde? 154  
Odores quid sint? 73  
Quomodo dolorem capitis excitant? 171. 178  
Odoramenta quomodo agant in morbis  
convulsivis? 159  
Leviora tantum convenient in Epi-  
lepsia paroxysmo. ib.  
Quænam sint? ib.  
Olea stillatitia lavendulæ, roris mari-  
ni &c. quid præstant in Paralyeos  
curatione? 42  
Olea ex partibus animantium per de-  
stillationem elicita, atque rectifica-  
tissima quomodo agant in multo-  
rum morborum curatione? 159  
Nisi rectificantur, pessime cedunt.  
ib.  
Quænam sint? ib.  
Quid efficiant, nisi rectificata adhi-  
beantur? ib.  
Quid si rectificata? ib.  
Olea ætherea dicta quomodo soporem  
concilient? 160  
Oleoforum corporum vis insignis ad-  
versus venena. 138  
Oleum amygdalarum dulcium in epile-

- psia quandoque insignis efficacia. 163  
In dolore capitis. 184  
Oleum mastichinum nucis moschatae  
regioni stomachi applicatum quo-  
modo epilepsia puerorum apte oc-  
currat? 166  
Oleosa crustæ lacteæ excretioni promo-  
venda minus idonea. 167  
Opium quid sit? 50  
Quid efficiat moderatus ejus usus,  
quid immodeicus? 51  
Opii effluvia capiti infesta. ib.  
Opii sapore, odore, effectibus, quos  
parit, resolutione chymica evinci-  
tur frigidum non esse. 53  
Opium sulphure suo spiritus profligan-  
te non operatur. 54  
Opiata serum sanguinis aggrediuntur,  
& ad concrescendum disponunt. 55  
Opium quomodo differat a Croco, Nu-  
ce moschata, vino, & similibus  
narcoticis? ib.  
Opium soporifera virtute cur cæteris  
narcoticis præstet? 56  
Opium deliri causa. 74  
Opiata, & narcotica utrum convenient  
in phrenitidis curatione? 85  
Variae Medicorum opiniones. ib.  
In illorum usu cautissime proceden-  
dum est. 85. 86  
Ne externe quidem admoveri possunt  
citra noxæ periculum. 88  
Cur multis probentur in mania, &  
qua dosi? 109  
Tuta non sunt. \* ib.  
Neque in principio morborum, ne-  
que decursu adhibenda. ib.  
Ad imminentem Epilepsia paroxys-  
mum præcavendum cur pessime ce-  
dant? 157  
Minus tuta sunt in dolore capitis. 185  
Opii variae præparationes. 86  
Opioni cum aqua simplici paratum cui-  
cumque præparationi anteponen-  
dum. ib.  
Opium quacumque ratione correctum  
minus tutum in delirantibus. 86  
Oris detorsio in hemiplecticis unde? 21  
Quo-

- Quomodo differat a spacio cynico? ibid.  
Os diductum in lethargicis unde? 62  
Ossium, & viscerum substantia qua ra-  
tione sine dolore scindatur? 171  
Officula doloris capitis causæ. 173  
Ossium fracture quomodo Paralysim ex-  
citent? 40  
Oriofæ vita noxæ quamplurimæ. 61  
Otium, & sensuum illecebria ad insa-  
num amorem præcavendum fugien-  
dæ sunt. 124  
Ovum quid sit? 175  
Oxycratum Epilepsia remedium. 163

## P

- P alebrae imperfæctæ clausæ in le-  
thargicis unde? 62  
Papaveracea remedia optima in deli-  
riis. 88  
Papillæ pyramidales quomodo affician-  
tur in apoplexia? 20  
Paralyeos gradus vari, eoramque cau-  
ſæ. 35  
Curatio in paroxysmo, & extra pa-  
roxysmum. 36  
Quinam morbus Paralyeos nomine  
insigniri debeat? 37  
Paralysim, in qua amittitur sensus in-  
ternarum, externarumque partium,  
salvo motu, contra nonnullorum o-  
pinionem dari ostenditur. ib.  
Cur id fiat? ib.  
Paralysis quomodo differat ab apople-  
xia? 39  
Cur supersit partis calor, & nutri-  
tio? ib.  
Paralyeos causæ, quæ medicam opem  
exposcent, quænam? 41  
In Paralysi exlicantia, extimulan-  
tia, atque solventia medicamenta  
quo casu summe nocua evadant? 43  
Paralysis quomodo Epilepsia superve-  
niat? 157  
Paraplegia quid sit? 19  
Paraphrenitis quid sit? Ejus signa. 70  
71  
Paraphrenitis quomodo ab inflamma-  
tione diaphragmatis, & aliorum  
Tom. I.

- viscerum exoriatur? or  
Parotides die critico erumpentes in le-  
thargo cur salutares? 64  
Partes deglutitioni dicatae cur in hy-  
drophobis post obitum inflammatae  
appareant? 129  
Partes solidæ omnes cur sicciores ap-  
pareant? ib.  
Partes solidæ quando in æquilibrio sint  
constituta? 144  
Quando contrahantur? ib.  
Partes frigescentes in epilepsia paro-  
xyisma cur manu calida fovenda? 158  
Partium solidarum perversa structura,  
aut atonia in epilepsia potissimum  
partem agit. 146  
In Mania. 95  
Pediluvia ex emollientibus, & hypnoti-  
cicis parata cur eximiam operam  
præstant in morbis capitis? 108.  
109  
Peregrinatio cur infani amoris minus  
tutum remedium? 121  
Pericardium cur siccum appareat in  
hydrophobis? 129  
Perspiratio somni tempore fit uberior.  
47  
Phrenitidem lethargo supervenire tu-  
tum non est. 64  
Phrenitis in lethargum desinens exitia-  
lis. 65  
Phrenitis quid sit? 69  
Ejus signa, prognosis. 69. &  
seq.  
Curatio. 70  
Phrenitis quomodo differat ab aliis de-  
lirii speciebus? 76  
Phrenitis in dispositione quænam sit? 81  
Quænam in habitu, seu heclica? ibidem.  
Phrenitis heclica somni naturalis specie  
facile imponit. 82  
Philtra amatoria medicamenta perpe-  
ram habita quænam. 75. 67  
Furorem inducunt. ib.  
Philtra vera quænam sint? 123  
Philosophia multis depellendis morbis  
idonea. 120  
Phlogosis quid sit? 77  
Cc

I N D E X

- 202 Pili canis rabidi vulneri ab eodem inflicto applicati eximiae virtutis. 96  
 134 Pilulae de succino Cratonis, Mastichinae optima purgantia sunt. 34  
 Pilulae capiteles Paracelsi de succino Cratonis morbis capitum specificem opitulantur. 161  
 Cur non convenient in dolore capitum calido? 184  
 Pinguedo animalium ceteris remediis externis in Paralyse anteponenda. 44  
 Pisces laboribus assueti cur solidiorem habeant carnem? 61  
 Plethora duplex. 9  
 Plethorici apoplexiæ obnoxii. 12  
 Poësis furor est. 94  
 Pollutio virorum nocturna involuntaria quomodo excitetur? 116  
 Polypi intra, vel extra Cerebrum geniti Apoplexiæ causa. 10  
 Peonia radix amuleum adversus Epilepsiam perperam habitum. 164  
 Praecordiorum pulsatio in paraphrenide unde? 91  
 Pueri severioris disciplinæ instituto pertractandi non sunt, nec vociferationibus insuetis terrendi. 147  
 Pueri ægrotantes cur peculiari methodo pertractandi? 166  
 Pueri lacte vescentes medicamentis laudentur. 167  
 Quomodo sint pertractandi? ib.  
 Pulsus in apoplexia levi debilior non est, ut nonnulli volunt, & cur? 17  
 Pulsus tardus, rarus, undosus in lethargicis unde? 63  
 Pulsus durus, celer, frequens, parvus in phreneticis unde? 81  
 Pulsus quid sit? 120  
 Cur animo varie affecto variæ pulsus mutationes contingent? ib.  
 Ex pulsu quomodo amor insanus dignosci queat? 121  
 Pulsus celer, frequens, irregularis, durus in hydrophobia unde? 131  
 Pulsus interceptio recurrens in Epilepsia unde? 154  
 Pulvis pyrius quibus constet parti-
- bus? 96  
 Pullus gallinaceus per medium diffusus, & calidus admotus vulneri ab animali rabido inflicto eximiae virtutis. 134  
 Pulmenta ex avena, hordeo, &c. eximiæ usus in Maniacis. 110  
 Purgantia in principio apoplexiæ pessima. 31  
 Cujusnam apoplexiæ optima remedia, & quomodo operentur? 32. 24  
 Purgantia fortia non convenient in Paralyse. 41  
 Purgantia in principio lethargi utrum convenient? 66  
 Variæ Medicorum opiniones. ib.  
 Quando convenient? ib.  
 Quænam adhibenda? 67  
 Purgantia in phrenitidis curatione cur minus tuta? 84  
 Purgantia valida Maniacis infesta quænam? 105  
 Purgantium divisio in cholagogia, phlegmagoga omnino rejicienda non est. 106  
 Purgantia adversus hydrophobiam laudata. 135  
 Summopere nocua. ib.  
 Purgantia valida in Epilepsia minus tuta. 161  
 Quænam convenient, & quo tempore? 161. 162  
 Quandonam ab iisdem omnino abstinentum? 163  
 Purgantia fortia pueris nunquam prescribenda. 166  
 Purgantia nutrici exhibita pueros lacte vescentes purgant. 167  
 Purgantia in dolore capitum frigido optima. 182  
 Quænam convenient? 182. 183  
 Purgantia blanda adversus capitum dolorem ex ferosa colluvie optima. 183  
 Purgantia in dolore capitum calido perniciosa. 183. 184  
 Pus intra cerebri cavitates, & sinus effusum apoplexiæ causa. 10  
 Doloris capitum. 173

Quin-

RERUM, ET VERBORUM.

203

- Retina visus pars primaria quomodo afficiatur in apoplexia? 20  
 Rhabarbarum ad purgandos pueros aptissimum. 166  
 Risus in paraphrenitide unde? 92  
 Risus in Mania cur bonus? 100  
 Risus Sardonicus in epilepsia unde? 154  
 Robur assida exercitatione acquiritur. 40  
 Rubor faciei, & oculorum cur apoplexiæ portendat? 22

S

- Agæ quo somno corripiantur? 48  
 Sales Anglicani quid sint? 29  
 Sal volatile succini quid sit, & quomodo operetur? 30  
 Saliva unice afficitur in iis, qui hydrophobia premuntur. 139  
 Salivæ nomine plures succi veniunt: 130  
 Saliva venenata quomodo aquæ, & liquidorum omnium aversationem pariat in hydrophobis? 132  
 Sanguinis, & spirituum æstus cum sulphuris, & nitri explosivis accensionibus comparari nequeunt. 96  
 Sanguinis, & humorum vitia aquis stygiis æmula non sunt. 96. 97  
 Sanguis optime, & naturaliter constitutus copia peccans quomodo maniam excitet? 97  
 Sanguis fluxilis, & fixus quid sit? ib.  
 Quomodo Maniam excitet? ib.  
 Sanguis acribus, alchalescentibus, acidis, & similibus particulis fatus cur Maniam excitet? 98  
 Sanguis quatuor non constat humoribus. 113. 114  
 Sanguinis distinctio in sanguinem propriæ dictum, in bilem &c. omnino rejicienda non est. 14  
 Sanguinis emissi observatio ad nonnullas ipsius qualitates detegendas appetime facit. 129  
 Ex sanguinis emissi observatione in hydrophobia interemptis erui potest cujusnam naturæ sit venenum animalium rabidorum. ib.

Cc 2 San-

| I N D E X  | R E R U M , E T V E R B O R U M .  | 205   |
|--|--|---|
| Sanguinis copia nimia , rarefentia quomo-<br>modo dolorem excitet? 172   | Sensus , & motus cessatio in lethargo<br>unde? 62  | Spasmus cynicus quid sit? 154   |
| Auctus motus quomodo? ib.  | Sensus rosionis , doloris , ac vellicatio-<br>nis in vulnere ab animali rabido<br>inflicto unde? 131             | Specifica medicamenta adversus hydro-<br>phobiam perperam habita. 137   |
| Crassties , visciditas , lensor? 173   | Cur caput verius tendat? ib.   | Specificum ex pipere , & cantharidibus<br>cæteris palmam præripit. ib.  |
| Tenuitas nimia , acredo? ib.   | Sensuum intermissio , motuumque per-<br>turbatio in Epilepsia unde? 153  | Quænam bonum curationis exitum<br>eodem assumpto portendant? ib.  |
| Sanguis ab aere summe dilatato , & pa-<br>rum elasticò rarescit. 176. & seq.   | Sensus quilibet quomodo sine solutione<br>quadam fieri nequeat? 171  | Qua ratione operetur? 137. 138  |
| Saphenæ sectio cur instituenda suppres-<br>sis mensibus , aut hæmorrhoidi-<br>bus. 26                                    | Quæ sensus nostros percellunt , quo-<br>modo dolori producendo opportu-<br>nissima existant? 178                 | Specifica adversus epilepsiam perperam<br>habita quænam? 164  |
| Sapores quid sint? 73  | Serum fanguinis intra cerebri cavita-<br>tes , & sinus effusum Apoplexiæ<br>causa. 10                            | Specifica exhibenda non sunt absque<br>causarum morbos efficientium co-<br>gnitione. 165  |
| Sapo quibus constet principiis? 164  | Serum lactis tamarindatum eximiæ vir-<br>tutis in phrenitidis curatione. 84                                      | Specifica antiepileptica laudabiliora quæ-<br>nam? ib.  |
| Quare cum aquosis , oleofisque cor-<br>poribus misceatur? ib.  | In curatione doloris capititis calidi .<br>184. 185  | Sphacelus in inflammationibus unde? 63  |
| Quare cum lacte in epilepsia cura-<br>tione? ib.   | In curatione Maniæ. 105. 106   | Sphacelus cerebri quomodo contingat? 64   |
| Sapo crustæ lacteæ excretioni in pueris<br>promovendæ opportunissimus. 167   | Serum lactis destillatum cum herbis re-<br>frigerantibus optimum in Maniæ<br>curatione. 106                      | Quæ symptomata cumdem porten-<br>dant? ib.  |
| Sarpa perilla sudorifera vi maxima pol-<br>let. 42   | In dolore capititis. 185   | Spiritus animales utrum existant? 6   |
| Quando usurpanda? ib.  | Serum lactis eximiæ virtutis adversus<br>hydrophobiam. 136   | Spiritus ardentes quomodo sanguinem<br>cogant , & dissolvant? 14  |
| Scammonitum optimum purgans in so-<br>porosis affectionibus. 32  | Serum , aut similes humores in cere-<br>bro collecti quomodo epilepsiam<br>excitant? 146. 147                    | Spiritus salis armoniaci , cornu cervi ,<br>fuliginis , sanguinis , & cranii hu-<br>mani in calidorum cephalicorum<br>censu numerandi. 29 |
| Scabies retropulsa epilepsia , & pluri-<br>morum morborum causa. 150   | Seri copia Cerebrum inundantis , &<br>obstruentis cur lethargum excitet? 61                                      | Cujusnam apoplexiæ remedia? ib.   |
| Scorpio contusus vulneri ab eodem in-<br>flicto admotus egregie medetur.<br>135  | Serum lactis tamarindatum , vel destil-<br>latum cum plantis refrigerantibus<br>adversus epilepsiam optimum. 163 | Spirituosa naribus admovenda non sunt<br>inter apoplexiæ initia. 30   |
| Secretiones omnes somni tempore pro-<br>moventur. 47   | Serum lactis depuratum optimum ad-<br>versus dolorem capititis calidum .<br>184. 185                             | Quomodo operentur? ib.  |
| Semina frigida majora , & ex his pa-<br>ratæ emulsiones in aquis refrige-<br>rantibus eximii usus in phreniti-<br>de. 87 | Serosa colluvies quomodo dolorem ex-<br>citet? 173   | Spirituum animalium penuria , & acri-<br>monia quomodo coma vigil exci-<br>tet? 48  |
| In Mania. 109  | Unde petenda? 183  | Spirituum impetu , & concitato motu<br>opus non est ad inordinatos motus<br>corporis , & delirium. 49. & seq.                             |
| Quomodo soporem concilient? 160  | Quibus remediis pertractanda? ib.  | Spiritus animales aereo-æthereæ luci-<br>dæ , ignæ naturæ non sunt , nec<br>spirituosis liquoribus comparandi .<br>54. 74                 |
| Seneetus cur innumerabilium morbo-<br>rum causa? 12  | Septi transversi inflammatio quomodo<br>paraphrenitidem excitet? 91  | Spiritus salis armoniaci qua ratione o-<br>peretur in cari curatione? 59  |
| Senes cur tremant , ac delirent? 50  | Septum transversum unde dicatur? ib.   | Spirituum volatilium genus duplex. 87   |
| Senes , & pueri cur ad lethargum pro-<br>clives? 61  | Setacei caute supprimendi. 151   | Quibus in morbis convenient? ib.  |
| Senectus extrema , atque integra ar-<br>tidiluvianorum unde? 166   | Setacei in epilepsia mira quandoque<br>præstant. 161   | Quomodo operentur? ib.  |
| Sensuum internorum , externorumque<br>organæ quænam? 5   | Summe quandoque nocui. ib.   | Spirituum animalium incendium Para-<br>phrenitidis causa perperam habi-<br>tum. 91  |
| Sensus quomodo peragantur? 6   | Setacei quando sint adhibendi in dolo-<br>re capititis? 182  | Spiritus animales copia peccantes quo-<br>mo-   |
| Sensus interni , externique quomodo<br>aboleantur in apoplexia? 20   | Sibylæ   | C c 3   |
| In Epilepsia? 144  |  |   |
| Sensus quomodo auferatur in Paraly-<br>salvo motu? 38  |  |   |

I N D E X

|  |            |
|--|------------|
| modo Maniam excitent?  | 95         |
| Nimis subtilibus, atque acuminatis<br>particulis prædicti quomodo?   | ib.        |
| Vel fortibus, duris, solidisque?   | 96         |
| Spirituum animalium ataxia ad Maniam<br>effrænes impetus non sufficit, ut<br>Sydenhamus.                     | 97         |
| Spiritus animales quid sint?   | ib.        |
| Spiritus animales acidam conditionem<br>nacti, sicut spiritus chymici melan-<br>choliae causæ esse nequeunt. | 114        |
| Potius sensuum omnium, motuumque<br>privationem excitare censendum<br>est.                                   | ib.        |
| A spiritibus animalibus repetendam<br>esse proximam epilepsiae causam o-<br>stenditur.                       | 143        |
| Variaz opiniones circa eorumdem vi-<br>tia rejiciuntur.  | 143. 144   |
| Solum inordinatum, atque irregula-<br>rem eorumdem motum sufficere<br>demonstratur.                          | 144        |
| Spiritus animales in epilepsia primario<br>interdum afficiuntur, interdum se-<br>cundario.                   | 146        |
| Spiritus cornu cervi, crani humani,<br>sanguinis quomodo operentur ad-<br>versus epilepsiam, vertiginem?     | 160        |
| Quando convenient?   | ib.        |
| Spuma circa os in apoplexia unde?  | 21         |
| Spumæ exitus ab ore, & naribus in<br>epilepsia unde?   | 154        |
| Stomachi inflatio in epilepsia unde?   | ibidem.    |
| Sternutatoria quomodo agant adversus<br>apoplexiæ?   | 31         |
| Quo tempore sint adhibenda?  | ib.        |
| Quænam sint?   | ib.        |
| Sterni dolor in paraphrenitide unde?   | 91         |
| Stillicidia adversus dolorem capitis opti-<br>ma.  | 185        |
| Strabismus quid sit?   | 154        |
| Studia immoderata cur apoplexiæ pro-<br>ducendæ opportuna?   | 15         |
| Cur Melancholiæ?   | 116        |
| Cur Epilepsiae?  | 149        |
| Cur dolori capitis?  | 178        |
| Succi plantarum insipidarum optima<br>quandoque Parafyseos remedia.  | 44         |
| Succinum ceteris cephalicis calidis pa-<br>lam precepit.   | 183        |
| Sudoris elapsus in Epilepsia unde?   | 154        |
| Sudorifera medicamenta quando conve-<br>niant in epilepsia?  | 162        |
| Quænam sit illorum materies?   | ib.        |
| Quando ab iisdem omnino abstinen-<br>dum?  | 163        |
| Quando convenient in dolore capi-<br>tis?  | 183        |
| Adversus serosam colluviem optima.<br>ibidem.  |            |
| Suffocatio in epilepsia unde?  | 154        |
| Suppositoria acria eximiæ virtutis ad-<br>versus epilepsiam.   | 28. & seq. |
| Suppuratio tumoris inflammatoriæ un-<br>de?  | 63         |

T

|   |     |
|---|-----|
| <b>A</b> Tarantula demorsi quomodo Mu-<br>sificis sonis curentur?   | 108 |
| Tamarindi quomodo agant in dolore<br>capitis calido?  | 184 |
| Temperamentum melancholicum quod-<br>nam fit?   | 114 |
| Cur ad melancholiæ disponat?  | 115 |
| Temporalium arteriarum turgentia cur<br>apoplexiæ portendat?  | 22  |
| Terror improvitus in pueris cur me-<br>lancholiae causa?  | 116 |
| Cur Epilepsiae?   | 147 |
| Timor improvitus cur mortem inferat?  | 16  |
| Tremor partium resolutioni superve-<br>niens cur salutaris?   | 40  |
| Tremores in phrenitide unde?  | 81  |
| Tremores totius corporis in hydropho-<br>bia unde?  | 131 |
| Trifmus quid sit?   | 154 |
| Triticum qua ratione adhibetur ad<br>explorandum vulnus animalium ra-<br>bidorum?                           | 130 |
| Trochisci alhandal quid sint, & quo-<br>modo agant?   | 41  |
| Tumores intra, vel extra cerebrum ge-<br>niti Apoplexiæ causa.  | 10  |
| Tumores imi, vel mediæ ventris prope<br>truncum Aortæ descendenter quo-<br>modo apoplexiæ excitare valeant? | 13  |

Tu-

R E R U M , E T V E R B O R U M .

|  |             |
|--|-------------|
| Tumores prope spinalem medullam ge-<br>niti cur Paralyfi tribuant?   | 40          |
| Tumores cujusvis generis retrupuli cur<br>phrenitidem excitent?  | 79          |
| Cur epilepsiam, aliasque plurimos<br>morbos?   | 150         |
| Tumores intra vel extra cerebrum ge-<br>niti doloris capitis causæ.  | 173         |
| Tussis in paraphrenitide unde?   | 92          |
| <b>V</b>   |             |
| <b>V</b> alerianæ sylvestris radix specifi-<br>cum adversus epilepsiam perpe-<br>ram habita.                                     | 164. & seq. |
| Vapor mordax, acris, malignus pecu-<br>liari vi cerebrum stimulans causa<br>epilepsiae proxima perperam habi-<br>tus.            | 143         |
| Vaticinium ad quod furoris genus re-<br>ferendum?  | 94          |
| Vectum notio apprime facit ad mo-<br>tum animalium explicandum.  | 145         |
| Triplex eorum genus, & usus expli-<br>catur.   | ib.         |
| Vectes animantium ad quod vectis ge-<br>nus sint referendi?  | ib.         |
| Velocitas quid sit, & quomodo diffe-<br>rat ab impetu?   | 180         |
| Venæ sectio cujusnam apoplexiæ reme-<br>diū?   | 25          |
| Quo tempore instituenda sit?   | ib.         |
| Quo in loco?   | 25. 26      |
| Interdum summe nocua evadit.   | 27          |
| Quo casu instituenda sit ad apople-<br>xiæ præcavendam?  | 34          |
| Venæ sectio in lethargo cur multis mi-<br>nus probetur?  | 65          |
| Cur ab aliis e contra miris laudibus<br>extollatur?  | ib.         |
| Quo casu revera conveniat?   | ib.         |
| Quo e contra rejicienda?   | 66          |
| Venæ sectio in phrenitidis curatione<br>principem obtinet locum.   | 83          |
| Quando liberaliter instituenda sit?  | ibidem.     |
| Quando timidum esse medicum de-<br>ceat?   | 84          |
| Venæ sectio in mania præstantissima.   | 102         |
| Quando liberalem esse medicum de-<br>ceat.   | ib.         |
| R E R U M , E T V E R B O R U M .  |             |
| ceat in eadem administranda?   | ib.         |
| Instituendam eamdem esse etiam tem-<br>peramento admodum bilioso exi-<br>stente contra nonnullorum opinio-<br>nem ostendit.      | 103         |
| Quando obesse plurimum valeat?   | ib.         |
| Venæ sectio in epilepsia cur multis pro-<br>bet?   | 160. 161    |
| Cur aliis e contra damnetur?   | ib.         |
| Quando revera institui debeat?   | ib.         |
| Venæ sectio cur cæteris remedii ple-<br>nitudinem sanguinis tollentibus an-<br>teponenda?  | 180         |
| Venæ sectio in desperata hydrophobia<br>usque ad animi deliquium institu-<br>enda.   | 139         |
| Venæ sectionem doloris capitis ab im-<br>petu sanguinis pendens remedium<br>esse contra nonnullorum opinio-<br>nem demonstratur. | 180         |
| Quo in loco eadem instituenda sit?   | 180. 181    |
| Venæ sectio serosa peccante colluvie<br>pessima.   | 183         |
| Venarum alterna inflatio, & detume-<br>scientia in epilepsia unde?   | 154         |
| Venenum simile veneno animalium ra-<br>bidorum intra homines generari<br>non potest.   | 127         |
| Venenum animalium rabidorum intra<br>corpus quam diutissime latere pot-<br>est.  | 128         |
| Illius vires, actionesque homini in-<br>festissimas explorare satis est me-<br>dientibus.  | ib.         |
| Ejusdem natura anatomicis observa-<br>tionibus, & ratione ab iisdem du-<br>cta demonstratur.                                     | 128. 129    |
| Valde malignum, ac vehemens est.   | ib.         |
| Venenum veneno qua ratione proflige-<br>tur?   | 137. 138    |
| Venus immodica quomodo apoplexiæ<br>excitet?   | 13          |
| Sanguinem lentum reddit, solidasque<br>partes infirmiores.   | 62          |
| Quomodo epilepsiam prognat?  | 150         |
| Venera lues quomodo dolorem capitis<br>excitet?  | 179         |
| Ventriculus cur muco vario bilioso in<br>hydrophobia interemptis refertus ap-  | ib.         |

207

- paret? 130  
 Ventriculi gravitas, & vellicatio in imminentia hydrophobia unde? 131  
 Ventriculi, & cæterorum imi ventris viscerum affectiones quomodo epilepsiam excitat? 148  
 Quomodo dolorem capitis? 173. 174  
 Venti australes aerem rarefaciunt, & leviorum reddunt. 176  
 Quis ventus spirabat qua ratione dividinare quidam potuerit lecto cubans? 177  
 Venti boreales si modum servent, saluberrimi sunt. ib.  
 Vermes quomodo lethargum excitant? 63  
 Quomodo Epilepsiam? 148  
 Quomodo dolorem capitis? 173  
 Vertebralium compressio, disruptio, obstructio cur apoplexiæ caufa? 8  
 Vertiginis plures gradus. 21. 22  
 Apoplexiæ congenitæ quomodo excitant? 22  
 Vertigo in imminentia hydrophobia unde? 131  
 Ex fumis, & vaporibus venenatis ex vulnerata parte ad caput ascendentibus oriri nequit. ib.  
 Vesicantia cujusnam apoplexiæ remedia? 29  
 Cujusnam lethargi? 68  
 Quomodo operentur? ib.  
 Cur in deliriis, affectibus nervosis, febris ardentibus ab iisdem abstinentum? ib.  
 Vesicantia in acutis febribus cum delirio, & convulsivis motibus coniunctis pessime cedunt. 89  
 In phrenitiade cur veneni ad instar agant? 89. 90  
 Nonnullorum error circa eorumdem usum in hisce morbis explicatur. ibid.  
 Vesicantia quando sint adhibenda in dolore capitis? 182  
 Quando omnino vitanda? 184  
 Vesicula fellis cur atra bile plena in hydrophobia interemptis appareat? 130  
 Vigilia naturalis in quo consistat? 47  
 Vigilia in acutis malis. 79

- Quomodo tollenda sint? 151  
 Ungula alcis amuletum adversus epilepsiam perperam habitum. 164  
 Vocis ablatio in apoplexia unde? 21  
 Vox acuta in paraphrenitiade unde? 92  
 Volucrum, & sylvestrium animalium usus in quibusdam morbis cur quadrupedum, & domesticorum usui anteponendus? 43  
 Volucria animalia fumo carbonum machina Guerikiana concluso carotica fiunt. 52  
 Voluptas differt a dolore tantum secundum magis, aut minus. 171. 172  
 Vomitoria in principio apoplexiæ perfirma. 31  
 Cujusnam apoplexiæ optima remedia? 32  
 Vomitus, singultus, aliæque similes ægritudines in hydrophobia unde? 131  
 Urinæ involuntarius exitus in apoplexia unde? 21  
 Urinæ atræ modicæ cum subsidentia crassa, & tenaci spuma cur apoplexiæ portendat? 23  
 Urina turbida, & jumentorum urinæ similis in lethargo cur purgatione opus esse significet? 66  
 Urinæ crassæ, & rubræ in albas, &

- lucidæ mutatae in acutis cur malum portendant? 79  
 Urinæ suppressio in phrenitiade unde? 81  
 Urinæ involuntaria ejactio in epilepsia unde? 154  
 Ustio capitis cephalalgiae remedium. 182  
 Uteri affectiones quomodo melancholiæ inducant? 115. 116  
 Vulnus a cane rabido inflictum venatum sit, necne, per topica eidem apposita sciri nequit. 130  
 Quænam sint e. m. topica? ib.  
 Cur in curatione vel dilatandum, vel aperiendum sit? 133  
 Quo casu ab operatione cessandum? ibid.

Vulnera partium a cerebro diffitarum qua ratione epilepsia causæ? 148

## Z

- Zelotypia philocaptis familiaris tristium affectionum plane innumerabilium causa. 117  
 Zonæ sonoræ Valvæ organum auditus quomodo afficiantur in apoplexia? 20